Analecta bollandiana

Bollandists

ANALECTA BOLLANDIANA

TOMUS II

EDIDERUNT

CAROLUS DE SMEDT, GULIELMUS VAN HOOFF

ET

JOSEPHUS DE BACKER

PRESBYTERI SOCIETATIS JESU

SOCIÉTÉ GÉNÉRALE DE LIBRAIRIE CATHOLIQUE

PARIS	BRUXELLES
VICTOR PALMÉ, Directeur général	**J. ALBANEL**, D[r] de la succursale
76, rue des Saints-Pères, 76	12, rue des Paroissiens, 12

GENÈVE, **H. TREMBLEY**, rue Corraterie, 4

1883

BENEVOLO LECTORI.

Auspicantibus nobis hunc alterum Analectorum *tomum, imprimis officium incumbit sane jucundissimum, ut gratias quam maximas agamus viris doctis qui vel operam nostram magno plausu se excipere et approbare sive privatis litteris sive in periodicis publicis significarunt, vel etiam documenta hagiologica nobis transmittere dignati sunt, iisdem* Analectis *inserenda. Quorum quidem tanta copia ad nos pervenit ut quæ præ manibus habemus, præter edita in tomo primo, huic secundo ferme complendo sufficiant. Felice itaque augurio hunc aggredimur, neque minus sacræ eruditionis studiosis acceptum fore confidimus.*

Pauca addenda habemus iis quæ priori tomo sumus præfati.

Jam certum nobis est latinos textus — nonnullis exceptis quorum sive præcipua antiquitas et momentum sive ipsa indoles (ut martyrologii Hieronymiani in capite hujus fasciculi) postulat ut minimi etiam apices ex codice vel codicibus notentur — non secundum rationem scribendi seu, ut aiunt,

orthographiam qua usus est vetus librarius, proferre, sed in iis edendis constanter eam adhibere quæ nostris diebus in Gallia et in Belgio recepta est : in quo et sequemur exemplum viri cl. F. J. Mone (1), *et incommoda quædam vitabimus quibus utique consideratis ipse inductus est ad hanc viam ineundam. Simile aliquid præstabimus quoad textus græcos, ubi tamen paulo cautius in emendationibus proponendis procedendum erit.*

Præterea jam adverterit diligens Analectorum *nostrorum lector etiam in hac re a nobis gestum esse morem recepto jam dudum apud recentiores usui, ut quæ continua serie per folia multa legüntur in codicibus antiquis, nullis capitulorum aut numerorum notis distincta, exhiberemus interruptis subinde scripturæ lineis, et numeris ad singulas narrationis particulas præpositis. Denique et monendus est hanc quoque normam nobis visam esse recipiendam et deinceps accuratius observandam, ut crassiore typo distingueremus titulos qui in ipsis codicibus (fere minio exarati) conspiciuntur, ceteros autem, quos ipsi adjunxerimus, litteris quas vocant capitales romanas.*

(1) In sua collectione *Quellensammlung der Badischen Landesgeschichte*, Karlsruhe 1848 sqq.

MARTYROLOGIUM

HIERONYMIANUM

E CODICE TREVIRENSI

NUNC PRIMUM EDITUM.

Alterum hic proferimus martyrologium Hieronymianum ineditum, e genere contractorum, quod reperimus in codice bibliothecæ civitatis Trevirensis signato jam n. 1245, quondam 1418, membraneo, foliorum (seu paginarum) 275, formæ minoris (0^m, 188 × 0^m, 102). Codex iste ad bibliothecam Trevirensem accessit dono D[ris] Hermes anno 1827; olim vero pertinebat ad monasterium S. Martini, ut colligitur ex nota adscripta pag. 3, his verbis : *Codex S. Martini. Si quis eum abstulerit, anathema sit.* Complectitur, præter Martyrologium (pag. 70-100), regulam S. Benedicti, homilias, hymnos, etc.

Codicem seculo XIII exaratum notavit Böhmer (1); sed, nisi vehementer nos fallit memoria nostra, ea pars qua Martyrologium continetur, longe antiquior est, quin immo ad seculum VIII vel IX exordiens referendum. Imprimis enim, quod ad rationem palæographicam attinet, ut alia indicia omittamus, tituli ante et post *Breviarium apostolorum*, itemque in capite singulorum mensium et dierum, litteris majusculis quas vocant unciales, paucis capitalibus (v. g. B et T) intermixtis, descripti sunt. Plerumque etiam simili modo distinctum in textu nomen *Rom.* et subinde aliorum locorum. Littera *n* in corpore vocum sæpissime occurrit forma capitali, et litteræ *et* crebro indicatæ signo & in vocibus *Petri, propheta, interpraetatur*, etc. Diphthongus *æ* frequenter legitur litteris separatis, et ter tantum (idque in parte exarata ab altera manu, ut mox dicetur, ad III Non. et IIII Id. Nov. et ad V Kl. Dec.) sub forma ę caudatæ. Compendia in corpore vocum (si excipias *epi, mr, sci* et alias hujusmodi paulo infra in hac præfatione notatas) admodum parca. Quæ omnia certe ætatem seculo XIII superiorem manifestant.

Accedit quod non solum in ipso Martyrologio, quale primitus descriptum est, nulla occurrunt nomina sanctorum qui post seculum VII in vivis extiterunt, sed et ipsi plerique sancti celebriores hujus seculi et nonnulli seculi VIII, admodum vero pauci recentiores (2), in margine vel supra lineam aliis manibus adjecti sunt. Notatu etiam præcipue dignum videtur quod Bonifacii Germanorum apostoli, qui utique statim post mortem cœlicolarum honoribus dignatus est, nomen non repe-

(1) *Archiv*, tom. VII, p. 140. — (2) Solus forte Udalricus (ad d. IV Non. Jul.), episcopus Augustanus sec. X.

ritur in corpore martyrologii, sed inter additamenta ad Nonas Julii : *Bonifacii et sociorum ejus.* Denique duæ tantum in toto codice conspiciuntur notæ necrologicæ, quarum altera (1) manifeste spectat Pipinum regem, patrem Caroli M., die 24 septembris anni 768 vita defunctum (2), altera (3) Lotharium imperatorem, filium Ludovici Pii, qui anno 855 in monasterio Prumiensi fato concessit (4).

Duplex manus Martyrologio describendo operam dedit. Prior scriptionem deduxit usque ad diem XIV Kal. Nov.; cetera debentur alteri. Præterea tertia manus recentior (vel plures) quædam postea supplevit vel correxit. Hæc additamenta, quæ pars in margine, pars inter lineas adjuncta sunt, distinximus charactere italico.

Ceterum in editione nostra omnino, sicut modo præmonuimus, secuti sumus rationem scribendi priorum librariorum, ita tamen ut suppleverimus litteras *m* et *er*, subinde in fine vocum lineola ultimæ litteræ superposita notatas et compendia verborum *sancti, episcopi, martiris, confessoris, apostoli, presbiteri, virginis, Domini nostri Jesu Christi, est, sunt, et, per, præ* (5) solverimus, itemque terminationes vocum *passio, depositio, octabas, vigilia, natalis*, nisi ubi dubium esse potuit utrum quædam singulari an plurali numero efferenda essent : tunc enim ultima pars vocis puncto suppleta est. Dubiam etiam reliquimus terminationem vocum *evangelistæ, prophetæ, papæ*, ubi hæc in codice indicata non est. Vocem *alibi*, quæ vicies fere scripta erat *al*, lineola addita super *l*, sed toties etiam in extenso, quoniam suspicio non poterat esse num forte legendum esset *aliorum* (6), puncto coarctandam non duximus. Reliqua ubi editio nostra a lectione codicis recessit, distincte notavimus (7). Sed advertat lector multa omnis generis menda in textu qui hic edendus erat, offendi, quæ neque corrigenda censuimus neque adjecta voce *sic* indigitanda. Sufficiat nos spondere typos fideliter codicem exprimere.

Quam autem in margine sinistra reperies sæpius repetitam seriem litterarum majuscularum viginti, eadem simili modo disposita visitur in codice. Idemque dicendum de mentione *dierum ægyptiacorum* (8) et siglis ac numeris in altera margine appositis.

(1) Ad d. VIII Kal. Oct. *Obiit Pipinus.* — (2) Cfr. Oelsner, *König Pippin*, p. 425. — (3) Ad d. III Kal. Oct. *Obiit Lotharius imp. et monac.* — (4) Cfr. Dümmler, *Geschichte des Ostfränkischen Reichs*, tom. I, p. 373. — (5) *Præ* sæpe legitur in extenso litteris separatis ; nunquam vero scriptum occurrit *pre* nisi in duobus nominibus *Preiecti* (VIII Kl. Feb.) et *Pretextati* (III Id. Dec.). — (6) Videsis VIII Kl. Ap., IIII Id. Sep. — Immo occurrit hic *alibi* in extenso (ad III Kl. Mar.), licet apud alios, v. g. Rosweyde, Florentinium, legatur eodem loco *et aliorum.* — (7) V. g. quoad rationem excudendi compendiaria nomina locorum. — (8) De quibus videsis Du Cange ad h. v. et Muratori, *Rer. Ital. Script.*, tom. II, part. II, p. 1023.

INCIPIT BREVIARIUM APOSTOLORUM EX NOMINE VEL LOCIS UBI PRAEDICAVERUNT, ORTI VEL OBITI SUNT.

Simon, qui interpraetatur oboediens, Petrus agnoscens, filius Johannis, frater Andreae, dicitur ortus vico Bethsaida, provincia Gallileae. Qui propter Simonem magum, licet Dei occulto nutu, Romam pervenit, ibique praedicans evangelium, viginti et quinque annorum ejusdem urbis tenuit pontificatum. Sexto autem et trigisimo anno post passionem Domini sub Nerone cesare, ut voluit, cruce suspensus est. Cujus natalicium III Kl. Jul. caelebratur.

Paulus, qui interpraetatur pius, ortus ex tribu Benjamin, apostolus gentium. Hic secundo post ascensionem Domini anno baptizatus, et sub Nerone eadem die quo et Petrus capite truncatus, ibique sepultus est.

Andreas, qui interpraetatur virilis vel decorus, frater Petri. Hic praedicavit Scitiam et Achaiam, ibique in civitate Patras cruce suspensus occubuit, pridie Kl. Decembris.

Jacobus, qui interpraetatur subplantator, filius Zebedei, frater Johannis. Hic Spaniae et occidentalia loca praedicatur, et sub Herode gladio cesus occubuit, sepultusque est in Achaia Marmarica, VIII Kl. Ag.

Johannis, qui interpraetatur gratia Dei, apostolus et evangelista, filius Zebedei, frater Jacobi, dilectus Domini; praedicatur Asiae et in Effeso [1]. VI Kl. Jan. natalis ejus. Alii dormitionem ejus VIII Kl. Jul. dicunt, quando nativitas sancti Johannis Baptistae caelebratur.

Thomas, qui interpraetatur abysus, didimus, hoc est Christi similis. Hic Partis et Medis praedicatur, et distinans orientalem plagam, ibique evangelium praedicavit. Lancea enim ibi transfixus occubuit. In [2] Caliminicae Indie civitatem, ibi sepultus est in honore, XII Kl. Jan.

Philippus, qui interpraetatur os lampadis, a Bethsaida civitate ortus, unde et Petrus, Gallis praedicavit Christum.

[1] *dubia interpunctio; nam in codice fere post unamquamque vocem ponitur punctum.* — [2] *ita per majusculam incipit nova phrasis in cod.*

Deinde in Hierapuli Frigiae provintiae crucifixus et lapidatus obiit, ibique cum filiabus suis quiescit. Cujus natalicium Kl. Mai. caelebratur.

Jacobus, frater Domini, Hierusolimorum primus episcopus, de templo a Judaeis praecipitatus, lapidibusque obpressus Kl. Mai. et ordinatio ejus vi Kl. Jan.

Bartholomeus apostolus, nomen ex sira lingua suscepit, et interpraetatur filius suspendentis aquas. Liconiam praedicavit, ad ultimum in Albano, majoris Arminiae urbae, vivens a barbaris decoriatus, atque per jussum regis Astragis decollatus, sicque terrae conditus viii Kl. Sep.

Matheus, apostolus et evangelista, qui interpraetatur donatus. Hic etiam ex tribu sua Levi sumpsit cognomentum. Ex publicano a Christo electus, primum quidem in Judaea evangelizavit, postmodum in Macedonia, et passus in Persida, requiescet in montibus Portorum. xi Kl. Octobris.

Simon Zelotis, qui interpraetatur zelus. Hic primus dictus est Cananeus, zelo Dei fervens. Par incognomenti Petri et similis in honore. Hic accepit Aegypti principatum. Et post Jacobum justum cathedra dicitur tenuisse Hierusolimorum. Et post annos centum viginti meruit sub Adriano per crucem sustinere martyrium passionis. Jacet in Porto foro. Ejus natalicium caelebratur v Kl. Novembris.

Judas, qui interpraetatur confessor, frater Jacobi, in Mesophotamiam atque in interioribus Ponti praedicavit. Sepultus est in Nerito, Arminiae urbae. Cujus festivitas caelebratur v Kl. Novembris.

Mathias, de septuaginta discipulis unus, et pro Juda Etscarioth duodecimus inter apostolos subrogatus. Electus sorte, et solus sine cognomento. Cui datur evangelii praedicatio in Judaea.

IN NOMINE DOMINI INCIPIT MARTYRILOGIUM [1] PER CIRCULUM ANNI.

E **VIII Kl. Jan [2].** Bethlem nativitas Salvatoris Domini nostri Jesu [3] Christi secundum carnem. Roma [4] passio Eugeniae virginis. Alibi Anastasiae virginis. XII.

F **VII Kl. Jan.** Passio Stephani martiris. Roma Diunisi confessoris. Juliani. Niandri et passio sancti Marini. XII.

G **VI Kl. Jan.** Ordinatio episcopatus Jacobi apostoli, fratris Domini, et adsumptio sancti Joannis evangelist. XII.

H **V Kl. Jan.** Bethlem natalis [5] martirum infantium et lactantium. Alib[i] translatio Thomae apostoli et octabas [6] ipsius. XII.

I **IIII Kl. Jan.** In Africa Victoris. Honorati. Saturi. Roma Felicis. Bonifacii episcopi.

K **III Kl. Jan.** Alexandria Mansueti. Honori. Pauli. Stephani. Cleti. Roma Felicis episcopi. Perpetuae.

L **Prid. Kl. Jan.** Donati. Gagi. Roma Silvestri episcopi et confessoris. Sen[oni]s [7] passio Columbae virginis *et sanctorum martirum Saviniani et Potentiani.* M

[1] *sic habes in cod.* — [2] *Nomen mensis modo in codice scriptum est* Jan. *modo* Ja. *Nos semper eadem forma expressimus. Item in aliis mensibus, et in vocibus* Kl. Non. Id. — [3] *cod.* Ihū *ubique.* — [4] *Nomina locorum compendiario modo scripta solvimus analogia ducti eorumdem vel similium nominum in eodem martyrologio. Sic omnia nomina urbium primæ declinationis, quorum compendia solvenda erant, desinent in* a. *Videramus enim scriptum in codice:*

Hierusolima	*in extenso*	*promiscue cum*	Hierusol̄.
Nicomedia	"	"	Nicomed̄.
Antiocia	"	"	Antioc̄.
Alexandria	"	"	Alexd̄.;

nulla vero ejusmodi poni in casu genitivo, nisi quod ad VI Id. Feb. legimus Romae, *et in illa parte codicis quæ, ut diximus, alterius manus est, bis idem casus legitur adhibito* e *caudato. Et quamquam ante hanc secundam partem occurrit plus septuagies forma* Rom., *semel vero in extenso* Roma, *nihilominus ubique scripsimus* Roma, *sine uncinis, notatis distincte iis tantum locis ubi in secunda parte legitur in extenso. — Hæc quoad nomina primæ declinationis; quoad alia videsis ad prid. Kl. Jan.* — [5] *cod.* natl. *et sic deinceps; sed in extenso supra ad S. Joannem.* — [6] *cod.* Octabas *in extenso, et sæpius postea. Sic igitur resolvemus litteras* oct. — [7] *cod.* Sens̄. *Interpretati sumus ex analogia vocum similium quæ in extenso occurrunt, ut* Linguinis *ad III Id. Feb.*, Redonis *ad VIII Id. Nov. Quia tamen in codice occurrit terminatio* as, *ut* Bituricas *(ad IIII Kl. Mai.), ideo conjecturalem terminationem, ubi nomen in extenso non erat, uncinis inclusimus, prima declinatione excepta.*

JANUARIUS HABET DIES XXXI.

A **Kl. Jan.** Circumcisio Domini nostri Jesu Christi secundum carnem. Stephani. Hermetis. Victoris.

B **IIII Non. Jan.** Antiocia [1] Isidori. Machari. Alib[i]. Rutulae. Vitalis. *Octabas sancti* Stephani.

C **III Non. Jan.** Cirici. Claudionis. Paris[ius] [2] Genovefe virg. Vienna Florenti. *Octabas sancti Johannis.*

D **Prid. Non. Jan.** Africa Aquilini. Augenti. Hermetis. Aggei. Gagi. *Octabas sanctorum Innocentum.*

E **Non. Jan.** Hierusolima Symeonis confessoris. Item Symeonis propheta. Africa Felicis. Luciani. *Vigilia Epiphanie Domini.*

F **VIII Id. Jan.** Epiphania Domini. Honori. Juli. Anastasiae. Basilisse. Redon[is] [3] translatio et ordinatio Melani confessoris. XII.

G **VII Id. Jan.** Nicomedia Luciani. Isidori episcopi. Eductio Jesu de Aegypto.

H **VI Id. Jan.** Grecia Rustici. Timothei. Luci. Flori. Sathei. Agusted[uno] [4] Egemoni episcopi.

I **V Id. Jan.** Epictiti. Saturnini. Vitalis. Furtunati. Quieti. Revocati.

K **IIII Id. Jan.** Africa Revocati. Alib[i] Melciades. Saturi. Felicitatis. *Pauli primi heremite.*

L **III Id. Jan.** In Alexandria Petri. Leuci. Alibi Augenti. Agusti. Gregorii episcopi.

M **Pridie Id. Jan.** In Achaia Ciriaci. Saturi. Alib[i] Zotici. Bonitti. Rogati. Petri.

N **Id. Jan.** Africa Felicitatis. Al[ibi] [5] Ciriaci. Zotici. Pectavis depositio Helari episcopi et confessoris. *Agricii martiris. Hylarii. Remigii conf.* M

[1] *cod.* Antioc̄. *Aliquoties postea occurrit* Antiochia. *Terminationem nostram, etsi conjecturalis est, quia exemplis numero pluribus ejusdem codicis nixa, uncinis non gravamus.* — [2] *cod.* Paris̄. *Occurrit V Kl. Jun.* Parisius *in extenso. Item VIIII Kl. Aug. et VII Id. Oct.* — [3] *legitur in extenso ad VIII Id. Nov.* — [4] *cod.* Agustd. *Cfr. III Non. Aug. et Id. Sept. ubi in extenso.* — [5] *Hactenus scriptum erat in cod.* alibi *in extenso, vel saltem* alib. *Hic primum* aī. *Tres formæ promiscue occurrunt.*

O **XVIIII Kl. Feb.** Antiocia Cliceri martiris. Alibi Pauli. Saturi. Eufrasi conf[essoris]. *Felicis presbiteri et confessoris.*

P **XVIII Kl. Feb.** In Aegypto Crisconi. Minelampi. Al[ibi] Leuci. Abbacuc propheta. Remedii.

Q **XVII Kl. Feb.** Roma Marcelli pape et martiris. Marthae martiris. Alibi Saturnini.

R **XVI Kl. Feb.** Africa Victurici. Leucii. Linguin[is] [1] Speusippi, *Eleosippi* et Meleosippi. Leonelle mart.

S **XV Kl. Feb.** Cathed[ra] sancti Petri apostoli qua primo Roma sedit. Ammoni. Leopardi confessoris. *Prisce virginis.*

T **XIIII Kl. Feb.** Africa Pauli. Germani. Hierusolima Marte et Mariae. Lugduno Niceti confessoris.

U **XIII Kl. Feb.** Roma Fabiani. Sebastiani mart. Mariae. Adafex. Al[ibi] Clementi. Leonti. Tyrsi.

A ∴ **XII Kl. Feb.** Felicis. Eustasi conf. Fructuosi martiris. Patrueli martiris et passio Agnetis virginis. Aviti confessoris. XII.

B ∴ **XI Kl. Feb.** In Spania Valerie civitate passio Valeri episcopi. Vincentii diaconi et martiris.

C ∴ **X Kl. Feb.** Severiani martiris. Flori. Cornili. Donati. Roma Emerentiane martiris. *Macharii confessoris.* *dies egip*

D ∴ **VIIII Kl. Feb.** Antiocia Babille martiris. Al[ibi] Epictiti. Eustasi conf. Savinae virginis.

E ∴ **VIII Kl. Feb.** *Conversio* Pauli apostoli. Donati. Epictiti. Fabiani. Sabini. Alvernus Prejecti martiris.

F ∴ **VII Kl. Feb.** Policarpi episcopi. Arthemi. Fabiani. Sidonis. Leuducius. Sanctae Paulae. *Mari episcopi.*

G ∴ **VI Kl. Feb.** Africa Dativi. Emeliani. Publi. Arthemi. Armati. Epictiti. Gagi.

H ∴ **V Kl. Feb.** Roma *Octabas* Agnetis virginis de nativitate. Donati. Viti. Celestini.

I ∴ **IIII Kl. Feb.** Pauli. Victoris. Ippoliti. Honorati. Constantini. Treveris Valeri episcopi.

K ∴ **III Kl. Feb.** Ippoliti. Alibi Cleri. Pelliani. *Aldegunde virg.*

L ∴ **Prid. Kl. Feb.** Alexandria Tarsici. Gelasi. Ippoliti. Tyrsi mart. Victoris.

[1] *Legitur in extenso ad III Id. Feb.*

FEBROARIUS HABET DIES XXVIII.

M ∴ **Kl. Feb.** In Scotia depositio Brigite virginis. Alibi Policarpi. Severi conf. Vindemialis mart.

N ∴ **IIII Non. Feb.** Solemnitas sanctae Mariae quando Dominum in templo praesentavit. Roma Laurenti. *Blasii episcopi et martiris.*

O ∴ **III Non. Feb.** Africa Felicis. Laurenti. Ippoliti. Felicitatis. Lugd[uno] [1] Lupicini confessoris.

P ∴ **Prid. Non. Feb.** Gemini. Gelasi. Donate. Aquilini. Mannii. Timoe.

Q ∴ **Non. Feb.** Sicilia passio Agathae virginis. Revocati. Andreae apostoli de ordinatione.

R ∴ **VIII Id. Feb.** Sotheris virginis. Saturnini. Revocati. Dorotheae. Passio Lucie virginis. *Lubentii.* Amandi. Vedasti episcopi confessoris.

S ∴ **VII Id. Feb.** Aguli martiris. Anatholi. Ammonis. Statiani. Neputiani. Luci.

T ∴ **VI Id. Feb.** Arminia Diunisi. Sebastiani. Romae Pauli episcopi. Al[ibi] Luci. *dies egip*

U ∴ **V Id. Feb.** Alexandri. Ammonis. Emeliani. Thome. Juli. Germani. Agatoni. Ciriaci.

∴ A **IIII Id. Feb.** Apollonis martiris. Silvani confessoris. Andreae. Zotici. Herenei. Jacinti. Amanti mart. *et Scolastice* [2] *virginis.*

∴ B **III Id. Feb.** Eufraxi. Basiliani. Amanti. Linguinis Desiderii episcopi. Parthemi martiris.

∴ C **II Id. Feb.** Damiani martiris. Juliani. Donati. Eracli. Eulaliae. Susannae. Simplici confessoris.

∴ D [**Id.**] **Feb.** Juliani martiris. Tuliani. Ciriaci. Ammoni. Lugd[uno] depositio Stephani episcopi. *Castoris confessoris.*

∴ E [**XVI Kl. Mar.**] Roma Valentini. Zenonis. Vitalis. Felicule mart. Marciani. Bassiani mart.

∴ F [**XV Kl. Mar.**] Josippi. Agape virginis. Johannis. Victoris. Pamponi. Castuli. *sol in pisces*

[1] *cod.* Lugd.; *at sæpe in extenso ante et post, v. g. X et VII Kl. Mai.* — [2] *cod.* Solastice.

G **XIIII Kl. Mar.** Faustiniani. Fabiani. Maxime. Juliane mart. cum v mil[ibus]. Depositio Tetradi episcopi.

H **XIII Kl. Mar.** Donati martiris. Romoli martiris. Januari. Octaviani. Juliani. Marci. *Bonosii episcopi.*

I **XII Kl. Mar.** Rutuli. Damasi. Pauli. Marcialis. Maximi. Marcelli. Fructuli.

K **XI Kl. Mar.** Publii. Juliani. Tullii. Lampasi. Maiuli. Marcelli. Barachei. *Legontii episcopi.*

L **X Kl. Mar.** Potami. Nemesei. Didimi. Gagi conf[essoris]. Victoris. Coronae.

M **VIIII Kl. Mar.** In Africa Viroli. Sirici. Jucundi. Victurini. Petri. Justi. Secundi.

N **VIII Kl. Mar.** Natal[is] Cathedra sancti Petri apostoli quam sedit apud Antiochia. Tecle virginis. Gurgoni.

O **VII Kl. Mar.** Seneroti. Policarpi episcopi. Petri. Felicis. Sirici. *Vigilia apostoli.* *dies egip*

P **VI Kl. Mar.** Heroli. Primitive. Rutuli. Luciani. Sarapionis mart. *Sancti Mathei apostoli.*

Q **V Kl. Mar.** Donati. Ingenue. Justi. Castae. Criscenti. Rogatiani. Nestoris.

R **IIII Kl. Mar.** Alexandri. Theonis. Donativi. Ingenui. Furtunati. Felicis.

S **III Kl. Mar.** Alexandri. Antigoni. Habundanti. Dionisi. Alibi Serviliani.

T **II Kl. Mar.** Celeris. Pupilli. Claudiani. Machari. Gaie. Rufine. Justi.

MARTIUS HABET DIES XXXI.

A **Kl. Mar.** Passio Leonis martiris. Donati. Habundanti. Hermetis. Sancti Albini confessoris.

B **VI Non. Mar.** Heroli. Roma Lucii episcopi. Pauli. Georgi. Januariae. Primitive.

C **V Non. Mar.** Felicis. Lucioli. Gaiole. Juli. Casti. Justi. Soli. Emeteri. *dies egip*

D **IIII Non. Mar.** Roma natal[is] sanctorum martyrum DCCCrum. Juli. Roti. Luci. Gagi. Gregorii. *Basini episcopi martiris.*

E **III Non. Mar.** Africa Petri. Foce mart. Victuris. Eusebii. Al[ibi] Saturnini. Marci.

F [**II Non.**] **Mar.** Nicomedia Victoris. Alibi Diodori. Perpetuae. Felicitatis. *Quiriaci presbiteri.*

G [**Non.**] **Mar.** Africa passio Perpetuae. Felicitatis. Saturi. Al[ibi] Servani. Leoci. Talici.

H **VIII Id. Mar.** Nicia Quirilli. Al[ibi] Rogati. Orbani. Cirilli. Hereme. Felicis.

I **VII Id. Mar.** Arminia militum LX. Africa Juliani. Sici. Philippi. Mariani. Concessi.

K **VI Id. Mar.** Nicia Gurgoni. Firmi. Antiocia Agape virginis. Palatini. Firmani.

L **V Id. Mar.** Alexandria Gagi. Philomi. Candedi. Valeri. Quirilli. Eracli.

M **IIII Id. Mar.** Nicomedia Egdoni martiris. Roma Innocenti. Sancti Gregorii pape beate memorie.

N **III Id. Mar.** Nicomedia Macedoni. Epepodi. Alibi Eufraxiae. Victorini.

O **Prid. Id. Mar.** Eufrosi. Alexandri. Petri mart. Roma Leonis episcopi et martiris. Pionis. Innocenti.

P **Id. Mar.** Longini. Luci mart. Pauli. Hierusolima Jacobi apostoli. Luce evangelistae.

Q **XVII Kl. Ap.** Nicomedia Castori. Sereni. Eugeniae. Juliani. Alibi Helari. Cassonis.

R **XVI Kl. Ap.** Hierusolima Quiriaci. Diunisi. Mariae. Largi. Alexandri. Datiani. *Gertrud[is] virg[inis]. Patrici episcopi.*

S **XV Kl. Ap.** Alexandria Collegi. Roma Pimenii presbiteri. Quartini. Samfori. Quinti. *dies egip*

T **XIIII Kl. Ap.** Teodori. Bassi. Baselei. Leonti conf. Sorenti. Marci.

U **XIII Kl. Ap.** Joseph. Pauli. Cirilli. Eugeni. Valentini. Vulframni conf[essoris].

A ∵ **XII Kl. Ap.** Alexandria Serapionis. Josippi. Policarpi. Ammoni. Benedicti abbatis.

B ∵ **XI Kl. Ap.** In Narbona Pauli confessoris. In Africa Saturnini. Alibi Decroni.

C ∵ **X Kl. Ap.** In Africa Felicis. Alibi Teodori. Juliani. Agatius. Pauli.

D ∵ **VIIII Kl. Ap.** Africa Agabiti. Romoli. Rogati. Saturnini. Secunduli. Victurini. *Quirini martiris.*

E ∵ **VIII Kl. Ap.** Adnuntiatio sanctæ Mariae matris Domini. Hierusolima Dominus noster Jesus Christus crucifixus est. Et passio Jacobi apostoli, fratris Domini. Al[ibi] Tecle virginis et immolatio Isaac. M N (?)

F ∵ **VII Kl. Ap.** Roma Castuli. Al[ibi] Monati martiris. Petri. Marciani. Cassiani. Timothei. *Tr[everis] Felicis* [1] *episcopi.*

G ∵ **VI Kl. Ap.** Resurrectio Domini nostri Jesu Christi. In Africa Romoli. Acuti. Solutoris.

H ∵ **V Kl. Ap.** Rogati. Audacte. Castori. Alexandri. Cavolonno Gundramni regis.

I ∵ **IIII Kl. Ap.** Nicomedia Pastoris. Victurini. Dole. Juliane. Saturnini.

K ∵ **III Kl. Ap.** Tesalonica Domnini. Acaici. Al[ibi] Eulaliae virginis. Depositio Pastoris.

L ∵ **II Kl. Ap.** Africa Anesi. Felicis. Diodoli. Porti. Abdi. Cornili. Valerie.

APRILIS HABET DIES XXX.

M ∵ **Kl. April.** In Arminia Partini. Quintiani. Alibi Victoris. Diunisi. Secundi.

N ∵ **IIII Non. Ap.** In Africa Ampiani. Victoris. Al[ibi] Marcellini. Niceti conf[essoris].

O ∵ **III Non. Ap.** In Nicomedia Thomae. Prancati. Agathae. Donati. Evagri. *dies egip*

P ∵ **Prid. Non. Ap.** Teodoli. Agatoni. Pauli. Saturnini. Mediol[ano] [2] depositio Ambrosii confessoris.

Q ∵ **Non. Ap.** Claudione. Marciane. Didimi. Quinti. Honori. Agape.

R ∵ **VIII Id. Ap.** In Nicomedia Firmi. Berenei. Romani. Donati. Quiriaci.

[1] *cod.* Feucis, *immo litteræ* TR *invicem implexæ figuram exhibent prope litteræ* K. — [2] *cod.* Mediol. *Sed in extenso V Kl. Aug.*

S ∴ **VII Id. Ap.** Antiocia Timothei. Diugenis. Machariae. Maximae.

T ∴ **VI Id. [Ap.]** Africa Timori. Conexi. Concessi. Solutoris. Successi. Machari. Ammoni.

U ∴ **V Id. Ap.** Dimetri. Helari. Mari. Fortunati. Successi. Donati.

∴ A **IIII Id. Ap.** Alexandria Apolloni. Saturnini. Al[ibi] Gaiani. Helari. Donati. Teodori.

∴ B **III Id. Ap.** Roma Leonis papa et confessoris. Domnini. Fortunati. Siagri conf[essoris].

∴ C **Prid. Id. Ap.** In Asia Carpi. Al[ibi] Juli. Pauli. Cipriani. Constantini conf[essoris].

∴ D **Id. Ap.** In Calcidonia Eufimiae martiris. Secutoris. Catuli. Januarii. Pauli.

∴ E **XVIII Kl. Mai.** Roma Tiburti. Valeriani. Maximi. Corniliae. Quiriaci.

∴ F **XVII Kl. Mai.** Picinio Maronis. Messoris. Al[ibi] Diugenis. Prosduci. Georgi. Luperci mart.

∴ G **XVI Kl. Mai.** Achaia Carissi martiris. Alibi Basiliae. Marcialis. Calisti mart.

∴ H **XV Kl. Mai.** Antiochia Petri. Hermogenis. Marciani. Baruci. Donati. Macedoni. *dies egip*

∴ I **XIIII Kl. Mai.** Septimi. Victurici. Victurine. Eleutheri episcopi. Crispini.

∴ K **XIII Kl. Mai.** Arminia Hermogenis. Gagi. Rufi mart. Furtunati. Vincenti. Vitalis mart.

∴ L **XII Kl. Mai.** Africa Serviani. Johannis. Roma Victoris ** [1] mr. Martini confessoris.

∴ M **XI Kl. Mai.** Alexandria Furtunati a**s [2] Vitalis. Roma Valeriani. Aprunculi.

∴ N **X Kl. Mai.** Roma Gai pape. Lugduno Epepodi. Sen[oni]s Leonis episcopi. *Trev[eris] Ab*unculi episcopi.*

∴ O **VIIII Kl. Mai.** Roma Georgi martiris. Naboris. Vitalis. Catulini. Victoris. Felicis *et Adalberti martiris.*

[1] *vox erasa cujus initium videtur* cl *vel* d̄. — [2] *vox eodem modo erasa.*

:P **VIII Kl. Mai.** Victoris. Coronae. Sidrac. Misac. Abdenago sic liberati sunt de camino ignis.

:Q **VII Kl. Mai.** Evodi. Furtunati. Georgi mart [1]. Lugduno Rustici. *Marci evangeliste. Letania major.*

:R **VI Kl. Mai.** Aurili. Leonidis. Africa Juli. Sirici. Pauli. Cleti mart. Maximi.

:S **V Kl. Mai.** Antimi episcopi. Castori. Hermetis. Victorius. Germani.

:T **IIII Kl. Mai.** Roma Vitalis. Victuri. Luciani. Bituricas Eutici martiris. M

A **III Kl. Mai.** Alexandria Germani. Alibi Prosduci. Prudenti. Valentini. Gradi.

B **Prid. Kl. Mai.** Alexandria Dorothei. Crispini. Quirini mart. Pomodiani.

MAIUS HABET DIES XXXI. XII.

C **Kl. Mai.** In Asia natal[is] Philippi et Jacobi apostolorum. In Gallia Amatoris confessoris. Mathei apostoli.

D **VI Non. Mai.** Germani. Saturnini. Private. Felicis. Hermogeni. Celestini. *Athanasii episcopi.*

E **V Non. Mai.** Inventio sanctae Crucis. Roma Hermogenis. Alexandri, *Eventii et Theodoli martirum.* Juvenalis confessoris.

F **IIII Non. Mai.** Antonine martiris. Felicis. Floriani mart. Silvani. Romani. *Firmini episcopi.*

G **III Non. Mai.** Eufimi. Erenei. Gregori. Helari. Vienna Felicissimi. Nectari. *Tr[everis] Bertanis episcopi.*

H **Prid. [N]on. Mai.** Persida Mathei apostoli. Al[ibi] Gerorti confessoris. Secundiani. Johannis apostoli *ante portam Latinam.*

I *dies egip* **Non. Mai.** Agustini. Marcellini. Helari conf. Alibi Placidi. Merobi. Flavii.

K **VIII Id. Mai.** Victoris martiris. Furtunati. Maximi. Stephani. Saturnini.

[1] *voces* Georgi mr. *linea trajecta.*

L **VII Id. Mai.** Quirilli. Genoni. Timothei. Gurdiane. Primoli. Afrodisi.

M **VI Id. Mai.** Roma Epima*chi* [1] *et* Gordiani. Al[ibi] Probate. Cirilli. Job propheta. XI

N **V Id. Mai.** Montaniani. Septimi. Maiuli *abbatis.* Dimetri. Vienna Mamerti. Martini.

O **IIII Id. Mai.** Rome Nerei. Achelei. Prancati mart. Sotheris virginis. Afroditi martiris. *Modoaldi episcopi.* X

P **III Id. Mai.** Agrippe. Luce. Sabini. Gagi. Sabastiani. Victoris. Saturnini. *Gangulfi martiris. Servatii episcopi.*

Q **Prid. Id. Mai.** Victoris. Quarti. Secundiani. Proculi. Maximi. Roma Isidori. Bonifacii.

R **Id. Mai.** Timothei. Digni. Simplici. Felicis. Cirici. Victoris. Petri.

S **XVII Kl. Jun.** Aquilini. Eracli. Victuriani. Paulini. Vincenti. Peregrini mart.

T **XVI Kl. Jun.** Victoris. Primi. Eracli. Aquilini. Partini. Gallicori.

U **XV Kl. Jun.** Alexandria Potamonis. Maxime. Dioscori mart. Marci evangelistae.

A :· **XIIII Kl. Jun.** Roma Caloceri. Potentiane *virginis* [2] Quinti. Emeli. Primoli. *Quirilli episcopi.*

B :· **XIII Kl. Jun.** Roma Basille. Victuriae. Basilisse. Gervasi. Protasi. Fausti.

C :· **XII Kl. Jun.** Timothei. Eviti. Victuri. Donati. Mathei apostoli. Valis confessoris.

D :· **XI Kl. Jun.** Roma Faustini. Venusti. Alibi Helene. Juliae.

E :· **X Kl. Jun.** Epictiti. Basilei. Africa Quinti. Luci. Vienna Desiderii episcopi.

F :· **VIIII Kl. Jun.** Servoli. Saturnini. Zeli. Nammetis. Rogatiani. Donatiani.

G :· **VIII Kl. Jun.** Roma Urbani papa. Desiderii martiris. Effeso Johannis apostoli. Trecas Leone.

[1] *ita corr.; prius* Epimadi *vel* Epimacli. — [2] *ita corr.; prius* mr.

H :· **VII Kl. Jun.** Africa Eracli. Felicissimi. Autisiodero passio Prisci. Simmetri.

I :· **VI Kl. Jun.** Aquili. Heliae. Sacci. Juli. Eutrici. Evangeli. Roma Restitute. *dies egip*

K :· **V Kl. Jun.** Zetoli. Primoli. Roma Epegati. Parisius Germani confessoris. Carnotas Carauni martiris. M

L **IIII Kl. Jun.** Pullionis. Crispoli. Cirilli. Primi. Treveris Maximini. XII.

M :· **III Kl. Jun.** Sici. Palatini mart. Gabini. Crispuli. Venusti. Carelli. *Petronille virginis.*

N :· **II Kl. Jun.** Canti. Procati. Datiane. Donatiane. Roma Petronelle virginis. Isici martiris.

JUNIUS HABET DIES XXX.

O :· **Kl. Jun.** Tesalonica Octavi. Lucie. Casti. Publi. Lupi. Crispini. Claudi. I^{III} (?)

P :· **IIII Non. Jun.** Roma Marcellini. Petri mart. Zacchariae. Rogati. Saturnini.

Q :· **III Non. Jun.** Africa Quirini. Abdiani. Nepori. Demetriae. Thome apostoli.

R :· **Prid. Non. Jun.** Zotici. Camasi. Julii. Saturnini. Italii. Datiani. Rustici.

S :· **Non. Jun.** Aegipti Marciani. Alibi Evasi. Felicitatis. Gregorii. *Bonifacii et sociorum ejus.*

T :· **VIII Id. Jun.** Itali. Philippi. Claudi. Cerati episcopi. Alexandri.

U :· **VII Id. Jun.** Pauli. Furtunati. Magri. Africa Victuri. Private. Donate.

A **VI Id. Jun.** Marciani. Marti. Roma Nazari. Primi. Naboris. Suessionis Medardi confessoris.

B **V Id. Jun.** Maximi. Basilidis. Zachariae. In Agenda Vincentii martiris. *Primi et Feliciani martirum.* *dies egip*

C **IIII Id. Jun.** Roma Basillae. Cassiani. Autisiodero Censuri episcopi. *Maurini martiris.*

D **III Id. Jun.** Roma Restituti. Al[ibi] Furtunati. Victuriani. Victoris. *Barnabe apostoli.* M

·:E **Prid. Id. Jun.** Roma Restituti. Basilidis. Naboris. Nazari. Felicis. Magdaletis.

·:F **Id. Jun.** Persida Bartholomei apostoli. Al[ibi] Felicule. Luciani.

·:G **XVIII Kl. Jul.** Anteoni. Afri. Quintiani. Aurilianis translatio sancti Aniani.

·:H **XVII Kl. Jul.** Isici. Cantiani. Nuci. Gaiani. Candide. Al[ibi] Viti. Clementis. *Modesti. Crescentiae virginis.* dies egip

·:I **XVI Kl. Jul.** Antiocia Cirici. Viti mart. Julite martiris. Diugenis. Saturnini.

·:K **XV Kl. Jul.** Quiriaci. Cantiani. Marini mart. Rome Diogenis. Alexandri.

·:L **XIIII Kl. Jul.** Roma Marci. Marcelliani. Emeli. Felicis. Pauli. Marine. M

·:M **XIII Kl. Jul.** Mediol[ano] Nazari. Gervasi. Protasi. Celsi mart. Roma Ippoliti martiris. M

·:N **XII Kl. Jul.** In Thomis civitate Pauli. Ciriaci. Feliciani. Thome. Felicis.

·:O **XI Kl. Jul.** Bellici. Primi. Apollonaris. Rufini. In Cesaria Eusebii episcopi. *Albani martiris.*

·:P **X Kl. Jul.** Antioc[ia] Juliane. Jacobi Alfei apostoli. Rufi. Albini. Paulini [1] conf[essoris].

·:Q **VIIII Kl. Jul.** Nicomedia Aviti. Cinga. Gapitonis. Aricionis. Emeriti. *Vigilia Praecursoris.*

·:R **VIII Kl. Jul.** In Palestina natal[is] sancti Johannis Baptista. Dormitio sancti Johannis apostoli. XII

·:S **VII Kl. Jul.** Bigati. Lamtani. Aceiė. Luceiae virginis. *Adalberti confessoris.*

·:T **VI Kl. Jul.** Africa Gaudenti. Felicis. Roma Johannis et Pauli mar[tirum]. Agapiti. *Maxentii confessoris.* M

A **V Kl. Jul.** Roma Crispi. Spinelle. Criscentis. Crispiniani. Justi. Felicis.

B **IIII Kl. Jul.** Africa Fabiani. Theoni. Gundini. Alexandria Sereni. Venusti. Diunisi. *Vigilia apostolorum. Leonis pape.*

[1] *ita corr. pro* Pauline.

C **III Kl. Jul.** Roma natal[is] apostolorum Petri et Pauli. MM Persida nativitas Simonis et Judae [1].

D **II Kl. Jul.** Roma Timothei. Leonis papa. Marcialis confessoris. Albini confessoris. *Item celebratio sancti Pauli.*

JUL[IUS] HABET DIES XXXI.

E **Kl. Jul.** Roma Gage. Luceie. Arilefe conf. In monte Or depositio Aaron sacerdotis. In Persida Simonis Judae apostoli *et depositio Lupicini* [2] *confessoris.*

F **VI Non. Jul.** Roma Damasi. Celesti. Eutici. *Processi et* m̄ *Martiniani* et depositio Romani episcopi urbis Meldinse.

G **V Non. Jul.** In Edissa translatio Thome apostoli. Al[ibi] Trifonis. Aprici. Juliani.

H **IIII Non. Jul.** Jocundiani. Innocenti. Turonis ordina- *Dies* tio episcopatus et translat[io] corporis et dedicatio basilice sancti Martini episcopi et confessoris. *Udalrici confessoris.*

I **III Non. Jul.** Agatoni. Theodoni. Trifonis. Magrini. Arpotis.

K **Prid. Non. Jul.** Severi. Zeti. Leganti episcopi. Et octa- M bas apostolorum et depositio sancti Goaris confessoris.

L **Non. Jul.** Alexandria Parthemi. Eraclei. Apolloni. Publii. Partheni. Partimi.

M **VIII Id. Jul.** Nicia Sustrati. Eracli. Procobi. Quarti. Prancati. Corniliani. *Kiliani et sociorum ejus.*

N **VII Id. Jul.** Mochi. Zenoni. Cirilli. Feliciani. Floriani. Procobi mart.

O **VI Id. Jul.** Roma natal[is] septem fratrum, filii sanctae M Felicitatis. Felicis. Rufine.

P **V Id. Jul.** Africa Mariani. Et depositio sancti Benedicti abbatis. Januarii. Stephani. *Scolastice.*

Q **IIII Id. Jul.** Fortunati. Sicilia Agathae virginis. Naboris. Felicis.

R **III Id. Jul.** Alexandria Serapionis. Melei. Evangeli. Menei. Naboris. *Margarete v[irginis].*

[1] *voces* Pers.-Judae *duplici lineola deletae.* — [2] *syllaba* ci *dubia.*

S **Prid. Id. Jul.** Africa Donate. Al[ibi] Petri. Justi conf.

T **Id. Jul.** Alexandria Philippi. Al[ibi] Agripini. Bonose. Zosimi. Jacobi. *Divisio apostolorum.*

U **XVII Kl. Ag.** Hilarini. Theudosi. Pauli. Diunisi. Valentini. Theoni.

A :· **XVI Kl. Ag.** In Africa Aquilini. Marcelli. Generosi. Nazari. Bituri.

B :· **XV Kl. Ag.** Roma Petri. Pauli. Herenei. Alibi Emeliane. Arnulfi episcopi et confessoris. **M**

C :· **XIIII Kl. Ag.** Alexandria Sisinni. Machadore. Darie. Juste. Torquati.

D :· **XIII Kl. Ag.** Africa Sabini. Victoris. Paule. Lucia. Ciriaci. Maximi. Romani.

E :· **XII Kl. Ag.** Africa Victoris. Adriani. Fausti. Alexandri. Feliciani. *Praxedis virginis.* **M**

F :· **XI Kl. Ag.** Antiocia Cirilli episcopi. Andreae. Thebelli. Aurili. Platonis. *Marie Magdal[ene].* *Dies*

G :· **X Kl. Ag.** Roma Vincenti. Apollonaris. Minisei. Tisici. Primitivi. **M**

H :· **VIIII Kl. Ag.** Victuri. Statiani. Militaris. Parisius translatio sancti Germani. *Christine virginis et martiris. Vigilia.*

I :· **VIII Kl. Ag.** Roma Aconti. Et passio sancti Jacobi apostoli fratrem Johannis. *Magnerici. Christofori.*

K :· **VII Kl. Ag.** Joviani. Juliane. Emeli. *Beati c[onfessoris].* Et dedicatio basilice Sancti Salvatoris. *Glo[riosæ] v[irginis]* [1].

L :· **VI Kl. Ag.** Felicis. Julie. Simionis monachi. Jocundi. Januari.

M :· **V Kl. Ag.** Auxenti. Septimie. Mediolano Gervasi. Protasi. Nazari. Celsi. Simplicii. *Pantaleon mr.*

N :· **IIII Kl. Ag.** Rome Felicis. *Simplicii.* Faustini. Beatricis. Trecas Lupi episcopi. Aurilianis Prosperi episcopi.

O :· **III Kl. Ag.** Roma Abdon et Sennes. Maxime. Fausti. Justi. Viatricis. Ursi episcopi. **M**

P :· **II Kl. Ag.** Democriti. Diunisi. Germani conf[essoris]. Secundi. Tirsi. *Pamonis presbiteri.* **M**

[1] *cod.* Globv ; *sed litteræ* l *et* b *lineolis transversis notatæ. — Forte legendum* Glodesindis, *ut apud Adonem et in nonnullis Auctariis Usuardi ad diem præcedentem.*

AGUSTUS HABET DIES XXX[I].

Q :· **Kl. Ag.** Antiocia natal[is] sanctorum VII Machabeorum. *Vincula* Petri. Marcelli martiris. Eusebi confessoris. M

R :· **IIII Non. Ag.** Roma Stephani episcopi et martiris. Theodote. Felicis mart. Niceti. M

S :· **III Non. Ag.** Agusteduno Eufroni. Hermoli mart. *Inventio sancti* Stephani. Drogenis *et aliorum.* M

T :· **Prid. Non. Ag.** Roma Laurenti. Criscentiani. Sacineti. Justi. Bartholomei. *Justini presbiteri.*

U :· **Non. Ag.** Eracli. Hereni. Dassi. Afri. Cassiani. Catalonis Mimmii episcopi. *Afre martiris et sociarum ejus.*

·:A **VIII Id. Ag.** Roma Sixti martiris. Felicissimi et Agapiti. Donatiane. Afre mar[tiris]. M

·:B **VII Id. Ag.** Faustini. Ausenti. Suffroni. Veneriae. Donati confessoris.

·:C **VI Id. Ag.** Roma Secundini. Ciriaci. Nazari. Agape virg[inis]. Severiani. *Largi. Smaragdi mart.* *dies eg*

·:D **V Id. Ag.** Firmi. Rustici. Diunisi. Permoni. Gagi. Xisti. Martini. *Romani martiris. Vigilia.*

·:E **IIII Id. Ag.** Roma Laurenti martiris. Archanarei. Criscentionis. Felicissimi.

·:F **III Id. Ag.** Roma Tiburti. Valeriani. Susanne. Ceciliae virg. Cassiani martiris. *Gaur[ici].*

·:G **Prid. Id. Ag.** Roma Euple. Leuci. Veneriae Machariae. Dariae. Crisanti. Juliani.

·:H **Id. Ag.** Roma Ippoliti martiris *et sociorum.* Luciani. Pontiani. Euple levita et martyr. *Radegund[is] reg[inae]. Wicberti confessoris.* M

·:I **XVIIII Kl. Sep.** Fortunati. Vincentiae. Tituli. Pauli. Eracli. Demetri. Felicis. *Eusebi.* M

·:K **XVIII Kl. Sep.** Adsumptio sanctae Mariae matris Domini. Nicomedia Straconis. XII.

·:L **XVII Kl. Sep.** Emeli. Orionis. Tirsi. Agneti. Celesti. Cornili. *Arnulfi episcopi.*

·:M **XVI Kl. Sep.** Nammetis. Orionis. Emeli. Et octabas sancti Laurenti. M

·:N **XV Kl. Sep.** Agapiti. Candedi. Pontimi. Helene[1] *reg[inae]*. Masse. Marciane virg.

·:O **XIIII Kl. Sep.** Filionis. Rufini. Leonti. Theodosi. Heliane. *Magni martiris.*

·:P **XIII Kl. Sep.** Valentini. Pisti. Agatoni. Colovi. Leonti. Dioscoli. *Auctoris episcopi.* *Dies*

·:Q **XII Kl. Sep.** Juli. Juliani. Vincenti. Quadrati. Leonti. Privati mart.

·:R **XI Kl. Sep.** Roma Timothei. Marcialis. Simphoriani[2] mart. Nectavi. Medardi. M

·:S **X Kl. Sep.** Fortunati. Abundi. Roma Ciriaci. Sixti. Remus Timothei. Apollonaris. *Vigilia.*

·:T **VIIII Kl. Sep.** India natal[is] sancti Bartholomei apostoli. Alibi Genobi. Genesi mart. XII.

A **VIII Kl. Sep.** Juliani. Rufine. Hermetis. Justi. Pastoris.

B **VII Kl. Sep.** Hermetis. Anastasi mart. Mercuri. Basille. Roma Herenei martiris.

C **VI Kl. Sep.** Sabasti. Arunti. Hermetis. Aurilianis Cesari episcopi. Siagri episcopi. *Ruphi martiris.*

D **V Kl. Sep.** Roma Stephani. Depositio sancti Augustini[3] episcopi et confessoris. Vibiani confessoris. *Ermetis.* M

E **IIII Kl. Sep.** Helisei prophetae. Roma Sabine martiris. Passio sancti Johannis Baptistae. *Adelfi confessoris.* XII.

F **III Kl. Sep.** Roma Gaudentiane virginis. Felicis. Audacti mart. Candida virgo. M

G **II Kl. Sep.** Paulini episcopi et confessoris. Gaiani. Juliani. Vincenti. Vitalis. Optati conf[essoris]. M

SEPTEMBER HABET DIES XXX.

H **Kl. Sep.** Prisci martiris. Terrentiani episcopi. Sen[oni]s Lupi episcopi. Alexandria passio Petri episcopi. *Egidii abbatis. Verene virg.*

[1] *ita corr.; prius* Heliane. — [2] *videtur corr. ab eadem manu pro* Simphoriane. — [3] *prius* Agustini; *sed* u *additum supra lin.*

I **IIII Non. Sep.** Zenonis. Antoni. Theodori. Gurgoni episcopi. Timothei. Justi episcopi. Siagri episcopi.

K **III Non. Sep.** Aristonippi. Antonini. Eufimiae. Sirici. Johannis. Lucae. *Remacli et Mansueti episcoporum.*

L **Prid. Non. Sep.** Rofini. Maximi. Bonifacii. Cavalonno Marcelli martiris. *Dies*

M **Non. Sep.** Taurini. Quinti. Ingenui. Ferioli. Et octabas sancti Johannis.

N **VIII Id. Sep.** Roma Eleutheri. Capadocia Cutti. Eugenii episcopi.

O **VII Id. Sep.** Senoti. Regine mart. Aurialian[is] Anastasi. Chlodoaldi conf[essoris]. M

P **VI Id. Sep.** Timothei. Fausti. Nativitas sanctae Mariae matris Domini. *Adriani martiris.*

Q **V Id. Sep.** Roma Gorgonii martiris. Alexandri. Jacenti. Donati. Furtunati. Tiburti.

R **IIII Id. Sep.** Euple. Herosi. Helari papa. Al[ibi] Tusci. Silvani. Valentini. Salvii.

S **III Id. Sep.** Roma Proti. Jacinthi mart. Eugeniae. Basille. Andegavis Maurilionis confessoris. M

T **Prid. Id. Sep.** Lugd[uno] Sacerdotis. Evanti. Siri. Serapionis. Ammoni. *Depositio sancti Maximini.*

U **Id. Sep.** Agusted[uno] Nectari. Felicissimi. Lidori. Secundini. Teudoli. Lidori. M

A :· **XVIII Kl. Oct.** Roma Corneli. Cipriani mart. Eparci episcopi. Et salutatio sanctæ Crucis. *Materni episcopi.* XII.

B :· **XVII Kl. Oct.** Roma Nicomedis martiris. Alibi Leobini confessoris. Tullii. Apri episcopi et confessoris. M

C :· **XVI Kl. Oct.** Roma Luciae. Eufimiae. Geminiani. Victoris. Ceciliae. Felicis. M

D :· **XV Kl. Oct.** Gurdiani. Valeriani. Sanctini. Constanti. Lantberti episcopi et martiris. M

E :· **XIIII Kl. Oct.** Trofimi. Ociani. Sixti. Meditei. Eustorgi. Saturi.

F :· **XIII Kl. Oct.** Dimetri. Niceti. Castoris. Militi. Trogi. Januarii. Ferioli.

G :· **XII Kl. Oct.** Dormidoni. Dorothei. Privati. Constantiae. Felicis. *Vigilia.*

H :· **XI Kl. Oct.** Mediolan[o] Victoris martiris. Persida Mathei apostoli. Al[ibi] Luce evangelist.

I :· **[X] Kl. Oct.** Basille. Mauricii. Exsuperi. Candedi. Victoris. Innocenti. Vitalis.

K :· **VIIII Kl. Oct.** Tecle virginis. Alexandria Marci evangelist. Alibi Liberi episcopi. Lini martiris.

L :· **VIII Kl. Oct.** Conceptio sancti Johannis Baptistae. Juliani. Felicis mart. Alvernis Rustici episcopi. **Obiit Pipinus.**

M :· **VII Kl. Oct.** In Asia Eucarpi. Barduniani. Alibi Marci. *Dies*

N :· **VI Kl. Oct.** Roma Eusebi confessoris. Alibi Senatoris. Faustini. Apollonaris.

O :· **V Kl. Oct.** Eleutheri. Andronici. Timothei. Cosmae et Damiani mar[tirum]. Florentini.

P :· **IIII Kl. Oct.** Martialis. Laurenti. Stactei. Emeli. Cypriani. Roma Justini presbiteri.

Q :· **III Kl. Oct.** Plauti. Placiti. Heraclie et dedicatio basilicae sancti archangeli Michahel. **Obiit Lotharius imp. et monac.** XII.

R :· **II Kl. Oct.** Placentia Antonini. Hierusolima Hieronimi presbiteri. M

OCTOBER HABET DIES XXXI.

S :· **Kl. Oct.** Prisci. Criscentiani. Evagri. Remus Remedii episcopi et confessoris. *Remigii. Germani. Nicecii. Vedasti et Amandi.*

T :· **VI Non. Oct.** Eleutheri. Quirilli. *Leodegari martiris.* Autisiodero Germani.

U :· **V Non. Oct.** Teugeni. Victoris. Amponi. Urbani. Pectavis Leudegarii episcopi.

·:A **IIII Non. Oct.** Marci. Audacti. Dasii. Marciani. Marusi. Restituti. Marcelli.

·:B **III Non. Oct.** Placiti. Apollonaris. Eutici. Victurini. Fausti. Pelagi. Flavinae virginis.

·:C **Prid. Non. Oct.** Rogati. Emeli. Ammoni. Agennis Felicis martiris.

·:D **Non. Oct.** Marcelli *papa.* Juliae. Mathei evangelista. M Marci evangelista. *Sergii et Bachi.* Agusti confessoris.

·:E **VIII Id. Oct.** Antiocia Januarii. Pelagie. Faustini mart. *Dies* Passio sanctae Reparate.

·:F **VII Id. Oct.** Colonia Gereon martiris cum aliis cccxvii. xii. Parisius Diunisii martiris *et sociorum* [1]. Eleutheri. Rustici. Afre. Marcellini.

·:G [**VI Id.**] **Oct.** Africa Eusebi. Eracli. Diunisi. Septimi. Venusti. Paulini episcopi. *Gereonis cum sociis.*

·:H **V Id. Oct.** Placidi. Fausti. Tanasi. Ampoti. Venanti. Marcelli.

·:I **IIII Id. Oct.** Evagri. Eustasi. Roma Edisti. Saturi. Eucaristi. Prisciani.

·:K **III Id. Oct.** Fausti. Marcelli. Adriani. Marcie. Januarii. Athanasi episcopi. *Dedicatio sancti Maximini. Lubentii confessoris.*

·:L **II Id. Oct.** Roma Calisti episcopi. Ampoti. Modesti. Saturi. Lupi. Luciani. Justi.

·:M **Id. Oct.** In Capua Luplili. Furtunati. *Severi episcopi.*

·:N **XVII Kl. Nov.** Sussi. Nerei. Alexandrini. Victuriae. M Nubilitane. *Galli confessoris.*

·:O **XVI Kl. Nov.** Alexandri. Nini. Donati. Basillae. Cecre. M *Lucae evangl.*

·:P **XV Kl. Nov.** Luce *evangle.* Victoriae. Hermetis. Justi mart. Januarii. Agnitis virginis.

·:Q **XIIII Kl. Nov.** Austeri. Proculi. Desideri. Prosduci. Pellagie. Festi.

* **XIII Kl. Novbrs.** Dasi. Zosimi. Promaci. Januarii. Euticis. Luci. Marcelline.

XII Kl. Nov. Gagi. Eutici. Modesti. Machari. Festi. Alibi Justi Viatoris. xi *milia Virginum.*

XI Kl. Nov. Philippi. Eusebi. Hermetis. Severi. Leucati. Ciliniae.

X Kl. Nov. *Col[onia]* Sever*ini*. Dorothei. Seuresi. Longini. M

[1] *hæ duæ voces lineola trajectæ.*

* *Incipit hic scriptura alterius manus de qua in Præfat.*

VIIII Kl. Nov. Vitalis. Felicis. Rogati. Claudiani. Victoris. Flaviani. Justi.

VIII Kl. Nov. Roma natal[is] sanctorum XLVI mar[tirum] seu mille. c. xx. IIII. Saturnini. Maximi. Vibiani conf[essoris]. Alibi Primi. Sessionis Crispini. Crispiniani. Rogati. Felicis. *Crisanti et Dariae.* XII.

VII Kl. Nov. Nicomedia Luciani. Marciani. Flori. Eracli. Tuti. C (?)

VI Kl. Nov. Policarpi. Niconi. Cumini. Mariani. Tharsi. Gagi. Diodori. Florenti. *Vigilia.*

V Kl. Nov. Natal[is] apostolorum Symonis et Judae. Arcelladi. Roma Cyrille. XII.

IIII Kl. Nov. In Lucinia Sachinti. Quinti. Feliciane. Lucini.

III Kl. Nov. Nicomedia Januarii. Calendionis. Marci. Germani. Marcialis.

Prid. Kl. Nov. Africa Daconi. Juliani. Bonifacie. Agapi. Donati. Furtunati. Caste. Perpetuae. Passio sancti Quintini. Criscentiani. *Vigilia omnium Sanctorum.*

NOVEMBER HABET DIES XXX.

Kl. Nov. Mariae. Primi episcopi. Genesi. Pectavis festa et dedicatio Helari confessoris. Alibi Meldegasi. Roma Cesari. Severini. Baiocas Victoris episcopi et confessoris. *Festivitas omnium Sanctorum. Cesarii martiris.*

IIII Non. Nov. Africa natal[is] sanctorum Publii. Hermetis. Vitalis. Victoris. Justi. *Eustachii et filiorum.*

III Non. Nov. In Africa Germani. Tiofili. Caesari. Vitalis. Et depositio Perminii episcopi. *Hucberti confessoris.* M

Prid. Non. Nov. Africa Primi. Gregori. Proculi episcopi. Amanti episcopi. Lusoris confessoris. *Modeste v[irginis].*

Non. Nov. In Cesaria Domnini. Pullili. Marcie. Gregorii. Quarti. Cesari. Antonini.

VIII Id. Nov. Nicomedia Adriani. Donati. Felicis. Redonis translatio sancti Melani confessoris.

VII Id. Nov. Nicomedia Eusebi. Alibi Simproni. Rogatiani. Donati. Eustasi. Mari. *Willibrordi episcopi.*

VI Id. Nov. Roma natal[is] sanctorum Quattuor Coronatorum. Claudii. Nicostrati. Simphroniani. Castori. Simplici martyris. M

V Id. Nov. Nicomedia Damiani. Donati. Clementis. Ippoliti. Crisogone. Januarii mart. *Thedori martiris.* M

IIII Id. Nov. Antiocia Demetri. Saturniniani. Romae Leonis episcopi. *Mauri* [1] *episcopi.*

III Id. Nov. Ravenna Valenti. Feliciani. Bonifacie mart. Lugduno Verani episcopi. Marie. Minatis. Roma Me*n*ne mar[tiris]. Turonis depositio sancti Martini episcopi et confessoris. M

Prid. Id. Nov. Africa Maurili. Publi. In Cesarea Germani. Cesari. Eusebi. *Cuniberti episcopi.*

Id. Nov. In Tracia Edicti. In Cesaria Antoni. Germani. Rotenis Amanti confessoris. Turonis Bricionis confessoris [2]. Felicis presbiteri. *Placent. Antoninini.* M

XVIII Kl. Dec. In Eraclia Clementi. Theudote. Filimoni. Eracli.

XVII Kl. Dec. In Africa Secundi. Saturnini. Fidentiani. Marcialis. Donati. *Eugenii episcopi et martiris.*

XVI Kl. Dec. Africa Rufiniani. Fidentiani. Pauli. Augustini. Valeri. Victoris. *Othmari abbatis.*

XV Kl. Dec. Capadocia Agustini. Cecili. Tecle virginis. Aurialianis Aniani confessoris. *Florini confessoris.* M

XIIII Kl. Dec. Antiocia Romani. Isici mart. Victoris. Et octabas sancti Martini. M

XIII Kl. Dec. In Cesaria Maximi. Januarii. Muciani. Roma [3] Maximi. Simplici.

XII Kl. Dec. In Eraclia Bassi. Diunisi. Gagi. Maximi. Agape virg[inis]. Secundi. Octavi.

XI Kl. Dec. Antiocia Basilei. Saturnini. Auxilii. Basilisce. Clementis. Roma Gelasi pap[e]. *Columbani abbatis.*

[1] *cod.* Mari *et* v *superpositum litteræ* a. — [2] *alia manus inter lineas addidit* Brictii episcopi. — [3] *in extenso.* — *Monuimus* Roma *semel tantum scriptum fuisse in extenso a prima manu (XVI Kl. Mar.).*

X Kl. Dec. Roma Ceciliae virginis. Celsii. Cleti. Leonti. Valeriani. Tiburti. Maximi. XII.

VIIII Kl. Dec. Roma [1] *Clementis martiris* [2]. Clementis *c[onfessoris]*. Felicitatis mar[tiris]. Maximi. Bobio Columbani abbat*is* [3]. *Trudonis confessoris et Felicitatis martiris.*

VIII Kl. Dec. Roma Chrisogoni. Eleutheri. Maximi. Felicissimi. Clementi martyris. M

VII Kl. Dec. Luciani. Marciani. Cipriani. Claudiani. Quiriaci. Marcialis.

VI Kl. Dec. Roma Ciriaci. Saturnini. Petri. Marcellini. Valeriani conf. Amatoris episcopi.

V Kl. Dec. Nicomedia Marcelli. Petri. Sereni. Johannis. Romae Optati episcopi.

IIII Kl. Dec. In Siria Trophimi. Theodoli. Expicasi. Euceri. Eusebi.

III Kl. Dec. Roma Saturnini. Crisanti. Mauri. Dariae. Marci. Saturnini. Eulaliae. *Vigilia.* M

Prid. Kl. Dec. Achaia civitate Patras natal[is] sancti Andreae apostoli. Ambrosii episcopi. XII.

DECEMBER HABET DIES XXXI.

Kl. Decb. Roma Candide. Lucii. Amboni. Filadi. Rogati. Cassiani. Matrone. *Eligii et Agerici conf.*

IIII Non. Dec. Roma Viviani. Pontiani. Dimetrie. Alibi Veri. Securi. Agnetis.

III Non. Dec. In Oriente Merobi. Claudici. Felicis. Victuri. Alibi Johannis. Stephani.

Prid. Non. Dec. Eracli. Victuri. Felicis. Roma Barbare virginis. Filadi mar[tiris]. Monasterio Floriaco adventum corpus sancti Benedicti.

Non. Dec. Crispini. Humili. Trofimi. Felicis. Victoris. Pauli. Marci. Amanti. *Dalmatii.* M

[1] *in extenso.* — [2] *hæ duæ voces insertæ sunt ab alia manu inter X et VIIII Kl. et inter lineas.* — [3] *ita corr. ab alia manu; prius* abbate.

VII Id. Dec. Africa Zeloti. Furtunati. Gatti. Hermogeni. Rogati. Agathae. *Nicolai episcopi.*

VII Id. Dec. Antiocia Policarpi. Theodori. Roma Eutaciani episcopi et octabas sancti Andreae. M

VI Id. Dec. Natal[is] sanctorum Eusebi. Urani. Successi. Et Eucharii confessoris atque pontificis. *Papia depositio sancti Siri episcopi et confessoris.*

V Id. Dec. Africa Petri. Victoris. Urbani. Bonifaci. Successi. Antiocia Geronti.

IIII Id. Dec. Victuri. Adriani. Pauli. Cecilie. Marthane. Private. In Spania Eulalie virginis.

III Id. Dec. Roma Damasi papa. Eulalie. Pretextati. Trasonis. Pontiani. Eutici. *Victorici. Fusciani et Gentiani mart.*

Prid. Id. Dec. In Spaniis Eulalie virginis. Alibi Ermogenis. Donate.

Id. Dec. Ravenna Ursioni. Leucadi conf. In Sicilia Luciae virginis. Casti. Felicis. M

XVIIII Kl. Jan. Antiocia Drusi. Zosimi. Viatoris. Theodoli. Lupicini. Nicasi*i*.

XVIII Kl. Jan. In Africa Fausti. Luci. Candidi [1]. Cecili. Aurilianis Maximi*ni* confessoris.

XVII Kl. Jan. Ravenna Valentini. Navalis. Agricule. Concordi.

XVI Kl. Jan. Africa Victoris. Adjutoris. Honorati. Quarti. Victuriani. Felicis.

XV Kl. Jan. Africa Quinti. Pauli. Digni. Evasi. Basiliani. Simplici. Vincenti.

XIIII Kl. Jan. Zosimi. Ciriaci. Anastasi. Sidoni. Pauli. Gregorii. Dari. Crisanti.

XIII Kl. Jan. In Tracia Juli. Roma Zeferini. In Oriente Tecle. Liberati.

XII Kl. Jan. In Edissa natal[is] Thomae [2] apostoli. Roma Innocenti. Flori. Aurili. XII.

XI Kl. Jan. Antiocia Basilei. Alibi Demetri. Flori. Aristoni. Honorati. Felicis. Didimi.

[1] *prius* Candedi, *sed alia manus scripsit* i *super* e. — [2] *quartum exemplum* e *caudatæ hic deprehendimus*, quum in Præfatione tria tantum indicata sint.

X Kl. Jan. Nicomedia xxxvi mar[tirum]. Sisti. Apolloni. Roma Egeni. Urbani. Cornili. Trajani. Cliti. Aincliti. Castule. Alibi DCCCXXX.

VIIII Kl. Jan. In Tropoli Luciani. Roma [1] Metropi. Pauli. Antiocia Virginum XL. Zenoti. Theutini. Timisti. Drusi. Donati. *Vigilia Domini.*

[1] *in extenso.*

Explicit marturilogium.

Deo gratias. Amen.

TIRECHANI

COLLECTANEA

DE SANCTO PATRICIO

EX LIBRO ARMACHANO (1).

Tirechan episcopus haec scripsit ex ore vel libro Ultani episcopi cujus ipse alumpnus vel disciplus fuit. [E COD. ARM.] *Fol. 9 ab.*

1. Inveni .IIII. nomina in libro scripta Patricio apud Ultanum episcopum Conchuburnensium (*a*) sanctus *Magonus,* 5 qui est clarus ; *Succetus* (*b*), qui est *Patricius ; Cothirthiacus,* quia servivit .IIII. domibus magorum (*c*). Et empsit illum unus ex eis, cui nomen erat *Miliuc mac Cuboin* (*d*) magus, et servivit illi .VII. annis omni servitute et duplici labore, et porcarium possuit eum in montanis convallibus [1]. Deinde autem vissi- 10 tavit illum anguelus Domini in somniis in cacuminibus montis *Scirte* (*e*) juxta montem *Miss* (*f*). Finita autem angueli

[1] *idem modus dicendi occurrit infra, num. 22.*

(*a*) Cfr. tom. I *Analectorum Boll.*, p. 548. — (*b*) Varie scriptum reperitur hoc nomen, videlicet *Succet* seu *Succetus* (Lib. Arm. hic et infra fol. 15 *ba,* Vit. II), *Sucset* (cod. Brux., t. I *Analect. Boll.*, pag. 548), *Sochet* (ibid., pag. 549 et Vit. V), *Suchet* (Vit. III), *Succat* (Hymn. S. Fiacci), *Suchat* (Vit. Trip. Lat.), „ *Sucat* nomen in baptismate „ (Marian. Scot. ad an. 394). — (*c*) Vel potius *Cothraige,* ut apud Marianum Scotum ad an. 394 *(Mon. Germ.*, Script. tom. V, p. 529): „ Cothraege diambae icfognam docet hertreb „ i. e. Cothraege (vocabatur) dum fuit in servitute quatuor domibus. — Et in Hymno Fiacci „ Batar ile Cothraige cethar trebe di a fognad „ id est, secundum Windisch *(Irische Texte*, p. 11), probante jam cl. Stokesio, „ Erant multi, quibus Cothraige quatuor tribuum servivit. „ — (*d*) Cfr. tom. I *Analect.*, p. 549, not. 1. — (*e*) Supra (tom. I, p. 583) *Scirit.* Hodie *Scire-Padruic* (Colgan). Est in valle *Arcuil*, hodie *Braid.* Inde nomen accepit parochia de *Skerry* (cfr. Reeves, *Antiquities of Down*, p. 83). — (*f*) Cfr. tom. I, pag. 558, not. *d*, et pag. 583, not. *d.*

(1) Vide *Analecta Boll.*, tom. I, p. 531 sqq.

[TIRECHAN.] sententia : *Ecce navis tua parata, surge et ambula,* et secessit ab illo in caelum, surrexit et ambulavit et, ut dixit illi anguelus Domini, Victor nomine [1] XVII [2] aetatis suae anno captus, ductus, venditus est in Hiberniam; in XXII anno [3] laboris magis [4] relinquere potuit; VII aliis annis ambulavit et navi- 5 gavit in fluctibus, in campistribus locis et in convallibus montanis per Gallias atque Italiam totam atque in insolis quae sunt in mari Terreno, ut ipse dixit in commemoratione laborum (*a*). Erat autem in una ex insolis, quae dicitur *Aralanensis,* annis XXX [5], mihi testante Ultano episcopo. Omnia 10 autem quae evenierunt [6], invenietis in plana illius historia scripta. Haec sunt novissima illius mirabilia in .v. regni anno *Loiguiri m[aic] Neill* finita atque feliciter facta.

2. A passione autem Christi colleguntur anni CCCCXXXVI [7] usque ad mortem Patricii. Duobus autem vel .v. annis regna- 15 vit *Loiguire* post mortem Patricii. Omnis autem regni illius tempus XXXVI [8], ut putamus.

3. Venit vero Patricius cum Gallis (*b*) ad insolas *Mac cuchor* et insola orientali, quae dicitur *Insola Patricii* (*c*), et secum fuit multitudo episcoporum sanctorum et prespiterorum 20 et diaconorum ac exorcistarum, hostiariorum lectorumque

* *Fol. 9 ba.* * necnon filiorum quos ordinavit.

4. Ascendit autem de mari ad campum *Breg* sole orto cum benedictione Dei, cum vero sole mirae doctrinae densas tenebras ignorantiae inluminans. Ad Hiberniam [9] ingens 25

[1] *videntur hic quædam a librario prætermissa, vel delenda vox* et *ante* ut dixit. — [2] *in cod. videtur scriptum* LXVII, *at cum signo delente supra* L. — [3] *sequitur vox* aetatis, *sed punctis superpositis deleta.* — [4] *legendum videtur* laborem magi. — [5] *forte* XX. — [6] *supple* ei. — [7] *vel* CCCCXXXIII. *Ultima pars hujus numeri, scilicet* VI (*vel* III), *scripta est in margine et quidem, ut videtur, alia manu.* — [8] *supple* anni. — [9] *In margine signum* Z.

(*a*) Id est in libro quem ipse scripsit de vita sua cuique *Confessio* titulum fecit. — (*b*) Cfr. tom. I, p. 584, not. *c*. Cfr. et infra, numm. 5, 17, 20. — (*c*) Vel *Maccu Chor*. Videntur esse quatuor insulæ juxta *Skerries,* in ora comitatus Dublini, quarum una hodieque vocatur *Inis Patrick* seu *Insula Patricii.*

lucifer sanctus episcopus oritur et antifana [1] (*a*) assiduo erat ei de fine ad finem in nomine Domini Dei Patris et Filii atque Spiritus sancti, Jesu Christi benigni : hoc autem dicitur in scotica lingua *ochen* (*b*). [TIRECHAN.]

5 **5**. Primo vero venit ad vallem *Sescnani*, et aedificavit ibi aeclessiam primam, et portavit filium, *Sesceneum* nomine, episcopum secum, et reliquit ibi .II. pueros perigrinos (*c*)..... Vespere vero venit ad hostium *Ailbine* [2] (*d*) ad quendam virum bonum, et babtitzavit illum. Et invenit cum illo filium placi-
10 tum sibi, et dedit illi nomen Benignum, quia collegebat pedes Patricii inter manus suas et pectus, et noluit dormire apud patrem et matrem, sed flevit nisi cum Patricio dormiret. Mane autem facto cum surgerent, completa benedictione super patrem Benigni, Patricius currum conscendit, et pedes
15 illius diverso alter in curru et alter super terram erat, et Benignus puer pedem Patricii tenuit duobus manibus strictis, et clamavit : *Sinite* [3] *me apud Patricium patrem proprium mihi*. Et dixit Patricius : *Babtitzate eum, et elevate eum in currum, quia heres regni mei est.* Ipse est Benignus episcopus,
20 successor Patricii in aeclessia Machae.

6. De episcoporum numero quos ordinavit in Hibernia .CCCCL. De prespiteris non possimus coordinare, quia babtitzabat cotidie homines, et illis literas legebat ac *abgatorias* (*e*), et de aliis episcopos ac prespiteros faciebat, quia in aetate [4]
25 babtismum acciperunt sobria.

[1] *lege* antiphona, *i. e.* cantus, hymnus. — [2] (Vespere-Ailbine) *Ponitur hic in margine signum* L, *sicut ad* Asciscipuτ *fol. 2 ba.* — [3] *post hanc vocem scripta est vox* te, *sed punctis supra et infra positis deleta.* — [4] *sequitur vox (forte* provecta) *punctis superpositis deleta.*

(*a*) Celebris profecto hymnus Patricii. Cfr. tom. I, p. 580, not. *b*. — (*b*) *Ochen* = *ochein* (sicut *hicen* pro *icein* in Félire Oingussii, p. CXCI) qui est casus dandi vocis *cian* (Windisch, *Irische Texte*, p. 423) = de longinquo. Conjicio esse γλώσσημα τοῦ *de fine ad finem* (cfr. titulum Psalmi IV, V, VI, etc. *in finem*). Cl. Stokes et post ipsum Windisch erronee supponunt *ochen* esse glossam vocis *Benignus*. — (*c*) Hinc forte confirmari potest nomine *Gallorum* supra, num. 3, designari alienigenas.— (*d*) Hodie *Delvin*, rivulus prope *Gormanstown* in comitatu *Meath*. — (*e*) I. e. alphabetum, elementa (disciplinarum sacrarum). Cfr. Du Cange, *Glossarium*, v^bis *Abgatorium* et *Abetorium*, et Todd, *St. Patrick*, p. 507-509. Cfr. etiam infra, num. 13.

[TIRECHAN.] * Fol. 9 bb.

* De episcopis. Benignus, Bronus, Sachellus, Cethiacus, Carthacus, Cartenus, Connanus, Fitranus [1], Siggeus, Aeternus, Sencaticus, Olcanus, Iborus, Ordius, Nazarius, Miserneus, Senachus, Secundinus, Gosachus, Camulacus, Auxilius, Victoricus, Bressialus, Feccus, Menathus, Cennanus, Nazarus, Melus, Maceleus, Mactaleus, Culeneus, Asacus, Bitheus, Falertus, Sescneus, Muirethacus, Temoreris qui fundavit aeclessiam sanctam *Cairce* quam tenuit familia *Clono Auiss* (*a*), Daigreus, Justianus *mac hudaimene*, Oltocanus [2], Domnallus, et alii quam plurimi.

De prespiteris. Anicius, Brocidius, Amirgenius, Lommanus, Catidius, Catus, Catanus, Broscus, Ailbeus, Trianus episcopus [3].

7. De nominibus francorum Patricii. Episcopi tres, Inaerius, Bernicius, Hernicius subdiaconus, Seman, Semen, Cancen, Bernicius diaconus et Ernicius franci, viri XII cum sorore una aut .VI. aut .III. [4].

Cassanus, Conlang, Erclang, Brocanus, Roddanus, Brigson, et alter Roddanus qui fundavit aeclessiam senem (*b*) nepotum Ailello, quam tenuerunt monachi Patricii, Gengen et Sannuch.

De diaconis. Diaconus, Iuostus qui babtitzavit Ceranum filium artificis ex libro Patricii [5]; diaconus Coimmanus carus Patricio qui fuit in aeclessia magna *Airdlicce* (*c*). Olcanus monachus, qui fuit in cellola magna *Muaide* prespiter .II. exorcistas scimus apud illum, exorcista *Losca* in *Dorso Dairi* * in regionibus *Tuirtri* (*d*), exorcista alius in campo *Liphi*.

* Fol. 10 aa.

8. De aeclessiis quas fundavit in campo *Breg*. Primum in

[1] *prius scriptum erat* Firtranus; *sed in prima syllaba littera* r *puncto superposito videtur deleta. In margine signum* z. — [2] *cod.* Oloanus, *sed littera* t *posita supra* o *in secunda syllaba et* c *supra* a. — [3] *vel* episcopi. — [4] *In margine signum* z. — [5] *cod.* lib. patri.

(*a*) Hodie *Cluain Eois*, i. e. Clones. — (*b*) I. e. *Sen-cill*, hodie *Shankill* prope *Elphin* in comitatu *Roscommon*. — (*c*) *Ardleckna* in parochia Kilkeevan in eodem comitatu. — (*d*) *Regiones Tuirtri* = binæ baroniæ de *Toome* in comitatu *Antrim*.

[TIRECHAN.]

culmine (*a*) .II. Aeclessia *Cerne* (*b*), in qua sepultus est Hercus, qui portavit mortalitatem magnam. III. In cacuminibus *Aisse* (*c*). IIII. *Im Blaitiniu* (*d*). V. In [1] Collumbus (*e*), in qua ordinavit Eugenium sanctum episcopum. VI. Aeclessia filio
5 *Laitphi* (*f*). VII. *Im Bridam* (*g*), in qua fuit sanctus *Dulcis* (*h*) frater *Carthaci*. VIII. Super *Argetbor* (*i*), in qua Kannanus episcopus, quem ordinavit Patricius in primo pasca *hi* (*j*) *Ferti* virorum *Feicc*, qui portavit secum ignem primum benedictum ac ceriales lucernas primas Patricii de manibus
10 portavit domi ut accenderet fumum benedictum in oculos ac nares hominum gentilium et regis *Loiguiri* et magorum illius quia contraverunt [2] illi .III. magi fratres ex uno viro nominibus et genere *Cruth, Loch, Lethlanu* [3], de genere *Runtir* (*k*), qui fecerunt conflictionem magnam contra
15 Patricium et Benignum. Cassula autem magi inflammata est circa Benignum et in cinerem finita erat : sanctus quoque filius sanus effectus est firma fide Dei in conspectu regis et hominum et magorum. Cassula autem Benigni filii Patricii infixa est circa magum et inflammatus est
20 magus in medio et consumptus est. Et dixit Patricius : *In hac hora consumpta est gentilitas Hiberniae tota.* Et elevavit Patricius manus suas Deo circa magum *Loch Letheum* et

[1] *punctum superpositum est litteræ* n, *et in margine adscriptum* z. — [2] *lege* contraiverunt. *Punctum positum est supra priorem* t *et in margine signum* z. — [3] *vel* Lethlanii *vel* Lochleth Lanu.

(*a*) Hibernice *temoir* vel *carn*, i. e. *Kilcarne* (?) juxta *Navan*. — (*b*) *Cerne*, i. e. *Kilcarne* prope *Navan* vel *Donney-Carney* juxta *Droghedam*, vel *Donney-Carney* prope Dublinum. — (*c*) *Aisse, Assey*, est nomen parochiæ et castelli in ripa Boindii non longe a *Kilcarne*. — (*d*) Casus rectus est *Blaitine* ; nunc, ut conjicio, *Platten* prope *Cullen* et *Slane*. Desideratur in Indice Locorum ad Quat. Mag., sed legitur in textu ad an. 613. — (*e*) I. e. *Scrin Coluim cille*, hodie *Skreen* ; vel *Sord Coluim cille*, nunc *Swords*. — (*f*) *Laitphi*. In Martyrologio Dungallensi nominatur (20 maii) *Mac Laithbe de Domnach-mor*. — (*g*) *Im Bridam*, i. e. in *colle boum*. Hodie sonaret *Briav* vel *Briaw*, et mihi videtur esse *Kilbrew* in Midia, vel parochia de *Kilbrady*, non vero *Bridam* (in King's County) de quo Quat. Mag. et Annal. Ulton. ad an. 596. — (*h*) *Dulcis* fortasse *Dulech* de *Clochar-Dulech* prope *Swords*. — (*i*) *Argetbor* videtur esse antiquum nomen loci qui nunc est *Duleek*, ubi fuit Kannanus seu S. Ciennanus. Est etiam *Argetros* in Ossoria. — (*j*) Vox hibernica *i* vel *hi* respondet præpositioni latinæ *in*. Cfr. infra, num. 13, not. 2. — (*k*) *Dal-Runtir*, populus in Ultonia (Colgan) et prope *Louth* (Cusack, *Life of St. Patrick*, p. 348.).

[TIRECHAN.] dixit: *Domine mi, jece a me canem qui oblatrat faciem tuam et me, eat in mortem.* Et intenderunt omnes magum elevatum per tenebras nocturnales paene usque ad caelum, sed reversus cadaver illius conglutti * natum grandinibus et nivibus, commixtum scintillis igneis, in terram ante faciem omnium cecidit. Et est lapis illius in oris australibus orientalibusque usque in praesentem diem, et conspexi illum oculis meis.

* *Fol. 10 ab.*

9. Prima feria venit ad *Taltenam* (*a*), ubi fit *agon* (*b*) regale ad *Coirpriticum* filium *Neill,* qui voluit eum occidere et flagillavit servos ejus in flumine *Sele* (*c*) ut indicarent Patricium *Coirpritico.* Quapropter appellabat illum Patricius inimicum Dei, et dixit ei: *Semen tuum serviet seminibus fratrum, et non erit de semine tuo rex in aeternum, et non erunt pisces magni in flumine Sele semper.*

10. Deinde autem venit ad *Conallum* filium *Neill* ad domum illius qui [1] fundavit in loco in quo est hodie aeclessia Patricii magna (*d*), et suscepit eum cum gaudio magno, et babtitzavit illum, et firmavit solium ejus in aeternum, et dixit illi: *Semen fratrum tuorum tuo semini serviet in aeternum. Et tu* [2] *missericordiam debes facere heredibus meis post me in saeculum, et filii tui et filiorum tuorum filiis meis credulis legitimum sempiternum.* Pensabatque aeclessiam Deo Patricii pedibus ejus LX pedum, et dixit Patricius: *Si diminuatur aeclessia ista, non erit longum regnum tibi et firmum.*

11. Pasca quoque claussa finita prima feria exiit ad vadum molae *[Broon]* (*e*), et ibi aeclessiam fundavit, in qua reliquit .III. fratres cum una sorore. Et haec sunt nomina illorum: *Cathaceus, Cathurus, Catneus;* et soror illorum *Catnea,* quae emulgebat lac ab dammulis feris, ut senes mihi indicaverunt.

[1] *forsan pro* quam. — [2] (tuo — et tu) *In margine signum* L, *ut supra, fol.* 2 *ba et fol.* 9 *ba.*

(*a*) Hodie *Teltown.* — (*b*) *Aonach,* cœtus, conventus (Todd, *St. Patrick,* p. 439, not. 4). Secundum Conwellum (in *Discovery of the tomb of Ollam Fodla), Agon regalis* celebrabatur inter *Hill of Lhoyd* et *Sliab na Cailligh* prope Loughcrew. In ms. Vita Trip. Hib., p. 129, vocatur *Aonach rigda;* in Libro Armachano, fol. 183 *b,* theatrum dicitur *aonach.* — (*c*) Hodie *Blackwater* in Midia. — (*d*) Hodie *Donagh Patrick* in Midia. – (*e*) *Broon* glossa est in margine, et significat *molæ.* Ex ms. Vit. Trip. Hib. videtur esse juxta *Kells* (in Midia) et idem est ac " *vadum duarum furcarum,* ubi erat molendinum. "

12. Perrexitque ad civitatem *Temro* ad *Loigairium* filium *Neill* iterum, quia apud illum foedus pepigit ut non occideretur in regno illius; sed non potuit credere, dicens: *Nam Neel pater meus non sinivit mihi credere, sed ut sepeliar in cacumi-* [TIRECHAN.]
5 *nibus Temro quasi viris consistentibus in bello,* quia utuntur gentiles in sepulcris armati prumptis armis facie ad faciem usque ad diem *erdathe* (*a*) apud magos, id est judicii diem Domini. *Ego filius Neill* [1]* *et filius Dunlinge im Maistin* (*b*) *in campo Liphi pro duritate odivi ut est hoc* [1] (*c*). * Fol. 10 ba.

10 **13.** Porro fundavit aeclessiam *i* [2] *Carric Dagri* (*d*) et alteram aeclessiam *immruig Thuaithe* (*e*), et scripsit elimenta (*f*) Cerpano. Et intravit in domum regiam, et non surrexerunt ante se nisi unus tantum, hoc est *Hercus* sacrilegus (*g*). Et dixit illi: *Cur tu solus surrexisti in honorem Dei mei in me?* Et
15 dixit ei Hercus: *Nescio quid: video scintellas igneas de labiis tuis ascendere in labia mea.* Sanctus quoque dixit: *Si bab[tisma] Domini accipies, quod mecum est?* Respondit: *Accipiam.* Et venierunt ad fontem *Loigles* (*h*) in Scotica, nobiscum *vitulus civitatum.* Cumque aperuisset librum atque babtitzasset virum
20 Hercum, audivit viros post tergum suum se inridentes ad

[1] *In margine signum* z. — [2] *i. e.* in. *Cfr. supra, pag. 39, lin. 7, infra, num. 22 et t. I, p. 565, not.* a.

(*a*) Vocem invenire non est in lexicis vel glossariis, sed cfr. *airech,* lis, et *airecht,* curia, apud O'Curry, *Manners and Customs,* etc., t. III, p. 499 et tom. II, p. 20. — (*b*) I. e. in *Mullach Maistin* seu *Colle Mastiæ* (reginæ vel dominæ), hodie *Mullaghmast* in comitatu Kildarensi. — (*c*) Istius sententiæ hanc interpretationem satis probabilem proponit Todd: " Ego filius Nialli [debeo sepeliri] ita, sicut et filius Dunlangi [sepultus est] in Maistin in campo Liffi, propter perpetuitatem odii nostri " voces scilicet *pro duritate odivi* intelligens ac si scriptum esset *pro duratione odii* (*St. Patrick,* p. 438. Cfr. ibid., not. 4). Porro illi odio renuntiare debuisset Loiguire, si christianam fidem amplexus esset. Vid. de simili sepultura Eogani in *Hy-Fiachrach,* p. 472. — (*d*) Fortasse *Cill Ua n-Daigre,* de quo ad an. 866 apud Quat. Mag.; qui locus secundum O'Donovanum est *Killoderry* in comitatu *Dublin;* secundum Hennessium, in Indice ad *Chronicon Scotorum,* est *Killineer* prope *Droghedam.* Hoc verius censeo. — (*e*) Puto esse *Brugh* prope *Droghedam.* In *Lebor na h-Uidri* legitur *in Bruigh Tuaithaigh,* in Brugia Tuathorum de Danaan, de quo cfr. Petrie, *Round Towers,* pp. 98, 99. Apud eumdem, *On Tara,* p. 131, lego *Temair na Thaithe.* An idem ac *Ratoath,* cujus nomen hibernicum frustra quæsivi in operibus O'Donovani et Hennessii? — (*f*) Cfr. supra, pag. 37, not. *e.* Cfr. nn. 33, 37, 43, 45, 47. — (*g*) Id est, ut videtur, interpres sacrorum, vel forte, ut conjicit Petrie (*On Tara Hill,* p. 167), legum. Apud Muirchu Maccumachtheni (fol. 4 *ab*) dicitur *magus.* — (*h*) I. e. *Loig-Les* apud Temoriam, de quo vide Petrie, *On Tara.*

[TIRECHAN.] invicem de rei illius consideratione, quia nescierunt quid fecerat, et babtitzavit tot [1] milia hominum in die illa.

14. Et inter caeteras babtismatis sententias audivit. Ecce .II. namque viri nobiles confabulabantur post tergum sibi, et dixit alter alteri : *Verum est quod dixisti a circulo anni qui praeteriit, ut veniisses vel nunc* [2] *huc in illis diebus. Dic mihi nomen tuum, quaesso, et patris tui et agri tui et campi tui, et ubi est domus tua.* Respondit Endeus: *Filius* [3] *Amolngid sum ego, filii Fechrach filii Echach, ab occidentalibus plagis, de campo Domnon* (*a*) *et de silva Fochloth.* Cumque audiisset Patricius nomen silvae *Fochlothi,* gavissus est valde, et dixit *Endeo, Amolngid* filio : *Et ego tecum exibo, si vivus fuero: quia dixit mihi Dominus exire.* Et dixit *Endeus: Non exibis mecum, ne occidamur ad invicem* [4]. Sanctus quoque dixit : *Verumtamen nunquam vivus ad tuam regionem pervenies et tu, nisi venero tecum, et vitam aeternam non habebis : quia propter me venisti huc,* * *quasi Joseph ante filios Israel. Endeus* autem dixit Patricio : *Tu filio meo babtismum da, quia tener est. Ego autem et fratres mei non possimus tibi credere usque dum ad nostram plebem pervenerimus, ne inrideant nos. Conallus* autem babtitzatus est, et dedit Patricius benedictionem super illum, et tenuit manum illius, et dedit *Cethiacho* episcopo. Et nutrivit illum et docuit eum *Cethiachus* et *Mucneus* frater *Cethiachi* epis[copi], cujus sunt reliquiae in aeclessia magna Patricii (*b*) in silva *Fochlithi.* Propter hoc mandavit *Conallo* insolam suam *Cethiachus,* et generis illius est usque in praesentem diem: quia laicus fuit post mortem Cethichi sancti.

* *Fol. 10 bb.*

15. Venierunt [5] autem filii *Amolngid* .VI. ad judicandum ante faciem *Loiguiri,* et *Endeus* contra eos unus et filius ejus tener et Patricius ante illos, et vestigarunt [6] causam

[1] *i. e.* multa. *In cod.* tt : *an forte* II? — [2] vel nunc *scriptum supra lin.* — [3] *supplendum videtur* Endeus (filius). — [4] *i. e.* ambo. — [5] *vel* inierunt. — [6] *ante hanc vocem scripta est vox* interrogaverunt, *sed punctis superpositis deleta ; nullis tamen punctis notata est prima syllaba : unde fortassis hic legendum* investigarunt.

(*a*) In baronia *Erris* seu *Iorrus Domnon,* Comit. *Mayo,* est *Dun-Domnon.* — (*b*) Hodie *Domnach-mor* prope *Killala,* ubi est etiam *Cross Patrick* et erat silva *Fochlithi.* Cfr. *Hy-Fiachrach,* pp. 463, 464.

hereditatis illorum. Et judicavit illis *Loiguire* et Patricius ut [TIRECHAN.] dividerent inter se hereditatem in .VII. partes. Et dixit *Endeus: Filium meum et partem hereditatis meae ego immolo Deo Patricii et Patricio.* Propter [1] hoc dicunt alii [2] quia servi sumus 5 Patricii usque in praesentem diem.

Foedus pepigerunt per manus *Loiguiri* filii *Neill* Patricius et filii *Amolngid* cum exercitu laicorum, episcoporum sanctorum, et inierunt iter facere ad montem *Egli*, et extendit Patricius etiam pretium xv animarum hominum, ut in 10 scriptione sua (*a*) adfirmat, de argento et auro, ut nullum [3] malorum hominum inpederet eos in via recta transeuntes totam Hiberniam: * quia necessitas poscit illos ut pervenirent silvam *Fochlithi* ante caput anni pasca secunda, causa [4] filiorum clamantium clamore magno voces [5] audivit in 15 utero matrum suarum dicentium: *Veni, sancte Patrici, salvos nos facere.*

* Fol. 11 aa.

16. Plantavit aeclessiam super vadum *Segi* et alteram aeclessiam *Cinnena* (*b*) sancta super vadum *Curnoi Imboind* (*c*), et altera [6] super *Coirp raithe* et altera [6] super fossam *Dallbro-* 20 *nig* (*d*), quam [7] tenuit episcopus filius *Cairtin*, avunculus Brigtae sanctæ. Fundavitque alteram in campo *Echredd*, alteram in campo *Taidcni* quae dicitur *Cellbile* (*e*) apud familiam *Scire* (*f*) est, alteram in campo *Echnach* (*g*) in qua fuit *Cas-*

[1] *in cod.* p, *ac proinde forte* pro *vel* per. — [2] *i. e.* aliqui. — [3] *lege* nullus. — [4] *i. e.* propter. — [5] *supple* quorum (voces). — [6] *lege* alteram. — [7] *vel* quia.

(*a*) I. e. in *Confessione*, ut legitur in Ms. Cotton: " Censeo enim non minus quam " pretium quindecim hominum distribui illis, ita ut me fruamini et ego vobis per- " fruar in Domino. " Hæc etiam legere est in codice Vedastino, non autem in Libro Armachano. — (*b*) Fortasse *Cinne naom* seu Cinna sancta (S. Cinna seu Kinna, quæ colitur die 1 Febr.). — (*c*) *Imboind* = in Boindeo fl. Censeo *Curnoi* esse *Domnach-Curnoi*, i. e. *Donecarney* in parochia de *Colpe*. — (*d*) *Dallbronach* erat avus S. Brigidæ et pater S. Ultani de *Ardbreccain* (Martyrol. Dungall. ad d. 1 Febr.) et de Dalchonchabuir familia in australi Bregarum regione (Colgan, *Tr. Th.*, p. 613). Brigida nata est in *Fochart Muirthemne* (Lanigan, vol. I, p. 382), i. e. *Faughart* prope *Dundalk* (Co. *Louth*), ubi est *Fort Hill* seu *Rath*, quam vocem supra (tom. I *Analect. Boll.*, p. 572, not. 5) vertit Cod. Bruxellensis *fossam castelli*, et est, ut opinor, *Fossa Dalbronachi* (cfr. *Parliamentary Gazetteer of Ireland*, vol. XI, p. 197). — (*e*) An *Cill-Celbile*, hodie *Kilkilvery*, in baronia de *Clare*, Co. *Galway*? — (*f*) *Cill-Scire* (*Killskeer*) in Midia, vel *Cill-Scire* in Co. *Fermanagh*. — (*g*) I. e. *Domnach-mor* prope *Navan* (Lanigan, vol. I, p. 239).

[TIRECHAN.] *sanus* prespiter, alteram in *Singitibus* (*a*), alteram in campo *Bili* juxta vadum *Capitis canis,* alteram in *Capite Carmelli* in campo *Teloch* (*b*) in qua sancta *Brigita* pallium cepit sub manibus filii *Caille* (*c*). In *Huisniuch midi* (*d*) mansit juxta petram *Coithrigi,* sed occissi sunt circa se alii perigrini a 5 filio *Fechach* (*e*) filii *Nell;* cui maledixit dicens: *Non erit de stirpe tua rex, sed servies semini fratrum tuorum.* Et alteram aeclessiam [1] in *Capite Airt* in regionibus *Roide* (*f*), in qua possuit altare lapideum, et alteram *hi Cuil corrae* (*g*).

Et venit per flumen *Ethne* in .II. *Tethbias* (*h*) et ordinavit 10 *Melum* episcopum (*i*); et aeclessiam *Bili* (*j*) fundavit, et ordinavit *Gosactum,* filium *Milcon Maccuboin,* quem nutrivit in servitute .VII. annorum, et mittens *Camulacum Commiensium* in campum *Cuini* [2] (*k*) et digito illi indicavit locum de cacumine *Graneret* (*l*), id·est aeclessiam [3] *Raithin* (*m*). Et 15 venit in campum *Rein* (*n*) et ordinavit *Bruscum* prespiterum

[1] *supple* fundavit. — [2] *vel* Cumi. — [3] *In margine signum simile litteræ* d *quam secat lineola puncto supra et infra notata.*

(*a*) *Temoria Singite* est locus in Midia, teste Colgano (*Tr. Th.* p. 717); puto esse non longe a *Mullingar* et fluvio *Ethne* (the *Inny,* Co. *Westmeath).* — (*b*) Forsan *Fer-Tulach (Fartullagh,* Co. *Westmeath)* juxta Fer-Bile, quocum cfr. *Cel-Bile,* et juxta parietinas ecclesiæ *Maic Caille* (vid. Quat. Mag. ad an. 489 et *Parliamentary Gazetteer of Ireland* sub vv. *Fartullagh* et *Farbill).* In *Telach* est parochia de *Kilbride* (i. e. cellæ Brigidæ). Est etiam *Telach Midi,* quem locum O'Donovan (Quat. Mag. an. 828) putat esse *Tullyard* juxta *Trim.* — (*c*) Cfr. Martyrol, Dungall. ad d. 25 April. — Usserius perperam legit *filii Cuille in Huisniach Midi;* recte *Caille* et *Huisniuch* in casu dandi. — (*d*) Est *Usnagh Hill* in Com. *Westmeath.* Usserius et Laniganus censebant Brigidam ibi velum accepisse; an recte? — (*e*) *Fiacha* frater erat Loiguiri: ejus posteri occuparunt regionem quæ nunc vocatur baronia de *Moycashel,* in Com. *Westmeath.* — (*f*) Id est, credo, *Corca Roide* in baronia de *Corkaree,* Co. *Westmeath.* Cfr. *Irish Topographical Poem,* in notis p. VI, ubi scribitur *Raoidhe.* — (*g*) Censeo esse *Coolure* juxta fluvium *Ethne* (hodie *Inny).* Vid. Philip's *County Maps of Ireland, Westmeath* D 1. Est etiam *Cuil-corra* in Midia (hodie *Coolarne* juxta *Saltrim,* secundum O'Donovanum et Hennessium. — (*h*) *Tethbiam* in duas partes dividit fluvius *Ethne,* quarum altera nunc est baronia de *Granard* in comitatu *Longford,* altera vero est pars occidentalis comitatus *Westmeath* et baronia de *Kilcoursey (Cuil-corrae?)* in *King's County.* — (*i*) *Mel* fuit episcopus *Ardachid* in *Tethbia.* — (*j*) *Cill-bile,* forsan idem ac *Clanbroney.* — (*k*) An inde *Ballycowan (Baile Cuini)* in *King's County?* — (*l*) Hodie *Moat of Granard.* — (*m*) Ecclesia Gosacti dicitur fuisse *Rahin* prope *Tullamore* (vid. *Dictionary of Christian Biography,* vol. I, p. 395); sed vix potuisset locus *digito monstrari,* cum non minus 36 milliariis Granarda distet: unde potius videtur fuisse prope Granardam, ubi multa sunt *Rathi* parva seu *Raithin.* — (*n*) *Magh Rein,* campus circum *Fenagh* in Com. *Leitrim.*

[TIRECHAN.]

et aeclessiam illi fundavit. Qui dixit mirabile post mortem ejus altero sancto qui fuit in insola generis *Cothirbi: Benedictus es tu dum filium tu* * *um* (a) *habes; ego autem tedebit me mors mea, quia solus sum in aeclessia in diserto* 5 *in aeclessia relicta ac vacua et non offerent juxta me sacerdotes.* In noctibus somnium factus [1] est: tertio die surrexit sanctus, et arripuit anulum et trullam ferrumque, et sepulcri fossam fodivit, et portavit ossa *Brusci* sancti secum ad insolam in qua sunt et resticuit [2].

* *Fol. 11 ab.*

10 **17.** Mittens [3] autem Patricius *Methbruin* ad fossam *Slecht* (b) barbarum (c) Patricii propinquum qui dicebat mirabilia in Deo vera [4]. Venitque Patricius ad alveum *Sinone,* ad locum in quo mortuus fuit auriga illius *Boidmalus* et sepultus ibi, in quo dicitur *Cail Boidmail* usque in hunc diem et immolatum 15 erat Patricio.

Finit liber primus in regionibus nepotum Neill peractus.

Incipit .II. in regionibus Connacht peractus.

18. Omnia quae scripsi a principio libri hujus scitis quia in vestris regionibus gesta sunt, nisi de eis pauca quae inveni 20 in utilitatem laboris mei a senioribus multis ac ab illo Ultano episcopo *Conchuburnensi* qui nutrivit me retulit sermo. Cor autem meum cogitat in me de Patricii dilectione, quia video

[1] *lege* factum, — [2] *sic videtur scriptum in codice, et etiam infra, num. 40 extr. An forte legendum* requievit? — [3] *In margine signum* z. — [4] *sic. Sensum non assequor.*

(a) In margine superiori codicis (fol. 11 *ab*) eadém manus quæ cetera scripsit, exaravit et hæc verba : *is baile inso sis arincertus.* Dr Reeves et cl. Stokes legunt ultima verba *as incertus* et vertunt : *est locus hic infra, qui est incertus* (vid. O'Curry, *Manners and Customs of the ancient Irish,* ed. Sullivan, vol. I. p. LXXXV, not.). Meo autem judicio legenda sunt illa verba *ar incertus,* et vertendum : *est locus hic infra super possessionem* (seu fundum), scilicet ecclesiæ Ardmachanæ, *Ar* præp. cum dativo = *supra* (Zeuss, ed. Ebel, p. 622); *certas* (ap. O'Reilly *ceartas,* in casu dativo *certus:* cfr. Zeuss, p. 624, *arloscud* et *arbadud)* = possessio. Est incertus = *is inderb* (Zeuss, p. 860). — (b) *Moy Slaught* prope *Bally Magauran* in Com. *Cavan,* secundum O'Donovan et Hennessy; sed O'Hanlon *(Life of St. Patrick,* p. 581) ait *fossam Slecht* esse *Edintinny Fort* prope *Ballinamore* in Com. *Leitrim.* — (c) I. e. extraneum, *gall.* Cfr. supra, notam ad num. 3.

[TIRECHAN.] dissertores et archiclocos et milites Hiberniae quod odio habent paruchiam Patricii, quia substraxerunt ab eo quod ipsius erat, timentque quoniam, si quaereret heres Patricii paruchiam illius, potest pene totam insolam sibi reddere in paruchiam quia Deus dedit illi, I. totam insolam cum hominibus per anguelum Domini, II. et legem Domini docuit illis, III. et baptismo Dei babtitzavit illos, IIII. et crucem Christi indicavit, V. et resurrectionem ejus nuntiavit. Sed familiam ejus non dilegunt quod I. non licet jurare contra eum, II. et super eum, III. et de eo, IIII. et non lignum (*a*) licet contra eum mitti, quia ipsius sunt omnia primitivae ecclesiae Hiberniae, sed * juratur a se omne quod juratur (*b*).

* *Fol. 11 ba.*

Omnia autem quae scripsi ab initio libri hujus, semplicia sunt; omne autem quod restat, strictius erit.

19. Venit ergo Patricius sanctus per alveum fluminis *Sinnae* per *vadum duorum avium* (*c*) in campum *Ai* (*d*). Audientes autem magi *Loiguiri* filii *Neill* omnia quæ facta fuerant, *Calvus* et *Capitolavium* (*e*), .II. fratres qui nutrierant .II. filias *Loiguiri*, *Ethne* alba, *Fedelm* rufa, timentes ne mores sancti viri acciperent, indignati sunt valde tenebrasque nocturnales ac densas inaurinas [1] super totum campum *Ai* fecerunt. Nescimus cujus potestatis hoc fuit; sed scimus quod nox longua .III. dierum tot [2] et noctium erat. Arripuitque sanctus jejunium .III. diebus et .III. noctibus, cum centenis oraculis flectenisque [1] assiduis Deum regem regum rogabat, et discessit omnis gravitudo magica tenebrarum a campo *Ai*, et dixit *Deo gratias*. Et venierunt per alveum fluminis *Sinnae* qui dicitur *Bandea* (*f*) ad tumulum *Gradi* (*g*). In quo loco

[1] *sic in cod. Cfr.* inar = *mantellum.* — [2] *cfr. notam ad pag. 42, lin. 2, supra.*

(*a*) Cfr. *lignum contentionis* infra, fol. 13 *aa.* — (*b*) Quid sibi hæc velint, satis non assequor. — (*c*) *Ath-da-en.* In Tripartita est *Snamh-da-en*, i. e. trajectio duarum avium. Est pars fluminis inter *Clonmacnoise* et *Clonburren.* Cfr. O'Donovan, *Hy Many*, p. 5. — *En* est gen. masc.: inde *duorum.* — (*d*) *Magh-Ai*, alias Campus Connaciæ, *Machaire Connacht*, inter oppidum Roscommon et baroniam Boyle. Cfr. O'Donovan, *Book of Rights*, p. 105. — (*e*) Hibernica nomina *Mael* et *Caplait.* — (*f*) Forsan *Baghna*, nomen loci ubi est mons *Baghna*, hodie *Slieve Bawn.* — (*g*) *Dumha-Graidh* (Roscommon). Cfr. Todd, *St. Patrick*, p. 222, not. 4.

[TIRECHAN.]

ordinavit *Ailbeum* sanctum prespiterum; cui indicavit altare mirabile lapideum in monte nepotum *Ailello* (*a*), quia inter nepotes *Ailello* erat. Et babtitzavit *Maneum* sanctum, quem ordinavit episcopus *Bronus* filius *Icni* servus Dei, socius 5 Patricii.

20. Venierunt ad campum *Glais* (*b*) et in illo posuit celolam magnam, quae sic vocatur *Cellula magna* (*c*), et in illa reliquit .II. barbaros (*d*) *Conleng* et *Ercleng* monachos [1] sibi.

21. Deinde venit ad *Assicum* et *Bitteum* et ad magos qui 10 fuerunt de genere *Corcu-chonluain* (*e*), *Hono* et *Ith* fratres. Alter suscepit Patricium et sanctos ejus cum gaudio, et immolavit sibi domum suam, et exiit ad *Imbliuch Hornon* (*f*). Et dixit illi Patricius: *Semen tuum erit benedictum, et de tuo semine erunt sacerdotes Domini et principes* [2] *digni in mea elimossina et tua* 15 *hereditate*. Et posuit ibi *Assicum* et *Betheum*,* filium fratris *Assici*, et *Cipiam*, matrem *Bethei* episcopi.

* *Fol. 11 bb.*

22. *Assicus* sanctus episcopus faber aereus erat Patricio, et faciebat altaria, bibliothicas (*g*) quas [3], faciebat in patinos sancti nostri pro honore Patricii episcopi. Et de illis .III. 20 patinos quadratos vidi, id est patinum in aeclessia Patricii in *Ardd machae*, et alterum in aeclessia *Alofind*, et tertium in aeclessia magna *Saetli* (*h*) super altare *Felarti* sancti episcopi. *Asicus* iste fecit profugam in Aquilonem regionis ad *montem lapidis* (*i*), et fuit .VII. annis in insola quae vocatur 25 *Rochuil* (*j*) retro *montem lapidum*. Et quaerebant illum monachi sui, et invenierunt eum in convallibus [4] montanis juxta laborem artificiorum. Et abstraxerunt eum monachi ejus, et

[1] *ante vocem* monachos *repetita est vox* barbaros, *sed punctis superpositis deleta.* — [2] *indistincta est hæc vox.* — [3] *videtur vox aliqua (vel aliquæ) prætermissa post* quas *quæ forsan legi poterat* que. — [4] *sequitur vox* suis, *sed punctis supra et infra positis deleta. Cfr. supra, p. 35, lin. 9.*

(*a*) *Ui-Oiliolla* vel *Ui-Ailealla* (cfr. *Four Masters*, ed. O'Donovan, ad an. 948, 1018, 1044; Todd, *St. Patrick*, p. 223, not. 1). Locus hodie est *Tirerrill*, Co. *Sligo*. Occurit vox *Ailello* apud Tirechanum jam num. 7 supra. — (*b*) *Magh-Glais*, hodie *Moyglass*, Ballintubber, Co. *Roscommon*. — (*c*) *Cill-mor*. — (*d*) Cfr. supra, num. 17. — (*e*) *Corcu-Achlain* habitabant partem orientalem Roscommani. — (*f*) Hodie *Elphin*. — (*g*) I. e. thecas, involucra (gall. *étui)* quibus servabantur libri. — (*h*) *Domnach-mor-seola* in Vita Tripartita hibernica. — (*i*) Hibernis *Sliabh-Liag*. — (*j*) Hodie *Rathlin O'Birne*.

[TIRECHAN.] mortuus est apud illos in disertis montibus, et sepilierunt eum *hirraith* [1] *chungai hisertib* (*a*). Et dedit rex illi et monachis suis post mortem foenum .c. vaccarum cum vitulis suis et bovum xx, immolatio aeterna, quia dixit quod non revertetur in campum *Ai* quia mendacium ab illo [2] dixerunt, et sunt 5 ossa ejus in campo *Sered hirraith chungi*. Monachus Patricii [3], sed contenderunt eum familia *Columbae Cille* (*b*) et familia *Airdd Sratha* (*c*).

23. Patricius vero venit de fonte *Alofind* ad *Dumecham* nepotum *Ailello*, et fundavit in illo loco aeclessiam quae sic 10 vocatur *Senella cella dumiche* (*d*) usque hunc diem. In quo reliquit viros sanctos *Macet* et *Cetgen* et Rodanum prespiterum.

24. Et venit apud se filia felix in perigrinationem, nomine *Mathona*, soror *Benigni* successoris Patricii, quae tenuit 15 pallium apud Patricium et Rodanum, monacha fuit illis. Et exiit per montem filiorum *Ailello*, et plantavit aeclessiam

* *Fol. 12 aa.* liberam *hi Tamnuch* (*e*), * et honorata fuerat a Deo et hominibus, et ipsa fecit amicitiam ad reliquias sancti Rodani, et successores illius epulabantur ad invicem. 20

25. Post haec autem posuerunt episcopos i. e. *Cairellum* juxta sanctam aeclessiam *hi Tamnuch*, quos ordinaverunt episcopi Patricii, id est *Bronus* et *Bietheus*. Non quaerebant aliquid a familia *Dumichae* nisi amicitiam tantummodo, sed quaerit familia *Clono* (*f*), quia per vim tenent locos Patricii 25 multos post mortalitates novissimas (*g*).

26. Deinde autem venit sanctus Patricius ad fontem qui dicitur *Clebach* in lateribus *Crochan* (*h*) contra ortum solis ante ortum solis [4] et sederunt juxta fontem. Et ecce .II. filiae regis

[1] *i. e.* i (in) raith. *Cfr. supra n. 13.* — [2] *i. e.* de (illo). — [3] *supple* erat. — [4] *sic in codice.*

(*a*) *Rath-Cunga*, hodie *Racoon* hill, Ballymagroarty, Co. *Donegal*. Cfr. Reeves, *Adamnan*, p. 38. — (*b*) Apud *Rath-Cunga*. Cfr. ibid., p. 284, n. 35. — (*c*) Hodie *Ardstraw*, prope Strabane. — (*d*) *Sen-chell-dumiche*, i. e. *Antiqua-cella-tumulorum*, prope Elphin. — (*e*) Hodie *Tawnagh*, Co. *Sligo*. — (*f*) *Clonburren* (?) in pago Moore, Co. *Roscommon*, vel *Clono auis*, i. e. Clones vel *Clonmacnois*. — (*g*) Circa 650, ut videtur. — (*h*) Hodie *Rath-croghan*. Cfr. Todd, *St. Patrick*, p. 451, not.

Loiguiri, Ethne alba et *Fedelm* rufa, ad fontem more mulierum ad lavandum mane venierunt et senodum [1] sanctam episcoporum cum Patricio juxta fontem invenierunt. Et quocumque essent, aut quacumque forma, aut quacumque plebe, aut quacumque regione non cognoverunt; sed illos viros *Side* (*a*) aut deorum terrenorum aut fantassiam estimaverunt. Et dixerunt filiae illis : *Ubi vos sitis et unde venistis?* Et dixit Patricius ad illas: *Melior erat vos Deo vero no[men] confiteri quam de genere nostro interrogare.* Dixit filia prima : *Quis est Deus? Et ubi est Deus? Et cujus est Deus? Et ubi habitaculum ejus? Si* (*b*) *habet filios et filias, aurum et argentum Deus vester? Si vivus semper? Si pulcher? Si filium ejus nutrierunt multi? Si filiae ejus carae et pulchrae sunt hominibus mundi? [Si] in caelo an in terra est? [Si in] aequore? [Si in] fluminibus? [Si] in montanis? [Si] in convallibus?* *Dic *nobis notitiam ejus. Quomodo videbitur? Quomodo delegitur? Quomodo invenitur? Si in juventute? Si in senectute invenitur?* Respondens autem sanctus Patricius Spiritu sancto plenus dixit: *Deus noster Deus omnium hominum, Deus caeli ac terrae, maris et fluminum, Deus solis ac lunae, omnium siderum, Deus montium sublimium valliumque humilium. Deus super caelo et in caelo et sub caelo habet habitaculum, erga caelum et terram et mare et omnia quae sunt in eis. Inspirat omnia, vivificat omnia, superat omnia, sufultat omnia. Solis lumen inluminat, lumen noctis et notitias valat* [2], *et fontes fecit in arida terra et insolas in mari siccas, et stellas in ministerium majorum luminum posuit. Filium habet coaeternum sibi et consimilem sibi, nec junior Filius Patri nec Pater Filio senior. Et Spiritus sanctus inflat in eis, nec seperantur* [3] *Pater et Filius et Spiritus sanctus.* * *Ego vero volo vos regi caelesti conjunguere, dum filiae regis terreni sitis, credere* [4]. Et dixerunt filiae si [5] ex uno ore

[TIRECHAN.]

* *Fol. 12 ab.*

* *Fol. 12 ac*

[1] *i. e.* synodum. cœtum. — [2] *sic, vel* iialat. *Sensum quis attigerit? Fortassis legendum* velat. — [3] *vel* seperatur. — [4] *sic; forsan legendum* credite. — [5] quasi?

(*a*) Viri *Sidhe* de quibus hic, sunt aerii spiritus. Eorum ficta habitacula in collibus, dicuntur *Sidhe* vel *Siodha.* O'Flaherty, *Ogygia,* p. III, cap. XXII. — (*b*) Voces in hoc folio recto obliteratæ, ex reliquo sensu fere restitui possunt.

[TIRECHAN.] unoque corde : *Quomodo credere possimus caelesti regi doce nos dilegentissime, ut videamus illum facie ad faciem indica nobis, et quomodo dixeris nobis faciamus.* Et dixit Patricius : *Si creditis per babtismum patris et matris jecere* [1] *peccatum?* Responderunt : *Credimus.* — *Si poenitentiam creditis post* 5 *peccatum?* — *Credimus.* — *Si creditis vitam post mortem? Si creditis resurrectionem in die judicii?* — *Credimus.* — *Si creditis unitatem aeclessiae?* — *Credimus.* Et babtitzatae sunt et candida veste in capitibus eorum [2]. Et postulaverunt videre faciem Christi. Et dixit eis sanctus : *Nisi mortem gustaveritis, non potestis videre faciem Christi et nisi sacrificium accipietis.* 10 Et responderunt : *Da nobis sacrificium ut possimus Filium, nostrum sponsum, videre.* Et acciperunt eucharitziam Dei, et dormierunt in morte. Et possuerunt illas in lectulo uno vestimentis [3] coopertas (*a*), et fecerunt ululatum (*b*) 15

* Fol. 12 ba. * (*c*) et plo[ratum] magnum amici earum [et venit
ma]gus *Capliti*, qui nutrivit alteram, et plo[ravit]; et il
li Patricius praedicavit, et credidit, et ca[pil]li ca
pitis ejus ablati sunt. Et frater illius venit *Ma[el* nomine] [4],
et ipse dixit : *Frater meus credidit Patricio [sed] non [erit]* [5], 20
sed revertam eum in gentilitatem et ad Mathoum [6]. [Et

[1] *i. e.* jacere. — [2] *sic ; lege* earum. — [3] *vel* vestimento *vel* vestis panno. — [4] *vel* Lucat mael. — [5] *supple* ita mecum ; *aut forte legendum* sed non ego. — [6] *vel* Milthoum.

(*a*) *fo aen bratt i aen lepraid* (Vita Trip. hib. ms.), i. e. sub uno pallio in uno lecto. — (*b*) Hibernice *caoine*, ex *cainim*, quod simul sonat *cano* et *ploro* (Vit. Trip. hib. ms.). — (*c*) Quum Liber Armachanus, quem et *Canones S. Patricii* (cfr. Procem. nostrum, *Analect.*, tom. I, p. 536) appellare consueverunt, ad morem libri sacri adhiberetur in jurejurandis publice exigendis, videtur in hunc usum vulgo apertus fuisse locus qui continet folia 12 *b* et 13 *a*. Unde in istis foliis, quibus manus jurantis imponebatur, scriptura ita detrita est ut vix pauca verba jam distincta appareant. Itaque non nisi incredibili labore et multas litteras et voces ex reliquis quæ aliquatenus legi poterant, conjectura supplendo, hæc folia exhibere nobis licuit. Ea G. Betham in sua editione de qua nobis superius dicendum fuit, omnino prætermisit. Quo autem facilius quali successu munere nostro functi simus, judicare valeant viri docti quibus codicem ipsum inspiciendi copia fuerit, et nostras conjecturas feliciore conatu subinde emendare, non solum, sicut antea, quæ minus perspicua erant, uncinis inclusimus, sed et in utroque folio exscribendo editionem nostram ita disposuimus, ut singulæ ejus lineæ singulis lineis codicis respondeant.

ad] Patricium verba dura dixit, et Patricius illi dixit et
praedicavit et convertit illum in poenitentiam Dei;
et ablati sunt capilli capitis illius, id est nor
ma magica [1] in capite videbatur, *airbacc,*
5 [ut] dicitur, *giunnae* (*a*). De hoc[2] verbum quod clarius est qu[am]
aliud in verbis scoticis [3]: *Similis est calvus contra Cap
lit[ium]* (*b*). [Et] crediderunt in Deo. Et consumpti sunt
dies ululationis filiarum regis, et sepilierunt
eas juxta fontem *Clebach* (*c*), et fecerunt fos
10 sam rotundam [in] similitudinem *fertae* (*d*), quia
sic faciebant [sco]tici [homi]nes et gentiles.
N[ob]iscum autem *reli[c]* (*e*) voc[atur], id est reliquiae [4]
[vi]rgi[num] [5] (*f*). Et immolata est *[ferta]* Deo et [6] Pat
ricio cu[m] sanctarum [7] os[sibus], et [8] heredibus ejus post
15 se in saecula, et [aeclessiam] terrenam fecit in eo loco.

[1] *forte hic supplendum* quae, *ut legitur apud Probum:* ablati sunt capilli capitis ejus, id est, norma magica, quæ prius in capite ejus videbatur. — [2] *vel* dehinc; *et supplendum, ut videtur,* est *vel* dictum est. — [3] *intell.* celebratissimum inter proverbia scotica seu hibernica. — [4] *vel* residuæ. — [5] *vel* filiarum. — [6] *vel* (*loco* Et immol.-et) Et fuit consecrata a sancto. *Vel* Et celebrata est earum memoria *vel* virginum sacrarum ossibus. — [7] *vel* (*loco* cum sanctarum) et fecit virginibus ecclesiam sacram. — [8] *vel* ab.

(*a*) *Airbacc giunnae*, i. e. cæsura comæ (*bac,* tonsio, *bacc,* ligo, Zeuss, p. 67; et *giunach,* coma)? vel cincinnus *(bachal)* crispus *(gunach)* aut acutus *(guinnech)?* — vel ornamentum *(irbag,* gloriatio, Zeuss, p. 868) comæ (cfr. *airbi* druidica ap. Petrie, *Antiquities of Tara,* pp. 123, 124). — Diversum omnino ab his sensum proponit Todd, asserens absque hæsitatione *(St. Patrick,* p. 455, not. 1) verba *air bacc giunnae* interpretanda esse *ut vinculum gehennæ.* Sed vereor ne huic interpretationi applicanda sit reprehensio Zeussii dicentis *(Gramm. Celt.,* p. 953, not.): " Velim Hiberni homines ipsi his enucleandis operam dent, sed cautius, sensim, rem non leviter peragentes nec modo interpretandi nimium prompto. Ut ipse Toddius, vir optime meritus de litteris hibernicis... " — (*b*) I. e. " Mael est similis Caplitio " (cfr. Todd, *St. Patrick,* p. 455, not. 2). In Vita Trip. hibernica ms., p. 58: *is arasc cosmais mael do Kapl;* in Trip. latina (ap. Colgan, *Tr. Th.,* p. 136): *cosmhuil Maol le Chapluit.* — (*c*) Apud *Rathcroghan,* in parochia *Kilkorkey,* in comitatu *Roscommon* (Cusack, *Life of St. Patrick,* p. 291; O'Donovan, *Annal. Quat. Mag.,* tom. III, p. 204, not. *r).* — (*d*) Cfr. t. I *Analect.,* p. 560. — (*e*) Vox hibernica *relec* idem sonat quod cœmeterium. Cfr. Petrie, *Round Towers,* p. 104, post med. — (*f*) Secundum O'Donovan (in Supplemento ad Lexicon O'Reillii ad vocem *feart), residuae filiarum.*

[TIRECHAN.] **27.** [Dei]nde [1] autem venit Patricius ad campum [2] *Caire [tha]* [3], id est in *[M]uig* [4] *Caireth[a]* [5] (*a*), et [fundavit] aeclessias tres ter
[renas in eo lo]co [6]. Fundavitque [7] aeclessiam in *Airddlicce* (*b*)
quae [8] sic vocatur Sendomnach [9], et posuit in illa Coi 5
manum [10] diaconum sanctum sibi monachum carum [11]
Christo et Patricio puer[um]. Et venit Patricius in *Ardd senlis*, et posuit [in illo sanctam filiam [12] L]alocam, et te
nuit locum in campo *Nento* (*c*). Et exierunt cum
[Ce]thiaco sancto episcopo [ad] suam propriam [re]gionem, 10
quia [13] de [14] genere *Ailello* ejus p[ater] fuit, et mater ejus [15]
erat de genere *Sai* de [re]gionibus [16] Cinachtae,
a *Domnach* [17] *Sairigi* juxta domum [18] [sancti] episcopi
Cennani, id est lapidum (*d*). Moris [19] erat Ce
thiaco episcopo sancto vissitare circ[um] loca [20] *curclisai* (*e*) 15
in pasca [21] majore, et [22] in pasca secundo fiebat (*f*)
in loco [23] Coimgillae sanctae super [24] vadum duarum
furcarum, id est *da Loargg* [25] juxta Cenondas [26],

[1] *vel* Po[stea]. — [2] *vel* (*loco* ad campum) ad regiones. — [3] *vel* Caire. — [4] *vel* Maigh. — [5] *vel* Caireth. — [6] *vel* (*pro* fund. aecl. terr. in eo loco) fecit Patricius (*cod.* aratur isgirt *vel* aratrigus *vel* patres nostri) terrenam aeclessiam *vel* monisterium *vel* babtisterium. — [7] *vel* Et fundavit. — [8] *vel* ipsa. — [9] *cfr. infra not.* f. — [10] *vel* Coimenum. — [11] *vel* (*loco* sibi monachum carum) *leget fors aliquis* filium Crachani *vel* filium Machuni. — [12] Vita Tripartita latina : « ubi posuit Lalloc sanctam et tenuit locum in campo Nento. » — [13] *vel* (*loco* ad suam propr. reg. quia) [ad ter]ram (*vel* patriam) suam [o]rionda. — [14] *vel* a. — [15] *vel* (*loco* ejus-ejus) mater fuit et pater ejus. — [16] *vel* (*loco* Sai de regionibus) Sai[rigi] *aut* Sainigi de posteritate. — [17] *vel* hi Domnuch. — [18] *vel* domlieg. — [19] *vel* (*loco* moris erat) *leget fortasse quispiam* lapidum ortus *vel* et [i]bi [qu]idem co[nsuetudo] *aut* est illi consuetum. — [20] *vel* (*pro* fuerunt plura loca) in paternum locum, *aut* f. septem loca. — [21] *vel* pasca *sine* in. — [22] *vel* (*loco* majore et) magno. — [23] *vel* [pas]ca *pro* in loco. — [24] *vel* secundum. *In codice* sum. — [25] *vel* II. Laarg, *vel* da Laarge, *vel* Loarge. — [26] *vel* Ocerondas sibi, *vel* Eriondas *vel* Athondas.

(*a*) *Magh-Cera*, nunc baronia de *Carra* in comitatu *Mayo*. Cusack, p. 412. — (*b*) De nominibus locorum qui hoc et sequentibus numeris (usque ad n. 48) citantur, vide O'Hanlon, p. 590 sqq. et M. F. Cusack, p. 406 sqq. — (*c*) Nom. *Nenad*, gen. *Nento*. — (*d*) *Dom-liac-Cianain* = domus lapidum Cianani, nunc *Duleek* in comitatu *Meath*. — (*e*) Id est *alterna* vel *alternis vicibus?* Cfr. *cliseach* = mobilis (Dict. O'Reilly) et *an dara cur* = secunda vice (O'Donovan in Supplemento). — (*f*) Ad hanc lineam (in pasca maj.-fiebat) ponitur in margine *Domnach*, id est *Domnach-Sairigi* vel *Sendomnach*, ut in Vit. Trip.; vel *domnach* est glossa = dominica.

[TIRECHAN.]

.... quia Cethiachi domini
..... dicitur Comgella Cethiacho [1].
28. [Relictus ibi] Jos[t]us d[iac]onus P[atricii]
* sanctus [pene puer] [2] pusillus in [3] [..., et]   * *Fol. 12 bb.*
5 tenuit *Fidard.* Et dedit illi sanctus Patricius [4] [lib]
ros babtismatis ; et babtitzavit nep[otes] M[aini]
et [5] in senectute sua bona babtitzavit [6] [Cia]
ranum filium artificis (*a*), quando se[nex] ac ple
nus dierum fuit.
10 Interest autem inter mortem Patricii
[et Ciar]ani [na]tivitatem (*b*), ut pe[ritis]
simi numerorum aestimant... (*c*) [an]
norum ; et babtitzatus est Ci[aranus a pue]
ro [7] Patricii, a diacono Justo in Pa[tricii]
15 conspectu.
29. Franci vero Patricii exierunt a patria
viri fratres .XII. cum soro
re una. Nomina quoque virorum nolo
dare nisi .II. principes Bernicius et Hernicius,
20 et sororis nomen *Nitria* [soror] episcopi. Et multi loci
illis dati sunt, et ignoro nisi unum in quo [8]
est Bassilica sanctorum, quia [9] indicavit illis
Patricius sanctus similitudinem loci et d[i]g[i]
to indicavit de cacumine *Garad* quando [10] ve
25 nierunt ad illum ut elegeret illis de [lo]
cis quos invenierunt, et fundavit [11]
sanctus aeclessiam *Brer[g]arad,* quidam filius [12] (*d*)
qui veniret per flumen *Succae* (*e*) et aridi pe

[1] *vel* a familia sancta Congilla *loco* Comg. Ceth. — [2] *vel (loco* s. p. p.) sanctus pervenerunt *vel* senes vir. — [3] *vel* matris *loco* in. — [4] *vel* jura et *loco* Patricius. — [5] *vel* (*loco* nepotes Maini et) .II. filios. — [6] *addendum forsan* sanctum *ante* Ciaranum. — [7] *vel* viro. — [8] *hæc vox admodum indistincta est. Legi potest* Imgo *vel* Inguae *vel* In cir. — [9] *vel* quem. — [10] *vel* quia. — [11] *vel addendum* quoque *ante* sanctus. — [12] *vel* quam dedit filio *loco* quidam filius.

(*a*) Hibernice *Mac-int-sair.* — (*b*) Nativitatem scilicet spiritualem, ut videtur. — (*c*) Numerus jam legi nequit. Videtur esse C. et XL. Vita Tripartita : " quia CXL anni fuit [Justus?] quando Ciaran baptizavit, ut aiunt peritissimi " (Cusack, p. 407). — (*d*) Cetheco scilicet, ut legitur in Vita Tripartita. — (*e*) Hodie *The Suck.*

[TIRECHAN.] des ejus ac ficones (*a*) erunt ṡ aulae [1]

30. Venit vero Patricius ad Selcam in [quo *Hi] Briuin* [2] (*b*) cum multitudine episcoporum sancto rum. Castrametati sunt [3] in cacuminibus Selcae et posuerunt sibi stratum et se dem contra [4] lapides in quibus scripserunt ma[nu] sua [5] literas quas hodie conspeximus ocu lis nostris. Et cum illo fuerunt

Bronus episcopus
Sache[llu]s [6]
Bronachus prespiter
Rodanus
Cassanus
Brocidius
Lommanus frater ejus
Benignus heres Patricii
et Benignus frater Cethiachi
de genere *Ailello*

qui tenuit [cel] lolam [7] Benigni [liberatam] [8] a Pat ricio a cacodaemone [9]
Felartus episcopus de genere [Ailello]
Et [so]rores [sancti Felarti episcopi quae sunt in insola] in mari *[Chonmaicne* [10]*]*

* Fol. 13 aa. * Nam erant *i [C]roch cuile*. Et plantavit aeclessiam super stagnum *Selcae inscae,* et bab titzavit filios *Broin* (*c*).

31. Et perrexit [11] ad tra ctum *Gregirgi* [12], et fundavit aeclessiam in *Drum-[m]ae* [13], et fontem fodivit in eo [loco et aqua non] exflu [it] [14] in se et [15] de se, [sed] plenus [16] semper, et perennis [17] (*d*) est. Et aeclessiam posuit in cella *Adrochtae*

[1] *forsan addendum* et venit per alveum fluminis *post* ficones-aulae. *Quid significent ista tria ultima verba, non assequor. Ante* aulae *scripta est littera* s *superposito puncto. An* aulae *vox hibernica ?* — [2] *vel* terra *vel* finibus. — [3] *vel legendum sine* sunt. — [4] *vel* separatam sedem *loco* stratum et sedem. — [5] *vel* scripsit magnas suas *loco* scripserunt manu sua. — [6] *vel* Sache[lu]s. — [7] *vel* filiolam. — [8] ler anorto ? — *Signum* **z** *in margine.* — [9] celbine ? — [10] *vel* Conmaicne. *Hæc columna est valde indistincta.* — [11] *vel* venit. — [12] *vel* Gregraidi. — [13] *vel* Drumma. — [14] *vel* jux[ta eam] et si non iret fluvius *(pro* in eo loco-exfluit). — [15] *fortassis* vel *loco* et. — [16] *vel (loco* plenus) *leget fortasse aliquis* perennis. — [17] *loco* et perennis est, *leget quis fortasse* Patricius ivit *vel* Post venit Patricius.

(*a*) Id est calcei, sandalia. V. Du Cange, *Glossar.* — (*b*) *Ui Briuin,* i. e. Nepotes Briani. Cfr. O'Donovan, *Book of Rights,* p. 107, not. *r.* — (*c*) I. e. *Ui Briuin.* Cfr. not. præc. — (*d*) In Vita Tripartita hibernica legitur hic *bithlan,* i. e. semper plenus.

[filiae Tal]ain, et ipsa accepit pallium de ma
nu Patricii. Et perrexit ad filios *Heric*
et fuit in illo loco in quo fiunt mulieres jux
ta vadum filiorum Heric. Et furati sunt
5 equos illius et maledixit illis dicens : *Semen vestrum*
serviet semi[ni] fratrum vestrorum ;
quod sic conprobatur [1]. Et revertebatur in cam
pu[m] *Airthic* [2], et aeclessiam senes [3] posuit in eo
campo, et benedixit locum *i Taulich* (*a*) lapidum.
10 **32**. Et exiit ad *Drummut Cerrigi* et invenit
.II. viros conflinguentes [4], filios unius viri,
ad invicem. Post mortem patris eorum, qui fa
ber aereus erat de genere *Cerrigi Airnen* [5],
voluerunt [6] dividere hereditatem [7], et possi
15 tum erat lignum contensionis quod vocatur
caam (*b*) apud gentiles, et arripuerunt gla
dios ancipites extensis manibus [pe]rcutere
frater fratrem, pedibus [8] erectis quod defunctum est
in terra more campi. Cum vero veniisset [ad]
20 illos Patricius videns de longue quasi mo
dum jugeris, aperuitque os suum et dixit : *Tene,*
domine pater, posco, manus fratrum ne
faciant malum contra [9] *se.* Et non potuerunt por
regere manum aut coll[egere], sed fuerunt
25 erecti quasi imagines lign[ea]s. Et benedixit
eos ac praecipit illis et ait : *Facite amiciti*
am, dum fratres sitis, et quod vobis d[i]xero
facite, sedete. Sederunt [sanctu]s Patricius
[et i]psi [immolav]erunt agrum et omnia [10]
30 patris eorum Patricio *doalcach* [11], et fun [12]

[1] *vel* conprobatum. — [2] *vel* Airthicc. — [3] *i. e.* senex. — [4] *valde indistinctum.* — [5] *vel* Cerrige Sannen. — [6] *vel* noluerunt. — [7] *vel* in medietatem *loco* hereditatem. — [8] pedibusque. — [9] *eodem modo scriptum ac num. 30, lin. 6, supra.* — [10] *vel* [et do]mu[m]. — [11] *vel* doercach *vel* doipcali *(vox hibernica ?).* — [12] *vel post* Patricio *leget fortasse aliquis* domnach firi.

(*a*) *i Taulich na gcloc,* hodie Tullanarock. — (*b*) Cfr. *Cam* = contentio, duellum ; *caman* = lignum seu baculus quo Hiberni utuntur in pilari ludo.

[TIRECHAN.] davit [ae]clessiam ibi; et in illo [1] loco est Coonanus [2] (*a*)
frater [Sacelli] episcopi [3] Bassilicae (*b*).

* Fol. 13 ab. **33.** * Profectus per diserta *Cerrigi [Airni]*
ad campum australem, id est *n-Airni* [4],
et invenit *Iarnascum* sanctum sub umb[ra] [5] 5
cum filio *Locharnach* (*c*), et scripsit
ill[i] elimenta (*d*). Et fuit apud illum ebdoma
s una et [a]mplius [6] viris VIIII aut VII. Et plan
[tavit] ibi aeclessiam, et tenuit illum abba
tem (*e*). Et fuit quidam [7] Spiritu sancto plenus, 10
ab australi [8], *Medbu* [9] nomine.
P[er]v[e]nit [10] cum [P]atricio ab *Irlochis* [11],
et legi[t] [12] in *Ardd[m]achae,* et ordinatus est [13]
in eodem loco, [et diacon]us [14] fuit Pat
ricio, de genere *Machi* [15], episcopus [16] bonus. 15
Et fundavit aeclessiam in *Imgoe maine* [17]
cerrigi libari [18], id est in Manis [19] in *Ardd
machae.*

34. Et perr[ex]it Patricius ad fon
tem qui dicitur *Muc[no]* [20], et fecit cell[am] ibi *Senci[ll]* [21] (*f*), 20
quam sic vocant [22]. Et fuit Secundinus [s]o
lus sub ulmo frondosso [se]p[ar]atim,
et est signum crucis in eo loco usque
in [h]un[c] d]iem. Et [v]enerunt per diserta filiorum
Endi [23] in campum *Airni* [24], in quo est sanctus Loma 25

[1] *vel* fecit aeclessiam illi in illo loco (*pro* davit-loco). — [2] *vel* et Rodan, *vel* et Conan. — [3] *vel* et fuit episcopis (*loco* est-episcopi). — [4] *vel* Hi-Nainimm (*loco* hoc est Nairnen). — [5] *vel* arbore. — [6] *cod.* ebdoma *et linea sequenti* su .. c[um] [a]mplius. — [7] *vel* quidem. — [8] *vel* aprali. — [9] *vel* Anedbu. — [10] *cod.* S .. venit. — [11] *vel* Inlochis *vel* Irlochir. — [12] *vel* legebat. — [13] *vel* ordinavit *loco* ordin. est. — [14] *vel* filius. *In cod.* loco ... ris. — [15] *vel* Machiar. — [16] *vel* prespiter. — [17] *vel* maire *vel* mane *vel* mair. — [18] *vel* cerriagi liliari. — [19] *cod.* in re us *vel* maris. — [20] *vel* muci? *Vestigia syllabæ* no *videntur superesse; litteræ* n *dimidia pars deleta est.* — [21] *cod.* ali *vel* aci *vel* aei (?) — [22] *vel* quod sic vocatur. — [23] *vel* Tais *aut* Cais. — [24] *vel (loco* In camp. Airni) in locum alium *vel* ad vadum cluain (*aut* alain *aut* aran) ailello.

(*a*) *Conu* in Vit. Trip. hibernica. — (*b*) *Baislic mor.* Ibid. — (*c*) *Locharn,* gen. *Locharnach,* dat. *Locharnaich* (cfr. *Lugaid* ap. Windisch, *Irische Grammatik,* p. 37). In Vita Tripartita dicitur *Loarn.* — (*d*) Cfr. supra, num. 13, not. *f.* — (*e*) Cfr. infra (fol. 18 *ba*) *gabsi cadessin abbaith* = et tenuit illum abbatem. — (*f*) Id est, cellam antiquam.

[TIRECHAN.]

nus Turrescus [1] (*a*). Post multa tem
pora venit [seme]l Senmeda [2] filia
Endi filii B[riuin], et accepit [3] pallium
de [man]u [4] Patricii, et dedit illi munilia
5 sua [5] et manual[e]s [6] et pediales et bra
chiola [7] sua [hoc voc]atur *aros* in scottica.

35. Et perrexit ad regionem *Conmaicn[e]* [8]
hi Cu[il]t[ol]ad [9] et possuit [multas] aecle[ssi]as
quad[ra]tas [in eo loco et [10] fundavit ae]clessiam
10 *Air[dd]-Uiscon* [11] ... [et fecit] [12] cel
lolam mediam (*b*), in qua possuit so
rores Failain [13] episcopi [et plantavit]
aliam cellam [14] pro sanctis .. s[anctus] Patricius
. . . . . is *daur* [15] usc ...
15 . . . .
. . . . . barbaris [16]....
. . . . . hominibus suis...
* Et venit in campum *Caeri* (*c*), et castrametati sunt *i Cuil-Core* (*d*) et plantavit aeclessiam in illo loco, et babtitzavit
20 multos [17].

* *Fol. 13 ba.*

36. Et exinde exiit ad campum *Foimsen* (*e*), et invenit in illo loco .II. fratres filios viri nominati *Coiluid*, filius [18] *Luchti* filii *Conlaid* et *Derclaid*. Qui mittebat servum suum ut occideret Patricium. Lucteus autem liberavit eum. Cui dixit

[1] *vel* (*loco* in quo est sanctus Lomanus Turrescus) hi Conmacne cuile Turresc. — [2] *vel* simul *vel* (*loco* semel Senmeda *aut* Semneda) Semelmeda *tantum.* — [3] *vel* (*loco* et accepit) atque reliquit. — [4] *vel* (*loco* de man.) sanctus. — [5] *vel legendum* tria. — [6] *vel* manralia *vel* manu learia *vel* manuale suum. — [7] *vel* (*loco* et pediales et brachiola) in pedibus et brachiis mola sua *aut* pinola sua. — [8] *vel* anenaicse *vel* anenaicre. — [9] *vel* in cuircne ... at. — [10] *vel* (*loco* possuit-et) *leget fortasse aliquis* fundavit aeclessiam .. is .. tus sanctus Patricius. — [11] *vel* Ardd Uscon. — [12] *Est hic spatium trium vel quatuor vocum ubi aliquid amplius legere nequivi.* — [13] *vel* Failarti *vel* (*loco* in qua-Failain) Patricius deinde perrexit in regiones Failar *vel* Sailar. — [14] *Sequuntur sex lineæ, ubi vix ulla vox satis distincta apparet ut tuto aliqua lectio proponi queat. Legendum forsan lin. 13* cellam piscis *(Eisg)*, hodie Easky, co. *Sligo.* — [15] *vel* Dare. — [16] *vel* Sibarr *vel* cellam barbaris. — [17] *ante vocem* multos *legitur vox* illos, *sed punctis superpositis deleta.* — [18] *sic mihi videtur legendum.*

(*a*) I. e. Truimensis? — (*b*) *Cill Medon,* nunc Kilmaine. — (*c*) Hibernice *Magh-Cera.* — (*d*) *I* = in, *Cuil* est in casu dativo, *Core* in genitivo. — (*e*) *Magh-Foimsen.*

[TIRECHAN.] Patricius : *Erunt episcopi et prespiteri de genere tuo, genus autem fratris tui erit maledictum et difficient in brevi.* Et reliquit in illo loco Conanum prespiterum.

37. Et exiit ad fontem *Stringille* in disertis, et fuit super ipso duobus dominicis. Et exiit ad campum *Raithin.* Et exiit ad finem *Humail* [1] *du Achud Fobuir* (*a*), in quo fiunt episcopi (*b*). Et venit ad illum sancta filia quae pallium tenuit apud Patricium, et ordinavit filium patris illius Senachus [2], et dedit nomen novum illi, id est *Agnus Dei*, et episcopum fecit illum. Et ipse postulavit .III. postulationes a Patricio : ut non peccaret sub gradu (*c*), et non vocaretur nomen ejus super locum, et deesset [3] de illius aetate super aetatem filii sui veniret, *Oingus* (*d*) nomine. Cui (*e*) scripsit Patricius abgitorium (*f*) in die qua ordinatus erat *Senachus.* Quia Patricius ordinavit aeclessiam in illo loco apud filiam, Mathonam nomine (*g*) ; et dixit illis : *Erunt episcopi boni hic et de semine illorum erunt benedicti in saecula in cathedra hac;* ipsa est *Ached Fobuir;* et missam Patricii acceperunt.

38. Et perrexit Patricius ad montem *Egli* (*h*), ut jejunaret in illo XL diebus et XL noctibus, moysaicam tenens disciplinam et heliacam et christianam. Et defunctus est auriga illius *hi* (*i*) *Muiriscc Aigli* (*j*), hoc est campum inter mare et Aigleum. * Et sepilivit illum aurigam Totum Calvum, id est *Totmael* (*k*), et congregavit lapides erga sepulcrum, et dixit: *Sit sic in aeternum, et vissitabitur a me in novissimis diebus.* Et exiit Patricius ad cacumina montis super *Crochan Aigli,* et mansit ibi XL diebus et XL noctibus. Et graves aves fue-

* *Fol. 13 bb.*

[1] *videtur potius scriptum* ad firu n-Umail = ad viros Umaliæ. *Cfr. Quat. Mag. ad an. 808* (fear n-Umail), *et Vit. Trip., ubi legitur* ad viros Umaliæ. — [2] *lege* Senachum. — [3] *supple* quod (deesset) *ex Vit. Trip.*

(*a*) Nomina *Raithin, Humail* et *Fobuir* sunt in casu genitivo, *achud* in dativo (nom. *Achad) ; du achud fobuir* = ad campum fontis, *Aghagower.* — (*b*) In quo episcopus Senach est ordinatus. Vit. Trip. — (*c*) Cl. Hennessy in Vit. Trip. hibernica anglice reddita : " that he should not oppose him as regards orders. " An satis accurate ? — (*d*) *Mac Aenghusa* in Vit. Trip. — (*e*) Id est filio Senachi. — (*f*) Cfr. supra, pagg. 37, 41. — (*g*) Sororem Benigni. — (*h*) *Cruachan-Aighle.* — (*i*) I. e. in. — (*j*) Nunc *Murresk.* — (*k*) Hoc γλώσσημα (i. e. Totmael) scriptum legitur supra " Totum Calvum " ; secundum O'Reilly (Diction.) *tothmael* = serva.

runt erga illum, et non poterat videre faciem caeli et terrae [TIRECHAN.]
et maris (*a*), quia Hiberniae sanctis omnibus praeteritis,
presentatis [1], futuris Deus dixit : *Ascendite, o sancti, super*
montem qui inminet et altior omnibus montibus qui sunt ad
5 *occidentem solis ad benedicendos Hiberniae populos,* ut videret
Patricius fructum sui laboris, quia corus sanctorum omnium
hibernensium ad eum venit ad patrem eorum vissitandum.
Et plantavit aeclessiam in campo *Humail.*

39. Et venit in regiones *Corcutemne* ad fontem *Sini,* in quo
10 babtitzavit milia hominum multa, fundavit aeclessias. III.
Toga [2]. Et venit ad fontem *Findmaige,* qui dicitur *Slan* (*b*),
quia indicatum illi quod honorabant magi fontem et immolaverunt dona ad illum in donum dii. Fons vero quadratus
fuit, et petra quadrata erat in ore fontis, et veniebat aqua
15 erga [3] petram, id est per glutinationes quasi vestigium regale;
et dixerunt [4] increduli quod quidam profeta mortuus fecit
bibliothicam sibi in aqua sub petra, ut dealbaret ossa sua
semper, quia timuit ignis exustem, quia adorabant fontem
in modum dii [5]. Et indicatum est Patricio causa adorationis,
20 et ipse zelum Dei habuit de Deo vivo. Dixit : *Non verum quod*
dicitis quod rex aquarum fons erat, quia dederunt illi nomen
Aquarum rex. Et congregati sunt magi et gentiles regionis
illius et multitudo multa nimis ad fontem, et Patricius ait
illis : * *Elevate petram, ut videamus quid sub est, si ossa an non,* * *Fol. 11 aa.*
25 *quia dico vobis, sub ea ossa* [6] *hominis non sunt, sed puto aliquid*
de auro et argento per glutinationem petrarum, minime de
vestris reprobis immolationibus; et non potuerunt immolare [7]
petram elevare. Et benedixit Patricius et servi ejus petram,
et dixit Patricius multitudini : *Procul recedite paulisper, ut*

[1] *sic., pro* praesentibus. — [2] *supra secundam litteram* o *positum est triplex punctum, et in margine signum* Z. — [3] *in cod. prius* supra, *et huic voci superscripta vox* erga. — [4] *i. e.* dicebant. — [5] *Juxta hanc lineam* (timuit-modum dii) *positum est in margine signum* Z. — [6] *superior linea* (petram-ea ossa) *non admodum jam distincta legenti apparet.* — [7] *sic in cod., sed supra* singulas *syllabas positum est triplex punctum ; quod indicat vocem delendam esse.*

(*a*) Videtur hic aliqua prætermisisse scriba codicis. Cfr. Vit. Trip. ap. Cusack, p. 414. — (*b*) Cfr. Vit. Trip. ap. Cusack, p. 442.

[TIRECHAN.] *videatis virtutem Dei mei qui in caelis habitat;* et erectis manibus elevavit petram ex ore fontis et ponebat illam e regione super ora fontis, et est semper. Et nihil invenierunt in fonte nisi aquam tantum, et crediderunt Deo summo. Et sedit juxta lapidem procul quem infixit vir quidam cui benedixit 5 Patricius, *Caeta* sive *Cata* nomine, et babtitzavit illum et dixit illi : *Erit semen tuum benedictum in saecula.* Cellola *Tog* in regionibus *Corcuteimne* Patricii fuit: Cainnechus episcopus, monachus Patricii, fundavit eam.

40. Et venit sanctus Patricius per campos in regionibus 10 *Maicc Hercae* (*a*) in *Dichuil* et *Aurchuil.* Et venit Patricius in *Dichuil* ad sepulcrum magnum magnitudinis mirae ingentemque longuitudine, quod invenit familia illius et magno stupore mirabantur pedes traxisse cxx, et dixit: *Non credimus hoc negotium quod erat homo longuitudinis hujus.* Et respondit 15 Patricius et dixit : *Si volueritis, videbitis eum.* Et dixerunt : *Volumus.* Et percussit baculo suo lapidem juxta caput ejus, et signavit sepulcrum signaculo crucis* et dixerunt : *Aperi, Domine, sepulcrum* [1]. Et aperuit sanctus terram, et surrexit [mortu]us [2] sanus; et dixit: *Bene sit tibi, o vir sancte, quia suscitasti me et* [3] *una hora a doloribus malis* [4]. [Haec dicens fle]vit 20 amarissime, et dixit: *Ambulabo* [5] *vobiscum?* Et dixit Patricius : *Non possimus ut nobiscum tu ambulavisses* [6], *quia non possunt homines videre faciem tuam prae* [7] *timore suo; sed crede Deo caeli et babtismum Domini accipe, et non reverteris in locum in* 25 *quo fiebas, et indica nobis cujus es.* — *Ego sum macc maicc Cais maic Glais, qui fui subulcus rig Lugir rig Hirotae* (*b*). *Jugulavit me fian* (*c*) *maicc maicc Con in regno Coirpri Nioth fer anno* .c. *usque hodie.* Et babtitzatus est, confessionem Dei fecit, et resticuit [8], et positus est iterum in sepulcro suo. 30

* *Fol. 14 ab.*

[1] *scriptum hic in cod.* sepulchrum, *sed simul invenitur punctum delens infra et supra litteram* h. — [2] *vel* [mag]nus *vel* autem. — [3] *vel* ut. — [4] *vel* multis *aut* meis. — [5] *vel* si ambulabo. — [6] *vel* ambuletis. — [7] *vel* pro. — [8] *cfr. supra, num. 16 extr.*

(*a*) *Maicc* in casu genit. sing. Itaque *Maicc Hercae* = filii Ercae. — (*b*) Hæ voces præter primam *(mac)* sunt omnes in casu genitivo, *Irota* vero seu *Irruade* est Norwegia (O'Curry, *Manners and Customs of the ancient Irish*, tom. III, p. 101); ut sensus sit : Ego sum filius filii Cassi filii Glassi, qui fui subulcus regis Lugari regis Norwegiæ. Lugar obiit anno mundi 4169 (Quat. Mag.). — (*c*) *fian* = miles.

[TIRECHAN.]

41. Et venit in Album Campum (*a*) in regionibus nepotum *Maini*, et invenit in illo signaculum crucis Christi et .II. sepulcra nova, et de curru suo sanctus dixit: *Quis est qui sepultus hic?* Et respondit vox de sepulcro : *Ecce sum homo gentilis.* 5 Respondit sanctus : *Cur juxta te crux sancta infixa est?* Et iterum respondit : *Quia vir qui sepultus est juxta latus meum, rogavit mater ejus ut signum crucis poneretur juxta sepulcrum filii sui; vir fatuus et insensatus posuit juxta me.* Et exilit Patricius de curru suo, et tenuit crucem et evellabat de gen- 10 tili tumulo et posuit super faciem babtitzati, et ascendit super currum, et oravit Deum taciter. Cum dixisset : *Libera nos a malo,* dixit illi auriga illius: *Quid?* auriga illius inquit, *cur* (*b*) *appellasti gentilem non baptitzatum virum?* Redeamus ad historiam nostram *quia* (*c*). — * *Quia ingemesco virum sine bab-* 15 *tismo. Melior erat apud Deum illum benedicere vice babtismatis et effundere aquam babtismi super sepulcrum mortui.* Et non respondit illi, puto enim ideo eum reliquit quia Deus eum salvare noluit.

* *Fol. 14 ba.*

42. Per *Muadam* vero venit, et ecce audierunt magi filio- 20 rum *Amolngid* quod sanctus vir venisset super eos in suas regiones proprias, congregata est multitudo nimis magorum ad primum magum, *Recradum* nomine. Qui voluit sanctum occidere Patricium. Et venit ad illos cum .VIIII. magis, induti[1] vestibus albis cum hoste magico. Et viderunt illum procul 25 Patricius et Endeus filius *Amolngid* et Conallus *Endi* filius, quando babtitzavit Patricius multitudinem nimiam. Cumque vidisset Endeus, surrexit, arripuit arma ut magos reppelleret, quia ab illis erant magi trans r[iv]olum aquae nimium quasi[2] milia passuum. Missit autem Patricius Conallum filium *Endi* 30 in obviam magis ut cognovissent illum, ne alium occiderent,

[1] *sic.* — [2] *Post hanc vocem relictum est aliquantulum spatii vacuum, et in margine appositum signum* Z.

(*a*) Id est *Find Mag.* Cfr. O'Donovan, *Tribes and Customs of Hy-Many*, p. 77, not. *x.* Hodie *Taghmaconnell,* in baronia de *Athlone*, Co. *Roscommon* (cfr. ibid. p. 102, n. 25). — (*b*) " Auriga illius inquit, cur " videtur esse repetitio vocum, qualis aliquando fieri solet in narratione familiari. — (*c*) Et hoc loco quædam a Ferdomnacho prætermissa satis manifestum est.

[TIRECHAN.] et stetit juxta magum filius in signum [1]. Et ecce vir sanctus surrexit Patricius, et elevavit manum sinistram Deo caeli, et maledixit magum. Et cecidit mortuus in medio magorum ejus, et dispersus est vulgus in totum campum *Domnon*, et exustus est ante faciem omnium in vindictae signum. Cum 5 viderunt omnes homines hoc miraculum, et babtitzavit multos in illa die et ordinavit *Mucneum* sanctum fratrem Cethachi, et dedit illi libros legis VII. quos reliquit post se *Macc Cerce* filio *Maic Dregin*. * Et fundavit aeclessiam super silvam *Fochluth*, in qua sunt ossa sancta *Mucnoi* episcopi, quia Deus dixit 10 illi ut legem relinquerent et episcopos ordinaret ibi et prespiteros et diaconos in illa regione. Et benedixit *Amolngid* filium, *Fergussum* fratrem *Endi*, quia in agro ipsius virtutem fecit.

* *Fol. 14 bb.*

43. Et ecce quidam vir venit ad illos, nomine *Macc Dregin*, 15 cum filiis VII gentilibus et postulavit babtismum Dei a Patricio. Et benedixit illum cum filiis, et elegit unum filium ex ipsis, cui nomen erat *Macc Ercae*, et scripsit elementa (*a*), et benedixit eum benedictione patris. Et dixit pater filii : *Tedibit* [2] *me si tecum exierit filius meus*. Et ait Patricius: 20 *Non erit ita, sed illum Brono filio Icni commendabo et Olcano*. Extendit manum et indicavit ei locum in quo sunt ossa ejus procul, et digito suo signavit locum, et crucem posuit ibi. Et ecce. II. filiae venierunt ad Patricium et acciperunt pallium de manu ejus, et benedixit illis locum super silvam *Fochlithi*. 25

44. Et ecce Patricius perrexit ad agrum qui dicitur *Foirrgea* filiorum *Amolngid* ad dividendum inter filios *Amolngid* et fecit ibi aeclessiam terrenam de humo quadratam, quia non prope erat silva. Et portaverunt ad illum mulierem infirmam habentem in utero infantem, et babtitzavit filium in utero 30 matris aqua babtismi filii ipsa est aqua commonis mulieris (*b*). Et sepilierunt eam in cacuminibus aeclessiae desuper, et est sedes ipsius sancti juxta aeclessiam usque in praesen-

[1] *Rursus in margine signum* Z. — [2] *in cod. prius* tedivit, *sed littera* b *superscripta litteræ* v.

(*a*) Cfr. supra, num. 13, not. *f*. — (*b*) Aliqua iterum hic videntur prætermissa.

[TIRECHAN.]

tem diem. Et aedificavit aeclessiam quandam apud familiam in sinu maris, id est *Ros* (*a*) filiorum *Caitni*.

45. * Et reversus est ad flumen *Muaide Denertrige* [1] in *Bertrigam* [2], et elevavit ibi lapidem in signaculum crucis Christi, 5 et dixit : *Ecce hic invenietur aqua in novissimis diebus, et habitabitur a me.* Et fundavit aeclessiam juxta fossam *Rigbairt.* Et venit in *Muiriscsain* [3] apud *Bronum* filium *Icni*, et benedixit filium, qui est *Macc Rime* episcopus, et scripserunt elimenta (*b*) illi et *Muirethacho* episcopo, qui fuit super flumen 10 *Bratho.* Et venierunt trans litus *Authuili* in fines *Irai* Patricius et Bronus et cum illis filius *Ercae* filii *Dregin* ad campum, id est *Ros Dregnige,* in quo loco est cassulus Brooni. Et sedens ibi, cecidit Patricii dens, et dedit dentem Brono suo in reliquias. Et dixit : *Ecce mare jeciet nos de hoc loco in novissimis* 15 *temporibus, et exibitis ad flumen Slicichae ad silvam.*

* *Fol. 15 aa.*

46. Et exiit trans montem filiorum *Ailello,* et fundavit aeclessiam ibi, id est *Tamnach* et *Echenach* et *Cell Angle* et *Cell Senchuae.* Et exiit ad regiones *Callrigi Tre maige,* et fecit aeclessiam juxta *Druimleas,* et babtitzavit multos. Et 20 erexit ad campum *Ailmaige,* et fundavit aeclessiam ibi, id est *Domnach Ailmaige,* quia Patricius illic mansit. III. diebus et .III. noctibus. Et perrexit ad campum *Aine,* et posuit aeclessiam ibi. Et versus est *Evoi* et in campum *Cetni* [4], et maledixit flumen quod dicitur Niger, *Drobaicum* autem benedixit, in 25 quo tenentur magni pisces sive piscium genitor [5] effectum est. Flumen *Drobaisco* non habuit ante pisces, sed postea piscatoribus fructum dat, quia postulavit et nihil illi piscium dabant sancto. Et maledixit aliis fluminibus, id est flumini *Oingae* et *Saele,* quia demersi sunt. II. pueri de pueris Patricii 30 in *Saeli,* quapropter hoc factum in commemorationem virtutis.

47. Etiam intravit in campum *Sereth* trans amnem inter *Es Ruaid* et mare; et fundavit aeclessiam *Hirraith Argi* et

[1] *vel* i Devertrige. — [2] *vel* Bertrigain. — [3] *vel* Muiriscsam. — [4] *prius* Cethni, *sed littera* h *fuit erasa a scriptore.* — [5] *vel* genus? *in cod.* gen : *cum hoc duplici puncto.*

(*a*) *Ros* = promontorium ; apud Windisch *ross.* — (*b*) Cfr. supra, num. 13, not. *f.*

[TIRECHAN.] castrametatus est * in campo *Sereth*. Et invenit quendam virum bonum de genere *Lathrou*, et babtitzavit eum et filium tenerum cum eo, qui dicebatur *Hinu* vel *Ineus*, quia posuit illum pater in fana super collum ejus, quia natus est in via cum patre de monte veniens. Et babtitzavit Patricius filium, et scripsit illi abgitorium (*a*), et benedixit eum benedictione episcopi. Qui postea retenuit Assicum sanctum cum monachis suis in *Ard Roissen*, id est *Hirraith Congi* in campo *Sereth* in tempore regum *Fergusso* et *Fothuid*. Et fundavit aeclessiam in campo *Latrain* et aeclessiam magnam *Sir Drommo*, quam tenuit familia *Dairinse Indoburbur*. Et perrexit *for Bernas* filiorum *Conill* in campo *Itho*, et fundavit ibi aeclessiam magnam. Et exiit ad campum *Tochuir*, et fecit aeclessiam ibi. Et in quo loco quidam episcopus venit de genere *Corcutheimne* ad eum de cellola *Toch* in regiones *Temenrigi i Ceri* contra solis occasum, episcopus cum sorore una monachi Patricii, et est locus eorum cum familia *Clono*, et ingemescunt viri loci illius.

* Fol. 15 ab.

48. Pervenit Patricius per Sinonam .III. vicibus et .VII. annos conplevit in occidentali plaga, et de campo *Tochuir* venit in *Dulo Ocheni*, et fecit VII aeclessias ibi. Et venit in *Ardd Sratho* et *Macc Ercae* epis[copum] ordinavit. Et exiit in *Ardd Eolorgg* et *Ailgi* et *lee benndrigi* et perrexit trans flumen *bandæ*, et benedixit locum in quo est cellola *Cuile Raithin* in *Eilniu*, in quo fuit episcopus, et fecit alias cellas multas in *Eilniu*. Et per *Buas* fluvium foramen pertulit, et in *Duin Sebuirgi* sedit super petram, quae Petra Patricii usque nunc. Et ordinavit ibi Olcanum sanctum episcopum, quem nutrivit Patricius, et dedit illi partem de reliquiis Petri et Pauli et aliorum et velum quod custodivit reliquias. Et reversus est * in campum *Elni*, et fecit [1] multas aeclessias, quas *Coindiri* habent.

* Fol. 15 ba.

49. Ascendit autem ad montem *Miss Boonrigi* (*b*), quia nutrivit ibi filium *Milcon Maccubuain* (*c*), *Gosacht* nomine (*d*),

[1] *post* fecit *scripta est vox* reliquias, *sed punctis superpositis deleta.*

(*a*) Cfr. num. præc. — (*b*) Cfr. t. I *Analect.*, pagg. 558, 559 et hoc tomo, p. 35, supra. — (*c*) Cfr. t. I, p. 546, n. *c* et p. 549, n. 1. — (*d*) Qui factus est episcopus Granardensis.

[TIRECHAN.]

et filias .II. ejusdem viri quando erat in servitute .IIII. annorum. Et docuit illos in taciturnitate cum juramento pro [1] timore magi. Sed alia nocte vidit magus *Miliucc* scintellas de ore *Succeti* (*a*) fatui (*b*) ignitas ascendentes in labia filii sui et
5 inflammatum est totum corpus filii sui, et de ore filii sui in ora sororum ejus. *Cur*, inquit, *o serve, malum fecisti filio meo in nocte quae praeteriit?* — Respondet Succetus: *Domine mi, quid vidisti?* — *Os filii mei replisti igne, et filius meus labia filiorum* [2] *replevit, et consumpti sunt omnes in cinerem, et cinis*
10 *eorum vivificavit multos, et quasi aves volaverunt tecum, et evomerunt vitalia sua frustra.* — Respondet Succetus: *Frustra vere evomerunt, id est domum magicam, quia dedi in ora eorum verba Dei mei excelsi.*

50. Et exiit ad montem *Scirte* (*c*) ad locum petrae super
15 quam vidit anguelum Domini stantem, et vestigium pedis illius usque nunc pene adest (*d*), cum ascendisset in [3] caelum pedibus extensis de monte ad montem, dixitque: *Navis tua parata est: surge et ambula* (*e*). Venit vero sanctus per *Doim* (*f*) in regiones *Tuirtri* (*g*) ad *Collunt* (*h*) Patricii, et babtitzavit
20 filios *Tuirtri*. Relicta *Machia* (*i*) venit in *Maugdornu* (*j*), et ordinavit Victoricum Machinensem episcopum, et aeclessiam ibi magnam fundavit, et perrexit ad *Loiguireum* et Conallum filios *Neill.*

51. Finito autem circulo exiit et fecit aeclessiam Justano
25 prespitero juxta *Bile Torten,* quae est apud familiam *Airdd Breccain* (*k*), et fecit alteram *hi Tortena* orientali, in qua gens

[1] *vel* prae. — [2] *sic; lege* filiarum. — [3] *in margine hic apponitur signum* +.

(*a*) Cfr. supra, pag. 35, not. *b*. — (*b*) I. e. prophetæ. — (*c*) Cfr. t. I *Analect.*, p. 583, not. *c*. — (*d*) Adhuc monstratur eo loco vestigium quod vocant *St. Patrick's footmark*. — (*e*) Cfr. supra, pag. 550. — (*f*) Hodie *Toome Bridge*. Est vadum Bannæ fluvii in comitatu *Antrim*. Cfr. O'Donovan, *Annal. Quat. Mag.*, tom. II, p. 1086, not. *x*. — (*g*) Ui-Tuirtre tunc tenebant occidentalem ripam Bannæ, sed ab O'Nellis postea pulsi sunt ad ripam orientalem seu Antrimensem (M. F. Cusack, p. 445, not. 2). — (*h*) Sliabh-Calland. Ibid. p. 445. — (*i*) *Armagh?* vel *Domnach-Maighen*, hodie *Donaghmoyne*. O'Donovan, *Quat. Mag.*, tom. I, p. 445, not. *g*. — (*j*) Hodie *Cremorne*. Reeves, *Adamnan*, p. 81, not. *d*. — (*k*) *Ard-Breccain*, hodie *Ardbraccam*, in comitatu *Meath*.— *Bile Torten*, celebris arbor. O'Donovan, *Book of Rights*, p. 151.

[TIRECHAN.] o *Tig Cirpani* (*a*), sed libera semper. Et perrexit ad fines Laginensium ad *Druimm Hurchaille* (*b*) et posuit ibi domum martirum, quae sic vocatur (*c*), * quae sita est super viam magnam in valle, et est hic petra Patricii (*d*) in via. Exiit ad campum *Lifi* (*e*), et posuit ibi aeclessiam, et ordinavit Auxilium puerum Patricii exorcistam [1], et Eserninum et Mactadeum in cellola *Cuilinn* (*f*). Ordinavit Feccum Album *i Sleibti* (*g*), et bab[titzavit] filios *Dunlinge* (*h*). Et erexit se per *Belut Gaabrain* (*i*), et fundavit aeclessiam *Hirroigniu* (*j*) *Martorthige* (*k*), et babtitzavit filios *Nioth Fruich itermumae* (*l*) super petram *hi Coithrigi* (*m*) *hi Caissiul* (*n*).

* *Fol. 15 bb.*

52. Hae sunt .III. petitiones Patricii, ut nobis traditae sunt Hibernensibus : rogans .I. [2] ut suscipiatur unusquisque nostrum poenitentiam agens, licet in extremo vitae suae judicii sui die ut non claudetur in inferno : hoc est prima. .II. Secunda, ne barbarae gentes dominentur nobis in sempiternum. III. Ut ne supervixerit aliquis nostrum, id est Hibernensium, ante .VII. annos ante diem judicii, quia .VII. annis ante judicium delebuntur equore : hoc est .III. (*o*)

Dairenne [3] (*p*).

[1] *cod.* exorcismum, *sed* tam *scriptum supra* mum. — [2] *in margine adscripti sunt hi numeri* I, II, III. — [3] *ita seorsim scripta hæc vox in codice. Cfr. not.* p.

(*a*) I. e. ex domo S. Cirpani. — (*b*) Manifeste erravit O'Donovan ubi (ad an. 837) conjecit hunc locum fuisse in comitatu *Clare.* — (*c*) Id est *Martorthige*, ut paulo inferius. — (*d*) Cfr. " petram in Coithrigi " paulo inferius, ad finem hujus num. — (*e*) *Magh Lifi.* — (*f*) *Cill-Cuilin* = cella ilicis aquifolii ; hodie *Kilcullen*, Co. *Kildare.* — (*g*) I. e. in Sletty prope Carlow. Cfr. infra, fol. 18 *ba.* — (*h*) Videlicet Illandum et Alildum (de quibus in Annal. ad an. 489) ; an viros de genere Dunlangi, de quo Annal. Hibernici ad annum 241 ? — (*i*) *Belut* est in casu dativo (nom. *belat* = compitum. Zeuss, pp. 18, 804). *Bealach-Gabhrain* seu *Gowran* in hodierno comitatu *Kilkenny.* — (*j*) I. e. in *Magh-Roigne* seu Ossoria, ut contra O'Donovan probat D. Joannes Hogan in Vita S. Ciarani et in *Topographical Illustrations of Kilkenny* in *Kilkenny Archæol. Journal*, vol. IV. — (*k*) I. e. martyrum domum, ut paulo supra ; estque idem ac reliquiarum domus. Cfr. infra (ad finem num. 55) " conductio martirum, i. e. ossium. " — (*l*) Aengus, filius Natfraich regis Mumoniæ, nominatur in Annal. ad an. 489, et a S. Patricio baptizatus dicitur in Vita S. Brigidæ (*Tr. Th.*, p. 551. Vit. IV, lib. II, c. 12). — (*m*) *Rock of Cashel, Carraig Phadraig, Leac Phadraic, Cloch coitrige Patricc.* Vid. O'Curry, *Mss. materials*, p. 623. — (*n*) Temere itaque omnino affirmavit Todd (*St. Patrick*, p. 468) nullam mentionem fieri in Libro Armachano Caseliæ et itineris Patricii in Momonia. Cfr. et infra, fol. 19 *aa.* — (*o*) Cfr. t. I *Anal.*, pag. 580. — (*p*) Vel *duirinne* = hiatus ? Cfr. Stokes, *Togail Troi*, p. 130. — Infra, fol. 19 *ab*, occurrit *Dairene* vel *Doirine.* Cfr. *daire*, miseria, nos miseri.

53. Aetas Patricii ut nobis tradita est subputatur VII anno babtitzatus est, X anno captus, VII [1] annos servivit, XXX annos legit, LXXII annos docuit; aetas ejus tota CXX anni (*a*), ut Moyses. [TIRECHAN.]

5 **54.** In .IIII. rebus similis fuit Moysi Patricius. Primo, anguelum de rubo audivit; XL diebus et XL noctibus jejunavit; quia annos CXX peregit [2] in vita praesenti; ubi sunt ossa ejus nemo novit [3].

55. Duo hostes (*b*) XII diebus corpus sancti Patricii con-10 tenderunt et noctem inter se XII diebus non viderunt, sed diem semper, et in XII die ad prelium venierunt, et corpus in grabato .II. hostes viderunt apud se, et non pugnaverunt. *Colomb-cille* Spiritu sancto [4] instigante ostendit sepulturam Patricii, ubi est confirmat, * id est *hi Sabul* Patricii, id est in 15 aeclessia juxta mare [5] undecima [6], ubi est conductio martirum, id est ossium *Coluimb-cille* de Brittannia et conductio omnium sanctorum Hiberniae in die judicii (*c*). * *Fol. 16 aa.*

56. XIII anno Teothosii imperatoris a Celestino episcopo papa Romae Patricius episcopus ad doctrinam Scottorum 20 mittitur. Qui Celestinus XLVII [7] episcopus fuit a Petro apostolo in urbe Roma. Paladius episcopus primo mittitur, qui Patricius alio nomine appellabatur, qui martirium passus est apud Scottos, ut tradunt sancti antiqui. Deinde Patricius secundus ab anguelo Dei, Victor nomine, et a Celestino papa 25 mittitur (*d*), cui Hibernia tota credidit, qui eam pene totam bab[titzavit].

[1] *vel* IIII, *sed probabilius* VII. — [2] *in fine lineæ hic apponitur signum* +. — [3] *ad singula capita adscripti sunt in margine numeri* I, II, III, IIII. — [4] *post hanc vocem in fine lineæ appositum est signum* +. — [5] *post* mare *sequitur vox* pro, *sed punctis deleta, et in margine appositum est signum* ⁒ *cum triplici puncto.* — [6] *Eam vocem (et præcedentem* pro) *prætermiserunt cl. Reeves* (On the Bell of St. Patrick, *p. 4) et Petrie,* Antiquities of Tara, *p. 115) hunc locum citantes.* — [7] *vel* XLV : *numeri enim non sunt admodum distincte scripti. Videntur tamen remanere vestigia* τοῦ II.

(*a*) Cfr. tom. I *Analect.*, pp. 581, 582. — (*b*) I. e. exercitus (Du Cange, *Glossarium* ad h. v.). — (*c*) Cfr. supra, num. 52. — (*d*) Rursus hic carpendus venit Todd qui (*St. Patrick*, p. 314 in marg.) disertis verbis ait: "The Life of St. Patrick in the Book of Armagh ignores the Roman mission." Quamvis enim id fortasse dici possit de *Vita S. Patricii* quæ continetur novem prioribus foliis, debuerat nihilominus simul animadvertere hoc loco distincte omnino indicari *missionem Romanam*

[TIRECHAN.] **57.** Patricius sanctus episcopus honorem quaternam [1] omnibus monasteriis et aeclessiis per totam Hiberniam debet habere, id est .I. Sollempnitate dormitationis ejus honorari in medio veris per .III. dies et .III. noctes omni bono cibo praeter carnem, quasi Patr[icius] venisset in vita in hostium. II. Offertorium ejus proprium in eodem die immolari [2]. III. Ymnum ejus per totum tempus cantare. IIII. Canticum ejus scotticum (*a*) semper canere (*b*). Sic omnis .IIII. ista habere debet et reddi a monachis suis sibi, qui aeclessiam fundavit vel monasterium, et qui habet paruchiam et regiones multas, .IIII. praedicta habere debet in honore.

Finit hoc breviarium gentis, nominis, genelogiae, pueritiae, captivitatum, virtutum, christianae servitutis, documenti, industriae, maledicti in peccatores, benedictionis in pios, aetatis. Quae omnia, in Deo gesta, ab antiquis peritissimis adunata atque collecta sunt.

[1] *sic; lege* quaternum. — [2] *In margine signum* ℤ. *Forsan ad lin. præc. spectat.*

S. Patricii. Eo magis mirum apparet id prætermissum esse a Toddio ubi ex professo agit de missione Romana S. Patricii, quod ipse hunc locum Tirechani memorat ubi loquitur de Palladio (op. cit., p. 289). — (*a*) Cfr. t. I *Analect.*, pag. 580, num. 5. — (*b*) In margine paulo inferius adscriptæ hæ duæ voces: *Ymnus Comanulo* (vel *Coimnullo*). Lineola voci superposita videtur indicare vocem hibernicam (cfr. supra in fine Præfat. nostræ). Ni conjectura fallor, legenda est *Coim-annulo* = *protectio clamoris (nuail* gen. *nulo*, ut *duil* gen. *dulo*, *biail* gen. *bela*; cfr. Zeuss, pp. 250, 261), ac proinde synonyma voci *Faeth Fiada*, quo titulo notus erat hymnus (Vit. Trip. Lat. ap. Colgan, *Tr. Th.*, p. 126), quamque recte interpretandam censuit cl. Whitley Stokes *clamor custodis*, potius quam *clamor* (vel *instructio*, O'Reilly Dict.) *hinnuli* (cfr. Windisch, *Irische Texte*, p. 535, v. *faed* et p. 546, v. *fiad*, 3). Vid. et Crowe, *Guardman's Cry of St. Patrick*, in *Kilkenny Archæol. Journal*, pp. 286, 297. Cfr. et Canticum in Libro Ballymotae quod sic incipit: *Nuall fir fia for set*, i. e. Clamor viri protectionis in via.

(Reliqua edentur in fasciculo sequenti.)

TRANSLATIO
S. GERMANI PARISIENSIS
ANNO 846
SECUNDUM PRIMÆVAM NARRATIONEM.
E CODICE NAMURCENSI.

Duplicem S. Germani ex monasterio quod in suburbio Parisiensi ejus nomine dedicatum erat, translationem annis 846 et 857 occasione duplicis irruptionis Normannorum factam, et miracula quæ ad gloriam sancti patroni in utraque operari dignatus est omnipotens Deus, libris duobus non semel editis (1) descripsit extremo seculo IX Aimoinus, ejusdem cœnobii monachus, usus duabus relationibus antiquioribus (2), quæ hactenus latuerunt. Contigit nobis earum alteram, qua continetur prioris tantum relationis historia, a monacho coævo, qui eidem interfuit, composita, reperire in codice Namurcensi 53 (3). Hanc in Appendicem ad Catalogum nostrum codicum Namurcensium relegare visum non est, sed honoratiore loco et majoribus typis hic exhibere, utpote præcipui quoddam momenti documentum. Quo autem facilius ejusdem comparatio cum Aimoini scriptione institui valeat, ad singulos nostræ editionis numeros notavimus quænam eisdem singulæ partes Aimoinianæ lucubrationis respondeant. Ubi advertet diligens lector nihil ab Aimoino adjectum esse primævæ relationi, nonnulla vero suppressa, et præsertim leviori calamo perstricta quæ anonymus scriptor candidius et vehementius conquestus fuit (4) de ignavia Francorum illius temporis, turpi fuga a Normannorum agmine dilapsis.

(1) Cfr. *Histoire littéraire de la France*, tom. V, p. 646. — *Act. SS.*, tom. VI Maii, p. 796 sqq. — (2) Aimoin. præf. (*Act. SS.*, tom. cit., p. 797 a). — (3) Cfr. *Analect. Boll.*, tom. I, p. 519. — (4) Infra, numm. 3 et 12. Cfr. Aimoin. lib. I, num. 1, ante med. (p. 797 d, e).

1 (1). Plura quidem et stupenda miraculorum signa dignaque [1] relatu omnipotens Deus per beatum Germanum, venerabilem Parisiacæ urbis antistitem, præteritis ac nostris dignatus est patrare temporibus, quæ ob inertiam atque incuriam sunt scriptorum omissa pressaque silentio, et quæ 5 audientibus ac legentibus, si scriberentur, ad suarum salutem plurimum prodesse poterant animarum. Nunc autem ea quæ noviter cunctarum rerum redemptor per eumdem sanctissimum virum Germanum est operari dignatus, auxiliante Domino et meritis ejusdem præcipui confessoris Christi 10 juvantibus, jubente Ebroino, divina largiente gratia antistite rectoreque hujus monasterii pio, conamur scribere, et quæ non solum jam in christianorum, verum etiam in paganorum et maxime Normannorum vulgata sunt populo, licet incompto atque inerudito, tamen veraci sermone conscriptionis stilo 15 placuit tradere, et tam præsentibus quam futuris populis quæ veraciter gesta sunt, relegenda relinquere.

2 (2). Igitur anno incarnationis Domini nostri Jesu Christi DCCCXLV, regis autem præcellentissimi Karoli sexto, cum regnum Francorum post obitum Ludovici imperatoris varias 20 divisum esset in partes, et cum peccata populi crescerent ac multiplicarentur in terra, et sanguis sanguinem tangeret, clamorque pauperum ac viduarum, orphanorumque atque pupillorum, qui injuste et absque misericordia ab iniquis seu perversis hominibus, seque potentioribus, sive qui eos defendere 25 debebant, opprimebantur, ad cœlos usque conscenderet, et ad aures nostri conditoris atque redemptoris veniret, qui per prophetam suum loquitur, dicens : Qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei; universusque religiosorum ordo jam penitus in Ecclesia confunderetur, atque a bonitatis et sanctitatis 30 studio permutaretur, regum videlicet, episcoporum, monachorum, canonicorum seu laicorum, omnesque prope a justitiæ via æquitatisque tramite exorbitarent, et per abrupta [2]

[1] *ita corr. pro verbo abraso.* — [2] *cod.* arrupta.

(1) Aimoin. lib. I, prolog. pars posterior (*Act. SS.*, tom. VI Maii, p. 797 c). — (2) Ibid., num. 1, phrasis prima (p. 797 d).

carnalium desideriorum præcipites et absque jugo Christi incederent, innumeraque peccatorum genera, si dici fas est, christiano redundarent in populo, cum opera christianitatis pietatisque deessent, paucique ex tanta populi multitudine
5 afforent qui ad pium ac misericordem Deum, neminem volentem perire, saltem post perpetrata tot tantaque reverti cuperent mala, atque ut dignum erat ex reatus sui peccamine veram agere pœnitudinem, Deo permittente flagitiisque exigentibus actum est nostris, ut exteræ nationes e propriis
10 egrederentur sedibus, suamque qua nati et educati fuerant, relinquerent patriam, videlicet gens Danorum, id est copiosus exercitus Normannorum, superbo tumentique corde, cum valido navium apparatu, christianorum fines contingerent atque intrarent : quod retroactis temporibus, quando mise-
15 ricors Deus illius præcepta servante suo fuit cum populo, nequaquam factum audivimus sed neque relegimus. Cognovimus etiam Israeliticum populum propter peccata sua crebrius afflictum atque in Babyloniam vel Ægyptum, longissimas a suis finibus regiones, ductum, in manusque
20 inimicorum suorum sæpius traditum [1], sed tamen a pio ac clementissimo Deo ad ipsum in tribulatione clamantem non omnimodis derelictum. Nos autem quoniam Deum offensum habuimus et ejus jura atque præcepta servare contempsimus, excitavit idem velut pius pater quorumdam corda gentilium,
25 supradictorum scilicet Normannorum, ut nos pro innumerabili delictorum nostrorum pondere, ad correptionem atque emendationem nostram affligerent, et non ad perpetuam, si ad illum toto corde reverti volumus, condemnationem.

3 (1). Illi autem e finibus suis cum magna egressi super-
30 bia, cœperunt prædando per diversas insulas discurrere maris, quousque fluvium Sequanæ ingrederentur. Ubi non invento populo, ut antiquitus moris erat, qui eis bellando resisteret, deos suos invocantes atque laudantes, christianorum vero Deum blasphemantes, hinc inde e navibus exeuntes, multa

[1] *denuo hic adscripta est in margine vox* cognovimus.

(1) Aimoin. num. 1, phrasis secunda.

innumeraque ob ingentia iniquitatum nostrarum facinora in populo christiano peregerunt mala, donec Rodomis [1] venirent, diuque optato fruerentur portu. Ibique similiter non reperto exercitu qui contra eos bella committeret, haud modice lætati sunt. Tunc cum magna lætitia et exultatione cordis 5 ipsam civitatem ceperunt, et fecerunt in ea quæcumque voluerunt. Sed quia hoc permissu Dei ita factum est, nostris debemus imputare peccatis. Quod omnino agi nequisset, nisi coram Deo graviter offensi fuissemus. Omnes enim principes bellatorum qui ipsam incolebant terram (quod absque ingenti 10 gemitu ac contritione cordis effari nequimus), magis se ad fugiendum quam resistendum, nimia perculsi formidine, præparabant. Nec mirum si populus erga Deum peccans operaque christianitatis non servans, ante suos fugere compulsus est hostes. Tamdiu enim quis inimicis christiani vale- 15 bit resistere nominis, quamdiu cœlorum rex atque terrarum ejus mentis ac corporis inhabitator extiterit. Ipse [2] namque in quodam sacri Evangelii loco ait : Sine me nihil potestis facere. Sed quoniam ejus monita servare contempsit, ante suos hostes stare non potuit. 20

4 (1). Prædicti etiam Normanni diu in eadem civitate morantes, christianum populum ad bellandum pigrum atque inertem fore putantes, e propriis navibus exierunt, et longe lateque diffusi, nemine resistente, cœperunt utriusque sexus populum captivare ac trucidare, monasteria devastare, ecclesias seu 25 villas quas attingere poterant, depopulari sive concremare, pecora deprædari, et cum omni crudelitate in populo quondam Dei debacchari, suamque in eum ob enormitatem peccatorum exercere libidinem. Cumque cernerent quoniam pugnando nullus eis resisteret, sumpta audacia immensaque inflati 30 superbia, per alveum Sequanæ (quod post creationem mundi nec legimus nec audivimus fore patratum), plurimas strages, ut supradictum est, ex Dei populo circumquaque faciendo, Parisius pedetentim propinquare cœperunt.

[1] *Aimoin.* Rotomaco. — [2] *ita corr.; prius* ipsa.

(1) Aimoin. num. 1, phrasis tertia.

5. Nos vero, cum jam certi essemus, missis nostris sæpius nuntiantibus, quod nostras devenirent in partes, nullumque præter Deum ac beatissimum Germanum seu ceterorum sanctorum patrocinia qui nos nostrumque defenderet mona-
5 sterium haberemus, præsertim cum præcellentissimus rex Karolus non adesset, Ebroinus vero, antistes egregius piusque hujus monasterii pastor, in Aquitaniam ob impetrandam pacem, pro qua semper certare non cessat, directus esset, cœpimus cum ingenti suspirio intra nos cogitare
10 quidnam agere debuissemus. Consilium vero ab episcopo ad cujus diœcesim pertinemus, et a reliquis bonis hominibus vicinis nostris qui in eadem positi erant angustia, quærentes, dederunt nobis bonum, sicuti postea comperimus, valdeque salubre, ut, quemadmodum ipsi ex sanctorum corporibus
15 quæ penes se habebant et ex apparatu ecclesiarum Dei agerent, ita et nos ageremus, videlicet ut domni Germani, confessoris Christi, venerabile corpus effodissemus, et omnem ecclesiæ apparatum ex ipsa, non ad proprios usus (quod absit), sed ad salvandum abstulissemus: quod ita et fecimus.
20 Nam qua lingua effari valet quive facundus exprimere sermo, qualis tunc vel quantus in eadem ecclesia extitit luctus quantaque lamentatio, quando venerabile sepulcrum super beatissima almi Germani ossa ex auro gemmisque atque argento mirabiliter fabricatum destrui videbatur, altaria dissipari,
25 reliquusque ornatus ex ipsa ecclesia ad auferendum manibus contrectari. Flebant nempe senes et juvenes, flebant pueri et infantes, omnisque monachorum chorus sese a lacrimis temperare non poterant. Cumque metus Normannorum ingens fratres ipsius invaderet monasterii, putantes se ab ipsis
30 subito atque improvise, ut rumor erat populi, occupandos, professi sunt omnes, a minimo usque ad senem, se magis velle corporaliter mori, quam sanctissima ossa piosque cineres egregii confessoris Christi Germani ibi deserendo relinquere, et ab impia Normannorum gente deferri.
35 6. Tunc auxilio omnipotentis Dei meritisque beatissimi Germani confortati atque roborati, cœperunt viriliter humum quæ super sanctum sepulcrum ejus posita erat, effodere,

quatenus cito ad sanctissimi viri corpus pervenire valuissent. Factum est, Deo miserante opimisque meritis præsulis Christi suffragantibus, ut cum omni celeritate ad ipsum sacratissimum veniretur sepulcrum. Illud autem cum magno metu ac tremore aperientes atque tractantes, viderunt cuncti fratres hujus monasterii qui illic aderant, beatissimum atque sanctissimum corpus in eodem jacere sepulcro, quod, postquam ibi positum fuit, nullus hominum vidit neque unquam videre putavit. O quisnam talia cernens, licet lapideum pectus ferreaque viscera gerens, sese tunc in effusionem non erumperet lacrimarum? Postquam autem illic ab ingenti gemitu ac ploratione cessatum est, accessit custos ejusdem ecclesiae ad venerabile sepulcrum alterque frater ipsius monasterii, merito ut creditur sanctitatis ornatus, posueruntque beata membra cum omni diligentia et timore in sindone munda, ac pallio involuta atque in scrinio condita, miseruntque ea cum laudibus et hymnis super altare beati Stephani protomartyris, fratribus ejusdem monasterii instar coronæ altare cingentibus et tota mentis intentione laudes Christo Domino decantantibus.

Cereus extinctus meritis ejus reaccenditur (1).

7. Illud quoque miraculum quod ibidem per merita venerandi antistitis Germani cunctipotens Deus his qui aderant, est dignatus ostendere, si [1] silentio premeremus, credimus grande fore piaculum. Nam cum hinc inde cerei manibus puerorum tenerentur ardentes, casu accidit ut unus eorum quem [2] puer in dextera parte stans incauteque tenens, in terram rueret, totusque amisso proprio extingueretur lumine. Quem a solo ipse cum omni relevans velocitate, correptus a quodam fratre pro sua negligentia cur eum melius ac firmius non teneret, continuo isdem puerulus cum omni festinantia lumen ab altero mutuari cupiens, meritis domni Germani,

[1] *add. a corr.* — [2] *ita corr.*; *prius* quam.

(1) Aimoin. num. 2 (p. 798 a, b).

patris nostri, actum est, ut in manibus ejusdem pueri cereus illuminaretur extinctus et omnibus coram astantibus ardens ac rutilans appareret. Unde fratres ipsius monasterii gratias Deo innumeras referentes, et merita almi Germani, quæ tam
5 in cœlis quam in terris clara sunt, collaudantes, cœperunt magis in psalmodiis Deique laudibus esse intenti, et hoc quod factum fuerat, illis qui non viderant, instantissime prædicare. Tota autem die illa [1] ac nocte thesaurus ecclesiæ in navibus ponitur, in quas die crastina quidam fratres ipsius
10 monasterii ingredientes, quidam vero ad venerabile corpus summi pontificis Germani servandum atque custodiendum in monasterio remanentes, timore magno ac terrore concussi, a facie Normannorum per alveum Sequanæ tristes ac mœrentes fugere cœperunt.

15 **8** (1). Venerabile namque corpus beati præsulis Christi Germani quod in monasterio dimissum est, postea propriis humeris monachorum cum honore et reverentia ad ipsius sancti villam quæ dicitur Cumbis, delatum est; nec non et cetera sanctorum corpora qui in hac regione multo jacuerant
20 tempore, e propriis effossa sepulcris, propter metum supradictorum Normannorum alias sunt deportata, præter corpus beatissimi martyris Dionysii ceterorumque [2] sanctorum qui in eodem monasterio condigno quiescunt honore. Quæ licet ex propriis essent effossa sepulcris, tamen præceptione ac
25 jussione domni Karoli, gloriosissimi regis, ad alium inde non sunt permissa deportari locum. Heu, quanta lamentatio monachorum, quantus clericorum atque laicorum luctus, quanta mulierum ac virginum, quanta senum vel infantum tunc extitit deploratio, nullus effari valet, videntes sancto-
30 rum corpora quorum meritis semper defensi erant et auxilio, a suis egredi finibus et ad alia asportari loca.

De mirabili fratrum visione (2).

9. Illa namque visio quæ quibusdam fratribus hujus monasterii visa est nocte eadem qua beatissimum Germani

[1] *cod.* ille. — [2] que *add. a corr.*

(1) Aimoin. num. 1 extr. (p. 797 f - 798 a). — (2) Num. 3 (p. 798).

corpus effossum est, antequam aurora subsequentis appareret diei, ut nunc dicatur omissi non debet. Cumque ad fluvium Sequanæ pro quibusdam utilitatibus ipsa nocte quidam pergerent fratres, indeque ad monasterium remearent, apparuit eis tam immensus claritatis splendor super 5 eam partem ecclesiæ qua ejusdem sanctissimi viri corpus positum erat, ut eadem ecclesia igne cremari putaretur, claritatique æquaretur diei. Ipsi quoque cum intra se nimium mirarentur et eorum corda ex hujuscemodi visione stupefacta essent, venientes ad monasterium, sciscitati sunt si 10 aliquis fratrum cum lumine super ipsam ecclesiam fuisset. Nemine autem reperto qui super eam ipsa conscenderet nocte, cognoverunt visionem fore angelicam, divina virtute ac meritis almi Germani patratam, qui sua beatissima ossa piosque cineres non cessat crebrius invisere, cum quibus 15 jam certus est æternæ beatitudinis gloriam se cum sanctis omnibus in die tremendi examinis adepturum.

De alia visione (1).

10. Illud autem insigne miraculum quod ante biennium quo hæc acciderent, cuidam monacho ac religiosissimo hujus 20 monasterii viro, ætate moribusque grandævo, ostensum est, minime oportet sileri. Cujus exempla actusque eximii si sequantur, sectatoribus suis plurimum prodesse poterunt ad salutem. Vidit isdem quadam nocte positus in sopore [1] beatum Germanum quasi de suo egredientem sepulcro, 25 niveam canitiem præferentem, et expeditum, atque ad iter agendum quasi præparatum. Qui sciens beatissimum Deique famulum esse Germanum, interrogavit eum humili cum voce, si hinc discessurus esset. Cui ille respondit : *Scito me certissime ex hoc monasterio abiturum.* Quem rursus frater de 30 quo loquimur interrogans, ait : *Domine, si tu ex hoc loco migraveris, nos postea tantilli famuli tui quid faciemus?* Cui inquit : *Et vos ex isto migrabitis monasterio. Tu autem firmissime et*

[1] *cod.* soporem.

(1) Aimoin. num. 4.

absque ulla ambiguitate cognoscas, quoniam ego ad hunc tempore opportuno remeabo locum, vosque similiter remeabitis. Quam visionem postea veracissimam fore cognovimus, et in illo gloriosissimo viro Germano et in nobis exiguis famulis 5 suis veraciter, quam in somnis isdem frater venerabilis viderat, adimpletam. Nam beata ossa ipsius ex hoc sunt monasterio quin dubium asportata ac reportata, nosque ex ipso fugiendo exivimus et cito ad ipsum auxiliante Deo meritisque ejusdem sancti juvantibus cum gaudio tripudioque magno 10 reversi sumus. Ipse vero religiosus frater cui hæc quæ diximus revelata sunt, quibusdam fratribus qui adhuc supersunt narrando retulit, ipsique nobis quæ ab illo didicerant, postea veraciter narraverunt.

Item de alia visione (1).

15 **11.** Aliud quoque miraculum quod cuidam fratri, Deo per omnia ut credimus caro, in eadem ecclesia revelante Christo patefactum est, silentio premere non debemus, quoniam cum prædicantur in populo miraculorum signa, magis magisque excitant ad amorem Dei corda torpentia, atque ad suffragia 20 sanctorum amplius ac crebrius deposcenda. Quidam autem, ut supradiximus, religiosus hujus monasterii frater, cum post completorium cursum more solito peracto sive decantato reliqui fratres ex ecclesia exeuntes festinarent ad requiem, fessaque corpora post laborem diei in suis le- 25 ctulis collocarent, sese ante sepulcrum beati Germani ad orandum projecit. Ibique cum diu cœlorum et totius mundi Dominum pro suis intento exoraret corde delictis, opemque atque intercessionem famuli Christi Germani ceterorumque sanctorum deposceret, quindecim diebus antequam ejus 30 aperiretur sepulcrum, cum jam fama populi nostras veniret ad aures quod infinitus exercitus Normannorum ad monasterium nostrum esset venturus, mirabilis sibi non dormienti sed vigilanti ostensa est visio. Nam ab oratione ex terra qua

(1) Aimoin. num. 5.

jacuerat, surgens, vidit sepulcrum confessoris Christi Germani, cum adhuc staret ut fabricatum erat, totum apertum, intusque tantæ claritatis lumen enitescere, ut corpus domni Germani, patroni nostri, in eodem cerneret jacere sepulcro, et omnia quæ in ipso erant, clara ac perspicua ipsius oculis 5 apparerent. Quod postea, sicut ipse viderat, omnes qui affuimus, factum aspeximus. Jam quippe suo famulo pius Dominus sanctusque Germanus volebat ostendere, quod post paucissimos dies peccatis nostris facientibus erat fiendum.

De bello Normannorum et Francorum (1). 10

12. Revertamur nunc opitulante Domino ad ordinem narrationis, a quo signa et miracula beati Germani narrantes paululum discesseramus. Supradicti igitur Normanni ita agendo ut memoratum est, et ab intentione prava quam mente conceperant, non cessando, ad Karoli vennam usque 15 perveniunt. Contra quos præcellentissimus rex Karolus adveniens, jussit ut omnis exercitus regni sui ad bellandum eductus illuc conflueret. Multus quidem et innumerabilis populus venit, sed non totus ut jusserat, affuit. Tunc præcepit ut una pars populi adversum eam partem in qua 20 monasterium Dionysii, incliti martyris, situm erat, ad dimicandum secum remaneret, et altera pars quæ residua erat, ad alteram dimicandi gratia pergeret. Sed non omnes quibus jussum fuerat, abierunt, non plenam, ut putamus seu credimus, circa eum fidem servantes. Cumque hinc inde quasi 25 ad pugnandum infinitus staret exercitus, ipsi impiissimi ac crudelissimi Normanni, blasphematores Dei, ad opprobrium et derisionem regis principumque ejus seu omnium christianorum illic adstantium, centum et XI (2) captivos coram eorum oculis suspenderunt. Et quosdam per domos et plateas tru- 30 cidaverunt, quosdam arboribus suspenderunt, nullo ex tanta multitudine resistente. Quadam namque die ad eam ripam

(1) Aimoin. num. 1 med. (p. 797 e). — (2) Hunc numerum ad " plus minus undecim " contraxit Aimoinus.

fluminis navigium declinantes qua Karolus, præcellentissimus rex, non erat, quidam eorum e navibus exeuntes, contra copiosum exercitum, sed non omnem ad pugnandum voluntarium, ire cœperunt. Videns enim hoc christianus
5 populus, galeatus ac loricatus, scutorum ac lancearum munimine tectus, alii per juga montium, alii per concava vallium, quidam per planitiem camporum, quidam vero per opaca silvarum, ante nudos ac pene inermes atque paucissimos homines (quod sine ingenti effusione lacrimarum dicere
10 nequimus), Domino eum pro peccatis suis deserente, in fugam versus est. Karolus namque, nobilissimus rex, cernens quod gestum erat, qui pro defensione sanctæ Dei Ecclesiæ mori paratus erat, tristis et mœrens ac delicata pectora tundens, recessit.

15 **De incendio ab ecclesia sancti Germani meritis ejus repulso** (1).

13. His ita gestis, cellam fratrum quæ contra præfatam vennam posita erat, cum valido impetu intraverunt. Sed illud miraculum quod ibi per merita sancti Germani Deus
20 est dignatus patrare, optimum fore putavimus si narretur. Nam in eamdem cellam cum magna ingredientes superbia, ignemque ecclesiæ sancti Petri, principis apostolorum, almique Germani ter quaterque supponere nitentes, cum deficerent, easque incendere non valerent, ipsas ecclesias
25 claustraque ejusdem cellulæ dimittentes, horreum quod ibi fuerat [1], cremaverunt. Ex quo tantus est flammarum globus egressus, ut quasdam arbores quæ ultra jam dictam cellulam erant, incenderet; easque ecclesias meritis sancti Petri atque beati Germani pontificis isdem ignis non ausus con-
30 tingere, intactas ut erant, per omnia dereliquit. Cumque ventus australis validissime flaret, totumque fere incendium super præfatam cellam projiceret, illico ventus septentriona-

[1] *cod.* fuera.

(1) Aimoin. num. 6 (p. 798).

lis fortiter flando surrexit, et omne incendium in alteram partem reflexit. Mirabilis Deus, qui tale ac tantum per famulum suum Germanum egit miraculum.

De paganis in ecclesia sancti Germani pereuntibus (1).

14. Ipsi quoque increduli atque superbissimi Normannorum populi, sese victores superioresque fore conspicientes, suaque virtute ac potentia arbitrantes subito christianorum obtinere regnum, cursu præpropero sabbato sancto paschalis solemnitatis Parisius venerunt, et ipsa quidem nocte siluerunt. Mane autem facto cum jam sol lucifluos emitteret radios et propria totum illustraret lampade mundum, e navibus cum magno impetu proruperunt, civitatemque Parisius ob metum eorum vacuam et absque habitatoribus repertam ceperunt, monasterium almi Germani intraverunt, atque Dei fanum reliquumque apparatum ecclesiæ qui ibi remanserat, in quantum pro peccatis a Deo permissum est nostris, profanis ac pollutis manibus destruere cœperunt. Sed illa mira et stupenda non debent reticeri miracula, quæ tunc ibidem totius mundi creator per merita Germani, gloriosissimi pontificis, ad laudem sui nominis est dignatus ostendere. Nam cum trabem ipsius ecclesiæ perfidus atque miserrimus incideret populus, tres viri ex eorum numero deorsum ruentes et ante altare beati Stephani protomartyris invalidi confractique jacentes atque incredulas ac Deo odibiles animas exhalantes, perpetuas descenderunt ad umbras, ubi vermis eorum non morietur et ignis non extinguetur. Quod miraculum ope atque intercessione almi Germani mirabiliter gestum, quoniam non interfuimus, ignorabamus. Postea autem a fidelibus missis Loduwici [1], regis Bewariorum, quos ad regem Normannorum, Horich nomine, legationis causa direxerat, et qui sibi ea quæ diximus fideliter narraverunt, ita ut effamur, actum esse cognovimus. Ipsi enim ea quæ Loduwico

[1] *ita corr.; prius* Luduwici. *Similiter paulo inferius.*

(1) Aimoin. num. 7.

retulerunt, ne forte [1] frivole atque mendose videantur esse conficta, ab ipsis audierunt qui tunc quando hæc gesta sunt in ipsa ecclesia fuerunt.

De pagano in ecclesia sancti Germani divinitus castigato (1).

5 **15.** Illud autem summum et admirabile cunctisque stupendum quod tunc temporis in eadem ecclesia factum est miraculum, et quod postea per Cobbonem, illustrem ducem, hominem Ludowici, Bewariorum regis, agnovimus, minime decet tegi silentio. Cumque Dei templum ab incredula sæpe- 10 dictorum Normannorum, in quantum illis a Deo culpis exigentibus permissum est nostris, depopularetur gente, et per ipsam ecclesiam huc illucque bacchando pleni mala discurrerent voluntate, accidit ut unus eorum nefandissimo et sceleratissimo ex numero ad pedes sancti confessoris Christi 15 Germani magna inflatus superbia deveniret, strictum gladium polluta gestans in manu, et columnam marmoream quæ ibidem orantibus ad dexteram stabat [2], tredecies toto adnisu corporis percussisset, ita continuo ipsius manus dextera meritis domni Germani, cujus columnam incidit, arefacta est 20 et extensa, ut post illum diem usque ad infelicem ex hac vita discessum semper immobilis et arida permaneret. Manubrium autem ferri unde jam dictam columnam crebrius cum tumore mentis ac corporis percussit, ita manui [3] ejus adhæsit, ut nemo unquam ex ipsa aliquo ingenio aut arte nisi cum cute 25 et carne avellere [4] potuisset. Licet enim beatus Germanus absens jam corpore foret, tamen spiritu præsens aderat, ipsumque Dei templum protegebat, quo per multa annorum curricula jacuerat, et [5] haud penitus derelictum habebat. Quis enim nunc illum in eodem loco quo corpore requiescit, 30 dubitet esse præsentem, quando ipsum nec corpore absens, virtutes in eo plurimas faciendo, oblivisci poterat?

[1] forte *add. a corr.* — [2] stabat *supra lin.* — [3] *ita corr.; prius* manu. — [4] *prius* avelli. — [5] et *add. a corr.*

(1) Aimoin. num. 8.

16. Nec mirum si talia ac tanta per illum cunctipotens Deus in vita sua et post mortem, sicut in ejus gestis habetur, est dignatus operari miracula, cum antequam ex matris utero nasceretur, ita dilectus gratusque extitit illi, ut virtutem non modicam per eumdem esset patrare dignatus. Multos 5 enim sanctorum variis diversisque legimus virtutum floribus adornatos: hunc autem omnibus bonis quæ aliis divise et per partes largiente summo opifice data sunt, mirabiliter novimus decoratum. Longum est enim ac difficile per singula virtutes ejus retexere plurimas, quas per ipsum et legimus 10 et audivimus auxiliante Deo peractas. Quod si quis stellas cœli et pluviarum guttas arenamque maris enumerare valet, potest ejus miraculorum cognoscere signa. Sed quia locus congruit et tempus dictat opportunum, placet ex eodem beatissimo viro hoc in loco paucis ludere versibus (1) : 15

Hic fuit egregia genitus de stirpe parentum,
    Qui quondam terris, nunc super astra nitet.
Optat enim fragili si quis dum carne manebat
    Nosse fuit qualis, hic sua gesta legat.
Nam cœlos postquam conscendit, quanta per ipsum 20
    Gesserit Omnipotens, promere lingua nequit.
Linquitur hoc illi, bibulas qui solus arenas
    Ac pelagi guttas dinumerare valet.
Hortor enim cunctos maculat quos actio vitæ,
    Ejus opem precibus poscere sæpe suis. 25
Debilis ad cujus venit si turba sepulcrum,
    Inde means rediit sana, favente Deo.

17. Nobis autem hæc virtus postquam facta fuit, per quadriennium et eo amplius mansit incognita. Et quis nostrum eam scire poterat, præsertim cum nullus e nobis quando 30 divinitus gesta fuit, præsens esse potuit? Præfatus autem Obbo [1], venerabilis dux virque christianissimus, cœlesti tactus amore, causa orationis ac liberationis animæ suæ perrexit per diversa sanctorum loca, cupiens Turonis adire civitatem

[1] *sic; corr.* Cobbo.

(1) Hos versus Aimoinus transtulit ad finem sui libri primi (p. 801).

ibique suffragia sancti ac beatissimi deposcere Martini. Cum autem cœptum perageret iter, accidit ut ad nos usque nostrumque veniret monasterium. Qui tamdiu ante sepulcrum venerandi pontificis Germani solo recubans jacuit, ut inde 5 madefactus guttulis surgeret lacrimarum. Is cum magnæ humilitatis reverentia seu cum gemitu ac lacrimis fratribus hujus monasterii qui præsentes aderant, cœpit referre quanta et qualia Deus in perfido Normannorum populo dignatus fuisset per beatum Germanum ostentare miraculorum signa. 10 Qui inter cetera retulit illis hoc miraculum quod modo auribus vestris legitur, et qui ipsum hominem coram præsentia Horich, Normannorum regis, adstare vidit, cujus manus meritis almi Germani immobilis et arida permanebat. Ex cujus ore et istud et alia[1] quæ tunc temporis in ipsa ecclesia 15 facta sunt miracula, licet sacrilego, tamen veraci relatione cognovit. Qui tamdiu nimia vexatione corporis cruciatus est, donec miserrimam exhalaret vitam, descendens plenus indignationis et iræ, manibus dæmoniorum subvectus, ad tartareas sedes averni fœtidumque lacum cocyti. *Ducite me,* inquit, 20 *ad sedes beatissimi præsulis Germani, ubi illa magna est fenestra, ostendamque vobis in ipsa columna quam nescio si unquam viderim, omnem rei veritatem quam vobis referens narro.* Qui confestim ad locum quo jusserat properantes, post completam orationem invenerunt in ipsa columna tredecim 25 plagas incisionum quas homo perfidus et absque jugo Christi incidens ausus est facere.

18. Tunc ipse Cobbo et omnes qui viderant, admirati sunt, sermonibusque ejus veracissimis et absque aliqua fictione seu mendacio compositis, gratias agentes [ei][2] qui talia per 30 beatum Germanum dignatus est agere, crediderunt. Permanentque ipsæ plagæ percussionum in eadem columna fidis et infidis, credulis incredulisque in testimonium usque in hodiernum diem. Nos autem serviamus Domino Deo nostro totis viscerum præcordiis sanctoque Germano, quoniam, si 35 fecerimus, impetrabit apud æternæ gloriæ regem post mor-

[1] *cod.* alias. — [2] *om. cod.; supplevimus ex conjectura.*

tem carnis et post modicum corruptibilis vitæ tempus nos æternaliter vivere. Insuper, quod nobis valde necesse est, si cupimus ad tantæ gloriæ fastigium feliciter attingere, habeamus inter nos pacis caritatisque concordiam. Quia si ea in nobis (quod absit) defuerit, hujuscemodi beatitudinis gloriam adire nequibimus. Concedat nobis opifex totius mundi per merita et intercessionem domni Germani et hanc perfecte dum vivimus et post mortem habere caritatem, reliquasque virtutes quæ ex hoc materno fonte descendunt, ut recto mereamur tramite ad illa invisibilia æternaque bona feliciter pervenire.

19 (1). Aliud quoque quod tunc in eodem Dei templo factum est, operæ pretium fore credimus si narretur miraculum. Nam cum ipsum Dei fanum ab impiissima et crudelissima violaretur gente, tanta subito nebulæ est densitate repletum, tantoque sunt divinitus violatores ejusdem ecclesiæ terrore concussi, ut vix ostia vel fores per quas intraverant, invenire valuissent. Sicque factum est ut post illum diem in ipsam ecclesiam ingredi non auderent, neque sanctissimum templum Deoque dicatum profanis atque pollutis contingere manibus. Sed illud cum metu ac tremore nimio relinquentes, ab eodem Dei templo flagellati atque percussi quantocius recesserunt. Quorum corda ab illo die et deinceps ita sunt meritis et intercessione domni Germani valido pervasa timore, et ita dysenteria vel variis morborum afflicti generibus, ut quidam eorum quotidie morerentur, nullusque ex tanta populi multitudine infinitoque exercitu sese putaret evadere posse.

20 (2). Factumque est ibi grande miraculum. Nam cum quotidie plurima eorum pars moreretur atque deficeret, nullus christianorum quos penes se habebant, moriebatur. Cumque hujusmodi cœlitus essent percussi formidine et varia morborum peste corrupti, paucis diebus in jam dicta civitate vel in eodem monasterio almi Germani morantes, legationis causa missos suos ad regem nobilissimum dirigunt Karolum, ut eos cum pace et absque internecione sui

(1) Aimoin. num. 9 (p. 799). — (2) Num. 10.

ad propriam unde venerant, redire permitteret patriam. Nemo quippe mortalium hujusmodi timorem eorum cordibus inserere posset, quatenus a finibus christianorum tam cito discedere vellent, nisi merita almi Germani ceterorumque
5 sanctorum afforent, pro quorum amore atque injuria incredulorum corda tali ac tanto sunt concussa pavore. His ita gestis, Ragenarius, dux incredulorum, cunctique principes ejus gloriosissimum regem qui tunc in monasterio egregii martyris Dionysii morabatur, adeunt Karolum, per deos
10 suos et per ea in quibus maxime se protegi ac salvari putabant, testantes ut, si eos illæsos abire permitteret, nequaquam ulterius fines ipsius regni contingerent neque intrarent. Ipsisque a præcellentissimo Karolo rege cum pace dimissis, pro evasione sui gaudentes atque lætabundi itinere
15 quo venerant, redierunt.

21. Illis autem e finibus christianorum ita recedentibus, fratribus monasterii almi Germani continuo nuntiatur, qui tunc in fluvio Jonæ contra Acmantum [1], præfati monasterii villam, exules ac peregrini propriis exigentibus morabantur
20 culpis, quod Normanni quorum metu e suo egressi fuerant monasterio, a nobilissimo rege Karolo pace impetrata, suas unde digressi fuerant, reverterentur ad sedes. Tunc jam dicti monasterii fratres gratias omnipotenti Deo retulerunt, summique pontificis Germani merita laudaverunt, cujus ope
25 suffragioque actum est ut tam cito ad propria permitterentur [2] repedare loca, et cujus talis ac tanta erga suos famulos extitit pietas, ut non esset passus diu eos a propriis exulari sedibus, videlicet anno uno aut duobus mensibus, sed ad monasterium unde ejecti fuerant cum pace omnique prospe-
30 ritate ac thesauro salvo ecclesiæ quem secum habebant, intra breve temporis spatium fecisset reverti, quamquam non modica latrocinantium turba esset sæpius conglobata, quæ jam dictum ecclesiæ beati Germani thesaurum et omnia quæ secum habebant, vellet auferre atque diripere; sed
35 nutu Dei meritisque ejusdem sancti ita consilium ejus

[1] *ita, ut videtur; forte* Acmantium. — [2] *duæ priores syllabæ* (permit) *suppletæ a corr., aliis abrasis.*

fatuum [1] imprudensque dissipatum est, ut quod pravo conceperat corde, perficere penitus non valeret. Ingressi quoque monasterium, invenerunt illud ab incredula paganorum gente magna ex parte destructum. Sed Deo favente tanta ibidem reperta est copia vini (quod nullatenus credi poterat), 5 ut usque ad novum, omnibus ejusdem monasterii fratribus ex ipso quotidie reficientibus sufficere quivisset. Quis unquam mortalium crederet quod post infidelium populorum abscessum ibi aliquid debuisset residere vini? Cumque ex eo quotidie biberent, eorumque corpora more solito refi- 10 cerentur, cunctipotenti Deo non modicas gratias rependebant, atque veneranda piissimi patris Germani præconia collaudabant, cujus intercessione actum est pia, ut in ipso monasterio ab impiissimo populo diu possesso hujusmodi abundantia remaneret vini. 15

22 (1). Illud autem quod in eadem ecclesia gestum est, postquam plurima pars fratrum ab exulatu ac peregrinatione ad monasterium reversa est, silentio premere non debemus. Quadam namque nocte cum custodes ipsius ecclesiæ dormirent, antequam signum pulsaretur, fratresque ad referendas 20 Deo laudes more solito excitarentur, auditur a custodibus ejusdem ecclesiæ ante altare beati Stephani strepitus dæmoniorum ingens, putantes ibidem latronum versari insidias. Qui confestim e lectulis suis surgentes, et ad eum quo sonitus audiebatur locum properantes, huc illucque aspicientes, cum 25 neminem reperissent, intellexerunt fraudem fallaciamque dæmoniorum esse, qui propterea quod ipsum Dei templum a gentibus Christum non cognoscentibus pollutum fuerat, locum intrandi in illud habuerunt. Sed postquam pia membra summi antistitis Germani ad eamdem sunt relata eccle- 30 siam et in suo reposita loco, precibus ac meritis ipsius sancti obtinentibus, hujusmodi strepitus non est in ipsa ecclesia spirituum immundorum auditus.

23 (2). Nunc etiam ea miraculorum signa auxiliante Domino

[1] *add. a corr.*

(1) Aimoin. num. 11 (p. 799). — (2) Num. 14 (p. 800).

suffragiisque patroni nostri Germani juvantibus, quæ in Cumbis villa, quo venerabile atque sanctissimum ejus corpus delatum est, divinitus gesta sunt, piis conatibus narrare aggredimur. Cujus præclara miracula quo magis narrantur, 5 eo amplius juvat a piæ narrationis non discedere tramite. Igitur cum quidam puer, Dagoenus nomine, ex familia ejusdem monasterii, surdus et mutus omniumque membrorum officio destitutus ex ea infirmitate quam græci paralysin dicunt, ad præfatam villam ubi beatissimum Germani corpus 10 positum erat, manibus parentum cum fide non modica deportatus esset, ita est subito meritis ipsius gloriosissimi pontificis totus pristinæ redditus sanitati, ut loqueretur pariter et audiret. Et qui ad sanctissima opimi confessoris membra aliorum manibus devectus fuerat, ovans ac lætabundus 15 proprius cœpit ire vestigiis. Isque a terra qua jacebat, incolumis surgens cum celsa voce atque alacritate cordis illis qui aderant, aiebat : *Ecce adest beatus Germanus, per quem me totum ab omni corporis incommoditate agnosco curatum.* Sed et tellus quam diu debiles non presserant gressus, est stupefacta 20 ab invalidis quondam tam subito contingi [1] plantis. Quam mirabilis Deus in sanctis suis, qui per famuli sui Germani merita hujuscemodi fecit miraculum.

24 (1). Sed et illud quod in eadem villa ad laudem et gloriam nominis sui per eumdem præclarum Germanum, 25 Parisiacæ urbis antistitem, divina dignata est ostendere virtus, ad ædificationem audientium seu legentium multum proficere credimus, si conscriptionis stilo tradatur. Duæ namque mulieres in jam dicta villa erant longo jam tempore fatigatæ a febribus, quibus nulla medicorum ars subvenire 30 poterat ut ab eadem liberarentur incommoditate. Ex qua febrium violentia ita fessæ extiterant, ut vix jam pedibus incedere valerent. Quæ cum fide recta ad ecclesiam pergentes qua sanctissima domni Germani membra posita erant, petierunt a custodibus ut saltem sub tanti pontificis venerabile

[1] *ultima* i *suppleta a corr.; aliis litteris abrasis.*

(1) Aimoin. num. 15.

corpus eis transitus præberetur. Quæ cum licentiam transeundi ab ipsis accepissent, ita extemplo ab eadem sunt infirmitate curatæ, ut nullam ulterius [1] molestiam neque læsionem corporis paterentur. Sed et febris quæ antea solita erat ipsarum corpora graviter fatigare, sic meritis et intercessione almi Germani pulsa recessit ab eis, quatenus ipsa deinceps contingere non auderet. O beate Germane, quam gloriosus inter hymnidicos angelorum choros fulges in cœlis, qui tanta beneficiorum munera languentibus præstas in terris.

25 (1). Aliud quoque insigne miraculum quod omnipotens Deus per eumdem famulum suum, beatissimum Germanum, quando ex Cumbis villa ejus venerabile corpus ad monasterium unde delatum fuerat, referebatur, est agere dignatus, manifestare ac prædicare placet in populis. Nam cum ex præfata villa tanti præsulis Christi Germani beatissima membra ad monasterium a monachis eum hymnis et laudibus deportarentur, contigit ut cereus qui ante ejus corpus ardens lucensque deferebatur, flante validissimo vento in laterna qua positus erat, extingueretur. Cumque cum equo velocissime quis ad villam pro lumine ire voluisset, in ipsa laterna qua extinctus manebat, cœlitus est actum ut omnibus qui aderant, tamquam si extinctus non esset, rutilans appareret. Liquido patet quod idcirco eum Dominus extingui permisit, ut merita domni Germani in cerei illuminatione clarescerent. Tunc in eodem loco a fidelibus populis crux lignea ponitur, ut illud miraculum quod ibi gestum est, a futuris populis non ignoretur. Omnes enim qui aderant, videntes quod factum erat, Christum Dei Filium laudaverunt, qui meritis famuli sui Germani tale peregit miraculum.

26 (2). Factum est autem ut ipsum Dei famuli Germani sanctissimum corpus deferendo cum magnificentia et honore, ad Teodaxum, ejusdem sancti villam, perveniretur. Cumque jam eidem cum ipso sancto propinquaretur corpore, venerunt

[1] *cod.* alterius.

(1) Aimoin. num. 16. — (2) Num. 17, pars prior.

ei obviam custodes ecclesiæ ipsius ac plurima pars fratrum et reliquus populus omnis quibus posse fuit, albis induti vestibus. Susceperuntque illud cum gloria Deique laudibus, atque ante ipsum usque ad fluvium qui dicitur Biber, psal-
5 lendo ierunt. Ipso autem fluvio beatissimo cum corpore transito, ostensa est ibi virtus divina, superiori scilicet per omnia similis, quam loquendo non promere arbitramur fore peccatum. Quidam quoque cum ardentem cereum ante sanctissima illius deferret ossa, volens pius Dominus eodem in loco quem-
10 admodum et in aliis meritum sanctitatis domni ostendere Germani, accidit ut extingueretur. Ex qua cerei extinctione is qui eum gestabat manibus, valde est tristis effectus. Sed omnipotentis Dei gratia quæ corda mœrentium semper consolari solet, etiam illi non defuit, cereumque qui extinctus
15 fuerat, meritis præcipui confessoris Christi Germani illuminavit. Unde cuncti qui illic aderant, omnipotentem Dominum laudaverunt; gloriosissimi meriti apud eum esse Germanum, universi populi testati sunt.

27 (1). Venerabilis vero Ebroinus, divina largiente gratia
20 pontifex summus, verusque hujus monasterii pastor, illuc ubi prædictum dignatus est rex cœlorum monstrare miraculum, obviam ei venit, omnesque hujus monasterii fratres albis induti vestibus, infinitusque exercitus clericorum sive laicorum cum eo, cum capsis evangeliorum crucibusque ac
25 cereis seu cum reliquo apparatu ecclesiæ. Qui ad terram sese projicientes gaudioque præ nimio flentes, exceperunt illud beatissimum corpus cum honore magno et reverentia, cum laudibus et hymnis, cœperuntque ante illud ire psallendo. Præfatus quippe Ebroinus, antistes egregius, et quidam
30 seniores hujus monasterii fratres, quorum vita actusque imitandi sunt, sanctissimum Dei famuli [1] Germani corpus propriis humeris gestaverunt. Cumque ad portam monasterii ventum esset, cœperunt fratres magna cum voce hymnum Te Deum laudamus, ante ipsius pontificis summi corpus decan-

[1] *cod.* famulum.

(1) Aimoin. num. 17, pars posterior.

tare. Posueruntque illud super altare sancti Stephani protomartyris, ubi tamdiu mansit, donec translationis ejus festa, quæ octavo Kalendas Augustas celebratur, adveniret. Cumque optata dies adesset ut suo restitui deberetur sepulcro, accessit memoratus Ebroinus, pontifex summus meritoque sanctitatis ornatus, ad altare beati Stephani, quo sanctum ejus corpus positum erat, suscepitque illud ex eo cum quibusdam fratribus Deum timentibus, et collocavit eum cum metu ac tremore, cum laudibus et hymnis in suo sarcophago quo prius jacuerat [1], laudantes ac benedicentes Dominum. Tunc jam dictus venerabilis pontifex dedit quasdam res partibus ipsius sancti ad luminaria ejus augenda, quatenus ipse pro eo pius apud Dominum intercessor existeret.

28. Aliam quoque visionem quæ [2] post relationem corporis ipsius sancti aliquibus hujus monasterii fratribus revelante Deo patefacta est, silentio premere non oportet. Nam quadam nocte viderunt super ecclesiam domni patroni nostri Germani per tres vices tantæ claritatis splendorem, ut tota ab ipsis arbitraretur incendi, cum nihil læsionis ignium sustineret. Quid enim in hoc facto aliud perpendere debemus, nisi divinam atque angelicam fuisse visitationem, quam ob merita ejusdem devotissimi famuli sui clementissimus Deus est dignatus ostendere? Sed et hoc credendum [3] est : quoniam beatus Germanus suum valde diligit corpus, cum quo sempiternæ felicitatis præmia certus est obtinere, idcirco tam occulte quam manifeste eumdem locum quo ejus felicia membra quiescunt, invisere sæpius non desistit. Agamus grates Domino Deo nostro [4] innumeras, qui tanta in terris propter jam dicti famuli sui merita dignatur monstrare miracula.

29 (1). Nec illam visionem silendo præterire debemus, quæ cuidam istius monasterii fratri quadam nocte per visum revelata est. Nam cum positus esset in sopore, vidit beatum Germanum ante altare sancti Stephani protomartyris stantem,

[1] *ita corr.; prius* jacuerant? — [2] *ita corr.; prius* qui. — [3] *cod.* credendus. — [4] *ita corr.; prius* nostra.

(1) Aimoin. num. 18.

galeatum ac loricatum, et quasi ex campo certaminis veniens nimium fessum. Aspexitque cunctos hujus monasterii fratres in dextera parte consistere chori, indutos candidissimis vestimentis. Qui in sedili quod ibi bene præparatum erat ad seden-
5 dum, ut isdem frater viderat, residens, vocavit eos ad se, jussitque ut ad deponendum ea quæ portabat, juvarent. Qui cum propius accessissent, interrogavit eos, dicens: *Ubi sunt Normanni qui meum corpus effodi fecerunt, istudque monasterium destruxerunt?* Qui respondentes dixerunt: *Domine pater,*
10 *recesserunt de loco isto. Bene,* inquit. Jam in hac visione præfigurabatur quod postea veraciter factum esse cognovimus. Nam ultus est ex inimicis suis, qui ob injuriam sui ejus beatissima membra effodi fecerunt, monasterium destruxerunt, famulos sibi servientes inde ejecerunt: et nunc (Deo gratias)
15 felici potitus victoria, in suo ut antea requiescit sepulcro.

30 (1). Vertamus nunc juvante Domino, nostræ conscriptionis stilum ad ea narranda qualiter supradicti Normanni, blasphematores Dei, ex hac vita defecerunt. Ab eo enim die quo monasterium almi Germani ingressi sunt, donec cuncti
20 pœnaliter interirent, ita sunt, sicut jam diximus, dysenteria turgentique inflatione percussi, ut maxima eorum pars quotidie moreretur. Ipsi enim qui ad propriam pervenerunt patriam, præter illos quos rex eorum, Horich nomine, postea jussit occidi, eodem quo et ceteri morbo sunt inte-
25 rempti. Cumque ad proprium devenirent solum, venit Ragenarius dux, auctorque totius mali[1] quod in christiano diximus populo factum, ante præfatum Normannorum regem cum ingenti superbia, ostenditque ei aurum argentumque multum, quod ex christianorum asportaverat terra, et dixit ei
30 quod civitatem Parisius captam habuisset, monasteriumque Germani, quod in eadem terra magnificentissimum est, intrasset, omneque regnum Karoli regis sibi subjugatum haberet. Rex autem talia narranti non credens[2], jussit ei jam dictus Ragenarius trabem ex monasterio domni Ger-

[1] *littera* a *suppleta a corr., alia abrasa.* — [2] *corr.* cum non crederet.

(1) Aimoin. num. 13 init. et num. 12.

mani et seram portæ Parisiacæ urbis in testimonium afferri. Inter cetera retulit ei narrando quam bonam quamque fertilem ac omnibus repletam copiis invenisset terram, et quod nullam ei similem unquam reperisset, sed populum ipsam incolentem, plus omnibus aliis ad dimicandum trementem 5 ac pavidum. Referebatque ei dicens quod in christianorum terra qua fuerat, majorem haberent mortui virtutem quam viventes, nullumque ex tanta populi multitudine sibi resistentem invenisset, præter unum senem, Germanum nomine, cujus corpus e suo fecerat effodi sepulcro, quo per trecentos 10 eoque amplius jacuerat annos. Hæc quoque dum diceret, tremens ac pavens corruit in terram, ingentique cœpit voce clamare, Germanum coram se adsistere, et baculo quem manu gestabat, graviter flagellari [1]. Tunc rex universique principes ejus qui illic aderant, ex hoc quod acciderat, nimio 15 terrore percussi, mirati sunt. Isdem vero Ragenarius, blasphemator Dei omniumque sanctorum, qui tumido ac superbo corde ante regem venerat, humiliatus ac confusus atque a beatissimo Germano fortiter flagellatus, aliorum manibus est delatus ad propria. Qui maximis per tri- 20 duum tormentis afflictus atque cruciatus, præcepit unam statuam fieri auream, et per missum Ludowici regis Germano deferri, qui ibi præsens aderat, quando jam dictus blasphemus ab ipso sancto percussus est viro. Isque cum jurejurando spopondit se, si ex ipsa ejus intercessione 25 evadere mereretur infirmitate, christianum fore futurum, Deumque christianorum deinceps aliis omissis adoraturum, atque in eum firmiter crediturum. Sed quoniam non erat ex ovibus Christi neque prædestinatus ad vitam, idcirco quod petebat, obtinere non meruit. Nam ita extitit totus inflatus 30 ac turgidus, ut nec auditus nec visus nec odoratus, sed neque gustus in ejus corpore appareret. Cumque taliter esset a Deo suis pro meritis flagellatus, crepuit medius, diffusaque sunt omnia viscera ejus in terram. Sicque miserrimus vitam finivit. Illoque mortuo in suumque abeunte locum, eamdem 35

[1] *sic.*

auream statuam videntes alii quod mittenti non proficeret, a missis Ludowici regis receperunt.

31 (1). Ceteri vero qui remanserant, quotidie moriebantur. Et non solum ipsi, sed etiam quicumque eos tetigisset, 5 extemplo intestino morbo percussus deficiebat. Timens autem præfatus rex Normannorum ne et ipse quemadmodum et alii morte pessima interiret, jussit omnes qui residui erant, decollari, eorumque capita christiano populo tradi. Sicque factum est, Deo pro populo suo licet peccatore [1] 10 pugnante, beatoque Germano erga eos viriliter decertante, ut ex tanta populi multitudine qui christianorum fines intraverant, nullus remaneret præter quatuor qui fuga lapsi sunt, quos nec postea mortis exitium credimus evasisse. Præfatus autem rex Normannorum jussit cunctos captivos 15 qui christianitatis vocabulo censebantur, in regno suo perquiri, eosque cum reverentia et honore in suam unde captivati fuerant patriam absque alicujus contradictione reverti. Ecce, victoriam quam populus pro peccatis suis ex inimicis christianorum habere non valuit, beatus Germanus, Pari- 20 siacæ urbis pontifex summus, solus apud Deum obtinere promeruit. Gratias agamus Domino Deo nostro, qui per eumdem devotissimum famulum suum hujuscemodi fecit victoriam, cui sit honor et potestas, decus et imperium per infinita secula seculorum. Amen.

25 **32** (2). His ita ut effati sumus veraciter gestis, libet modo ea miraculorum ovando [2] subnectere signa, quæ postea cœli ac terræ Dominus per beati pontificis Germani merita gloriosa ad laudem et gloriam sui nominis in ipsa ecclesia qua ejus beatissima membra debito quiescunt honore, est digna- 30 tus pandere luce clarius. Quæ si narrentur et per populos, ita ut gesta sunt, prædicentur, credimus quorumdam corda inertium ad amorem Dei et ad quærenda supernæ felicitatis præmia, torpore depulso ignaviæ, fortiter excitanda.

[1] tore *suppletum a corr.* — [2] *prius* quando ?

(1) Aimoin. num. 13. — (2) Lib. II, prolog. (p. 801).

33 (1). Fuit quædam mulier in pago Oxeminsæ orta atque educata, Ermentrudis nomine, quæ ita per novem annorum curricula extitit genibus contracta, ut posterior pars pedum ejus natibus jungeretur, et, nisi aliorum manibus esset devecta, nequaquam de loco ad locum propriis valeret incedere gressibus. Cumque eam Dominus per gloriosissimum Germanum, Parisiacæ urbis antistitem, curare voluisset, apparuit sibi in somnis mirabilis visio. Nam quadam nocte, cum gravi fuisset depressa sopore, vidit duas virgines speciosissimæ formæ atque incredibilis pulchritudinis coram se adsistere, veluti nobis ipsa postea narrando retulit; quæ ita sunt eam affatæ, dicentes : *Surge ex proprio quo debilis multo jam tempore decubas lectulo, atque te Parisius ad domni pontificis Germani sepulcrum jubeas deportari. A quo firmissime noscas ex propria corporis debilitate curandam.* Quæ a somno quo tenebatur oppressa evigilans, cœpit parentibus suis ac reliquis hominibus ea quæ viderat loquendo referre, ac per ordinem rei pandere veritatem. Illis autem non credentibus quod fieri unquam posset quatenus ab eadem mereretur infirmitate sanari, dicebant vana eam somniorum illusione deceptam et nullatenus deinceps ad pristinam fore sospitatem corporis remeandam. Alia quoque nocte eadem sibi visio in somnis apparuit, atque ab ipsis jubetur virginibus ut se cum omni celeritate ad domnum præcepisset deferri Germanum. Ipsa autem a somno exsurgens, propinquis suis quæ secundo viderat, indicavit. Illis autem ut prius ex sua relatione dubitantibus atque eam pro somniorum narratione graviter increpantibus, extitit nimium tristis effecta. Tertia vero nihilominus nocte eædem virgines pulcherrimæ formæ atque gloriosissimi aspectus sibi sunt præsentatæ, blandoque ac leni eam allocutæ sermone : *Confortare,* inquiunt, *et esto robusta; in proximo est ut a domno ac beatissimo cureris Germano.* Cumque ipsa expergefacta a somni oppressione fuisset, rursus quæ viderat, his qui aderant mœrendo referebat. Unus vero eorum, germanus ejus qui præ ceteris

(1) Aimoin. lib. II, num. 1.

carior ei fuerat, verbis illius fidem accommodans, imposuit eam cum omni velocitate super jumentum suum, atque ad beatissimi Germani monasterium cum fide non modica seu cum omni celeritate perduxit. Eadem quippe nocte qua ad sepulcrum domni Germani, patroni nostri, delata fuit, cum a fratribus ipsius monasterii more solito matutinorum solemnitas celebraretur, cœpit subito meritis ipsius sancti nodositas atque contractio nervorum ejus resolvi et in antiquum reverti officium. Quæ præ dolore corporis magnam vocem emittens, jussit sibi a quodam fratre ejusdem monasterii baculum qui juxta eam positus erat, celeriter dari. Quo accepto, surrexit a terra qua debilis atque contracta antea jacuerat, et per singula altaria ejusdem ecclesiæ lumen gestans in manibus ac gratias cunctipotenti Deo referens, proprius cœpit ire vestigiis. Hæc quoque mulier quam debilitas genuum longo cruciaverat tempore, per beatissimi Germani merita gloriosa, ita est reddita sanitati, ut suis diu desideratam mereretur tellurem contingere plantis.

34(1). Nec illud etiam transeunter præterire debemus miraculum quod ob supra memorati præsulis Christi Germani merita veneranda, in eadem ecclesia qua creberrime nonnullis sanitatum munera præstantur languentibus, opifex cœli terræque Dominus est dignatus ostendere. Nam quidam juvenis ex pago Bagasino, Hildemodus nomine, ita renibus contractus tribus continuo extitit annis, ut genuum ac tibiarum seu pedum pro ipsorum renium dolore privaretur officio. Qui nisi manibus fidelium huc illucque deportatus aut sustentatus esset, aliter incedere non valeret. Quadam namque nocte cum deditus esset sopori, veluti nobis ipse postea referendo narravit, vidit quemdam virum egregiæ formæ ac candidissimi vultus coram præsentia consistere sui, cujus pulchritudo non humana sed angelica putabatur. Quem debilem atque jam a recuperatione suæ sanitatis desperatum ita vir sanctus qui eidem in somnis apparuerat, consolando allocutus est, dicens : *Noli, fili mi, noli nimium ex tua corporis infirmitate*

(1) Aimoin. lib. II, num. 2 (p. 802).

tristari. Jam enim imminet tempus ut a Deo, summi pontificis Germani meritis et intercessione, cureris. Tu autem a somno evigilando consurgens, jube te cum omni fiducia ac celeritate ad sepulcrum præfati deferri antistitis, a quo sine mora et absque aliqua tarditate scito te pristinam sospitatem corporis 5 *recepturum.* Is autem a somno quo tenebatur oppressus exsurgens, et de superni muneris promissione non dubitans, poposcit se humili cum prece a fidelium populorum turbis Deum timentibus quantocius ad egregii confessoris Christi Germani ecclesiam deportari. Cumque ad eam delatus esset 10 et festivitas translationis ejusdem adveniret sancti, in ipsa vigilia sanctæ translationis, cum hora nona primum signum ad rependendas Deo gratias pulsaretur, ante jam dicti gloriosissimi Germani sepulcrum manibus fidelium sese devehi cum omni fidei et spei devotione præcepit. Ibique cum Deum 15 beatissimumque Germanum pro recuperatione suæ sospitatis ac propriis intenta exoraret mente delictis, antequam fratres ipsius monasterii nonam more solito decantatam haberent, a terra qua infirmus et debilis paulo ante jacuerat, coram oculis omnium fratrum illic adstantium ac laudes 20 Christo Domino decantantium, ita subito sanus atque incolumis surrexit, ut nullam molestiam corporis, Deo miserante ac meritis domni Germani juvantibus, ulterius pateretur. Tunc ipse ad cœlum manus extendens atque venerandum altare beati Stephani deosculans, gratias immensas retulit 25 Deo, qui eum meritis seu suffragio egregii Germani pontificis mirabiliter ab eadem qua diu detentus fuerat, infirmitate curavit. Et non solum ipse pro reddita sibi sanitate, sed etiam omnes qui viderunt et cognoverunt quod factum fuerat, gratias cunctipotenti Deo non modicas rependerunt, qui ob 30 famuli sui Germani merita recolenda tale peregit miraculum.

35. Aliud quoque quod ipsa die qua [1] et superius, id est vigilia translationis corporis almi Germani, Parisiacæ urbis venerandi antistitis, in ipso Dei templo omnium rerum creator, ad ostendenda ipsius sancti merita est operari dignatus mira- 35

[1] *cod.* qui.

culum, non decet ut inter cetera quæ ab ipso beatissimo gesta sunt viro, non numeretur miraculorum signa. Hydropici enim hujusmodi est natura [1], ut quo magis biberit, eo valentior semper sitis accrescat. Et avarus quanto magis nummorum
5 atque temporalium rerum augetur pecuniis, tanto magis eas ardentius atque avidius concupiscit, ut scriptum est: Avarus divitiis non impletur; et ut quidam veracissimus poetarum ait: Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit. Ita quo magis beati Germani, patroni nostri summique præsulis
10 Christi, veneranda recoluntur miracula, eo amplius cor narrantis, Domino favente ac meritis ipsius sancti suffragantibus, ad enarranda accenditur vel inflammatur.

36 (1). Fuit quidam puer (ut putabatur) duodennis, ex pago Aurelianensi atque ex familia beati Benedicti confessoris
15 Christi, Amalbertus nomine, ita contractus ab infantia renibus ac genibus, ut nullam ex jam dictis corporis partibus prope potestatem haberet. Qui licet aliquantulum pedibus incedere valuisset, tamen renes ac genua in ejus corpore contracta et quasi penitus mortua videbantur. Et non solum
20 ea quæ diximus, jam dictus patiebatur puer, sed etiam ita mutus ab ineunte ætate extiterat, ut vix quæ ab eo dicebantur, intelligi quivissent. Cujus in ore lingua potius strepitum quam verborum sonitum personabat. Isdem vero puer miseratione bonorum hominum de villa in villam ac de domo in
25 domum delatus, tandem ad ecclesiam beati pontificis Germani qua ejus felicia membra quiescunt, deductus est. Ubi cum vespertinorum synaxis a fratribus ejusdem monasterii et [2] vigilia sanctæ translationis corporis domni sæpedicti Germani more solito celebraretur, cœpit ipse puer pro nimia
30 corporis angustia atque relaxatione nervorum pallescere, sudare et magnas in eadem ecclesia voces emittere. Factum est, Deo propitiante ac meritis præclari confessoris Christi Germani juvantibus, ut antequam fratres vespertinale offi-

[1] *cod.* naturæ. — [2] *vox* et *add. man. rec.*

(1) Aimoin. lib. II, num. 3 (p. 802).

cium peractum atque decantatum haberent, a terra qua debilis antea jacuerat, sospes atque incolumis videntibus omnibus qui illic aderant, gratias omnipotenti Deo seu beatissimo Germano referendo exsurgeret. Et qui antea prope mutus extiterat, retinaculis linguæ solutis, auxiliante Domino 5 extemplo perfectam verborum seriem ex proprio cœpit ore proferre. Cumque omnibus qui in eodem Dei templo ob tam præcipuam festivitatem congregati erant, notum esset quod gestum fuerat, Deo gratias totis viscerum præcordiis rependerunt, qui tanta ac talia in terris propter famuli sui Germani 10 merita est dignatus monstrare miracula.

ACTA

SANCTI AGATHONICI

MARTYRIS

ET SOCIORUM

NUNC PRIMUM EDITA

E CODICE LEIDENSI.

Acta græca quæ ex Leidensi codice Perizoniano n. 10 (1) nunc primum lucem aspiciunt, prædecessores nostri viderunt, habueruntque e codice Vaticano C. 1671, una cum versione latina e codice Vaticano n° 6188. Neutrum ediderunt: prætulerunt enim breve quoddam actorum compendium. Cfr. J. Pinium, ad diem 22 Augusti, commentario prævio ad Acta SS. Martyrum *Agathonici, Zotici, Theoprepii, Acindyni, Severiani, Zenonis ac principis senatoris* (2). Nos hæc acta, quæ, quamquam plane sincera non æstimamus, compendio nihilominus non uno ex capite præferimus, *Analectis* inserimus, ut sanctorum studiosis amplior eorumdem cognitio præbeatur.

Μαρτύριον τοῦ μεγαλομάρτυρος Ἀγαθονίκου.

1. Ἐν ἀρχῇ διδάσκων τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς ὁ ἀγαθὸς Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, ἔλεγεν· Αἷμα δίκαιον βοᾷ πρός με Ἄβελ, τοῦ ἐν θυσίαις πρώτου, καὶ τῶν προφητῶν, ἕως αἵματος Ζαχαρίου καὶ τοῦ ἐμοῦ ἁγίου

Martyrium magni martyris Agathonici.

1. In principio docens suos discipulos bonus Jesus Christus, dicebat: Sanguis justus clamat ad me Abelis, in sacrificiis primi, ac prophetarum usque ad sanguinem Zachariæ, et meum sacrum sanguinem ex

(1) De quo diximus in præfationibus ad Acta edita in tomo I *Analect. Boll.* — (2) *Act. SS.*, t. IV Aug.

αἵματος ἐκ τῆς ἐνθέου μου πλευρᾶς ἐπὶ σταυροῦ ῥαντίζεσθαι [1] μέλλοντος σὺν βοαῖς [2] αἵματος ἁγίου τῶν ἀληθῶς μαθητῶν μου καὶ μαρτύρων. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν αἰνιγματωδῶς ἐν τοῖς ἱεροῖς Εὐαγγελίοις ἐσήμανεν [3] · τὰ μέλλοντα ὡς παρόντα ὁρῶν καὶ προλέγων, ὁ πάντα σαφῶς ἐπιστάμενος. Οἱ ἅγιοι δὲ ἀπόστολοι καὶ οἱ τούτων τοῖς ἴχνεσιν ἐπακολουθήσαντες ἅγιοι μάρτυρες, τὴν ἔκβασιν τῶν προειρημένων ἑωρακότες, διὰ τῆς πρὸς Θεὸν θερμῆς αὐτῶν πίστεως καὶ ἀγάπης προθύμως ἑαυτοὺς ταῖς βασάνοις ἐκδέδωκαν, καὶ θανεῖν ὑπὲρ τοῦ παθόντος ὑπὲρ ἡμῶν καὶ θανόντος ᾑρήσαντο· ὅθεν καί, πολλῶν διωγμῶν κατὰ διαφόρους καιροὺς τῇ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ ἐλθόντων, ὡς ὑπέρμαχοι οὗτοι καὶ τῆς εὐσεβείας ἀγωνισταί, κατὰ τῆς ἀσεβείας ἀντεστρατεύθησαν.

2. Ἐπὶ Μαξιμιανοῦ οὖν τοῦ ἀσεβοῦς βασιλέως, Εὐτόλμιός τις ὀνόματι, τὸ ἀξίωμα κόμης, ἀπὸ Νικομηδείας ὁρμώμενος [4], σπεύδων ἀρέσαι τῷ βασιλεῖ, τί τῶν δεινῶν οὐκ ἐποίει τοῖς εὑρισκομένοις χριστιανοῖς; Ἦν γὰρ παρ' αὐτοῦ βασιλέως ταύτην εἰληφὼς τὴν ἐξουσίαν, ὡς ἕλλην καὶ περὶ τὰ εἴδωλα εἴπερ τις ἄλλος μανικὸς ἐραστής. Τούτῳ προσαχθεὶς [5] ἀνὴρ ὀνόματι Ζωτικός, εὐσεβὴς καὶ φοβούμενος τὸν Θεόν. Λέγει αὐτῷ ὁ Εὐτόλμιος· Θῦσον, Ζωτικέ, τοῖς εὐμενέσι θεοῖς, καὶ

divino meo latere in cruce adspergendum, cum clamoribus sanguinis sacri eorum qui vere discipuli mei sunt ac martyrum. Sed hæc quidem ænigmatice in sanctis Evangeliis significavit, futura ut præsentia cernens ac prædicens, qui omnia clare sciebat. Sancti vero apostoli et horum vestigia persecuti sancti martyres, eventu prædictorum perspecto, per flagrantem suam in Deum fidem ac dilectionem alacriter seipsos tormentis tradiderunt, ac mori pro eo qui passus pro nobis et mortuus est, elegerunt. Unde et multis persecutionibus per diversa tempora Dei Ecclesiæ advenientibus, ut propugnatores hi ac pietatis luctatores contra impietatem in acie steterunt.

2. Tempore igitur Maximiani impii imperatoris Eutolmius quidam nomine, dignitate comes, Nicomedia veniens, studens placere imperatori, quid malorum non faciebat iis qui reperiebantur christiani? Erat enim ab ipso imperatore hanc adeptus potestatem, utpote græcus atque idolorum, si quis alius, insanus amator. Huic productus vir nomine Zoticus, pius ac timens Deum. Dicit ei Eutolmius : *Sacri-*

[1] *Codex in his modo* ῥ, *modo* ρ. *Hic* ρ. — [2] *cod.* συμβοαῖς. — [3] ν *paragogicum non abjecimus, etiam ante consonantes, ubi in codice occurrebat.* — [4] *cod.* ὡρμόμενος. — [5] *cod.* πρὸσάχθὴς. *Semel monuisse sufficiat sic passim a librario nostro, qui seculi XI est, in verbis compositis accentus et spiritus in medio vocum scribi. In tomo I* Analect. Boll. *quædam edidimus, servata scribendi ratione librarii seculi XI.*

ζήσει, καὶ πολλῶν ἀξιωθήσει τιμῶν. Ὁ δὲ ἅγιος ἔφη· Αἱ τιμαὶ αὗται ἃς ὑπισχνεῖ μοι καὶ ἡ ζωὴ, σὺν σοὶ εἰς ἀπώλειαν. Ἐγὼ γὰρ οὐδέποτε Θεὸν, τὸν οὐρανοῦ καὶ γῆς ποιητὴν, ἀρνησάμενος, θύσω ξοάνοις παντελῶς ἀναισθήτοις, ὁμοίοις ὑμῶν [1] τοῖς πιστεύουσιν αὐτοῖς. Εἰ δὲ καὶ ὁ σὸς
5 παράνομος βασιλεὺς, ὥσπερ ἄρα καὶ σὺ [2] λέγεις, προσέταξεν κακῷ θανάτῳ τοῦ ζῆν ἡμᾶς ἀπαλλάττεσθαι [3], διὰ τὴν πρὸς Χριστὸν τὸν ἀληθῆ [4] Θεὸν καὶ βασιλέα ἡμῶν εὐσεβῆ [5] πίστιν, ἰδοὺ ἡμεῖς ἕτοιμοι [6]. Τὸ λοιπὸν ποίει ὃ βούλει. Τότε ὁ κόμης παντελῶς ἀπογνοὺς, κελεύει ξίφει αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθῆναι, ἅμα [7] τοῖς δυσὶν αὐτοῦ μαθηταῖς.
10 Τούτου οὖν γενομένου τῷ τάχει, καὶ τοῦ ἁγίου μάρτυρος Ζωτικοῦ τὸ μακάριον τέλος δεξαμένου μετὰ τῶν αὐτοῦ μαθητῶν, τινὲς τῶν εὐσεβῶν, νυκτὸς ἐλθόντες ἦραν τὰ σώματα τῶν ἁγίων, καὶ κηδεύσαντες αὐτὰ ἐντίμως, κατέθεντο ἐν τόπῳ ἀξίῳ, εἰς δόξαν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.
15 **3.** Ὁ δὲ ἄρχων ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ ἀνθρώπους, εἴγε αὐτοὺς ἀνθρώπους καλεῖν δεῖ, πονηροὺς καὶ θηρίων ὠμότητι ὑπερβάλλοντας, ἦν μετ' αὐτῶν πανταχοῦ περιτρέχων, καὶ μόνῃ ἀφορμῇ ἀνεξετάστως ἀποκτένων [8] πολλούς· μόνον εἰ χριστιανὸς ὀνομασθεὶς [9] εὑρέθη [10] ἔχων οὐσίαν. Πολλοὶ

fica, Zotice, benignis diis, et vives, ac multis insignieris honoribus. Sanctus vero dixit: *Honores hi quos promittis mihi et vita, tecum (sunto) in perditionem. Ego enim nunquam, Deo cœli et terræ creatore abnegato, sacrificabo sculptilibus omnino sensu carentibus, similibus vobis credentibus in illa. Quodsi vero vel tuus perversus imperator, uti et tu dicis, jussit mala morte e vita nos ejici propter piam nostram in Christum revera Deum ac regem nostrum fidem, ecce parati nos: reliquum fac quod vis.* Tunc comes omnino desperans, jubet gladio ipsi caput amputari, una cum duobus ejus discipulis. Quo igitur facto cum celeritate, et sancto martyre Zotico beatum finem adepto cum suis discipulis, quidam piorum noctu venientes abstulerunt corpora sanctorum, et curantes ea honorifice, deposuerunt in loco digno, ad gloriam Domini nostri Jesu Christi.

3. Præses autem habens secum homines, si tamen eos homines vocare oportet, utpote pravos ac feras crudelitate vincentes, erat cum iis circumcursans, ac solo impetu absque ulla inquisitione occidens multos: satis erat si qui christianus nominabatur, repertus fuerat

[1] *sic.* — [2] *cod.* ἄρα καὶ σοί. — [3] *cod.* ἀπαλάττεσθαι. — [4] *cod.* ἀληθεῖ. — [5] *cod.* εὐσεβεῖ. — [6] *cod.* ἕτοιμοι. — [7] *cod.* ἅμα. — [8] *sic pro* ἀποκτείνων. — [9] *cod.* ὠνομασθεὶς. — [10] *cod.* εὑρέθει.

γὰρ τῷ τοῦ ἄρχοντος φόβῳ τῶν ἰδίων ἀπάραντες πόλεων, ἐν ἰδίοις αὐτῶν κτήμασιν ἢ καὶ κρυπτοῖς τοποῖς ἐδούλευον τῷ Χριστῷ, ταῖς θείαις σχολάζοντες γραφαῖς. Τοῦ ἄρχοντος [1] οὖν πανταχοῦ, ὡς εἴρηται, περιτρέχοντος μετὰ πλήθους ὁμοίων αὐτοῦ θηριοτρόπων, καὶ εἰς ἁρπαγὴν [2] ματαίου κέρδους σχολάζοντος καὶ πολλὰ δεινὰ πράττοντος κατὰ τῶν εὐσεβούντων καὶ αἱμάτων ἐκχύσεις, μαθόντος ἐπὶ Θράκην ἐξορμήσαντα τὸν βασιλέα, ἐπορεύθη καὶ αὐτὸς ἣν διήρχετο ἀσεβεστάτην ὁδὸν, ὡς λέων ἁρπάζων [3] καὶ ὠρυόμενος [4], κατὰ τὸν ψαλμωδόν. Καί τινος αὐτῷ εἰπόντος ὅτι ὁ πρῶτος πρίγκιψ ἐπείσθη δουλεύειν Χριστῷ διά τινος Ἀγαθονίκου σοφοῦ, καὶ διάγει ἐν ἀγρῷ λεγομένῳ Κυβαίνων, ἐμμανὴς γενόμενος ὑπὸ τοῦ οἰκοῦντος ἐν αὐτῷ δαίμονος, κελεύει βαρεῖαν [5] δύναμιν στρατιωτῶν πορευθῆναι καὶ ἀγαγεῖν τὸν ἅγιον μετὰ τοῦ πρίγκιπος. Ὁ δὲ ὄντως Ἀγαθόνικος, ἰδὼν τὸ πλῆθος τῶν ἀποσταλέντων πρὸς αὐτὸν, προθύμως ηὔχετο, λέγων· Δόξα σοι, Χριστὲ, ὅτι τὸ φῶς ἡμῖν ἐφάνης τοῖς ἐν σκότει ἀγνοίας καθημένοις. Ἐν τῷ ὀνόματί σου, Ἰησοῦ Χριστὲ, θαρρῶν [6] καὶ δοξάζων σε πορεύσομαι. Ἰδόντες δὲ οἱ στρατιῶται τὸ ἐν τῇ ὁδῷ αὐτοῦ πρόθυμον καὶ εὐγενὲς τοῦ γένους, ἐν τῇ πίστει ἐφείλκοντο τοῦ Χριστοῦ. Ὡς δὲ ἐκ Κυβαίνων ἀπάραντες εἰς τὴν Νικομήδειαν ἤρχοντο [7], ἔλεγεν

habens substantiam. Multi enim præsidis timore propriis exulantes urbibus, in propriis suis possessionibus vel etiam in absconditis locis serviebant Christo, divinis vacantes Scripturis. Præses ergo undique, uti dictum est, circumcursante cum multitudine similium sibi ferinis moribus præditorum, atque in rapinam vani lucri intentus et multa mala faciens contra pios ac sanguinum effusiones, quum audivisset in Thraciam movisse imperatorem, ivit et ipse per eam quam præscriptam habebat, impiissimam viam, ut leo rapiens et rugiens, secundum psalmistam. Atque aliquo ipsi dicente primo principi persuasum esse ut serviret Christo per quemdam Agathonicum sapientem, huncque degere in agro dicto Cybænis, in rabiem actus ab habitante in se dæmone, jubet magnam vim militum proficisci et adducere sanctum cum principe. Hic vero reipsa Agathonicus, visa multitudine eorum qui missi fuerant ad ipsum, alacriter orabat dicens: *Gloria tibi, Christe, quod lumen nobis apparuisti, in caligine ignorantiæ sedentibus. In nomine tuo, Jesu Christe, confidens et glorificans te ibo.* Videntes autem milites in via alacritatem ejus ac nobilitatem generis, ad fidem attrahebantur Christi. Ut vero Cybænis discedentes

[1] *cod.* ἄρχωντος. — [2] *cod.* ἀρπαγὴν. — [3] *cod.* ἀρπάζων. — [4] *cod.* ορυώμενος. — [5] *cod.* βαρείαν. — [6] *cod.* θαρρὼν. — [7] *cod.* εἴρχοντο.

ὁ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς πρὸς [1] τοὺς στρατιώτας· Καταλείψατε, ἀδελφοί, τὴν ματαίαν ὑμῶν θρησκείαν, καὶ γνῶτε κἂν τοῦ λοιποῦ τὴν εὐσέβειαν. Φιλάνθρωπος γάρ ἐστιν ὁ Χριστὸς, καὶ μετανοοῦντας ἀσμένως ὑμᾶς δέξεται· μόνον ὑμεῖς μὴ ἑαυτοὺς τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ ἀποκλείσητε [2].
5 Φθασάντων δὲ αὐτῶν κατὰ τὴν πύλην τῆς πόλεως, θεωρῶν τοὺς πλείονας τῶν στρατιωτῶν γνῶσιν ταπεινοφροσύνης ἀνειληφότας καὶ ὡς ἄρνας εἰς σφαγὴν ἑαυτοὺς καρπώσεως καὶ θυσίας πνευματικῆς φέροντας, ηὐχαρίστει [3] τῷ Θεῷ, λέγων· Χαίροις ἡ πόλις, τῆς μητρὸς ἡμῶν Ἱερουσαλὴμ [4] τῆς ἄνω θυγάτηρ, Νικομήδεια· ἡ πλῆθος μαρτύρων τῷ Χριστῷ δοῦσα.
10 4. Τότε ὁ κόμης καθίσας ἐν τῇ βασιλικῇ, ἐν τόπῳ καλουμένῳ Λάμψω, ἐξέτασιν ἐποιεῖτο, λέγων· Ποῦ εἰσὶν οἱ τὰ θεσπίσματα τῶν βασιλέων ἐξουθενοῦντες; Οἱ ταξιάρχαι εἶπον· Παρίσταται τῇ λαμπρότητί σου Ἀγαθόνικος, ὁ τῶν χριστιανῶν κορυφαιότατος [5], γένους μεγίστου, Ἱππασίου [6] τοῦ μεγάλου ἀπόγονος, γέννημα δὲ Ἀσκληπιάδου τοῦ
15 ὑπάρχου· ὃς σὺν τῇ μητρὶ ἐν κώμῃ [7] Κυβαίνων διάγων, ἀνέπεισεν τὸν τῆς ἐνθάδε συγκλήτου πρίγκιπα σὺν αὐτῷ θρησκεύειν ὃν λέγουν [8] Χριστόν. Ὁ ἄρχων εἶπεν· Ὁμολόγει, Ἀγαθόνικε, εἰ ταῦτα οὕτως ἔχει. Ὁ ἅγιος ἔφη· Ὅτι πειθαρχεῖν δεῖ Θεῷ καὶ οὐχ ἀνθρώποις, ὁ προφήτης

Nicomediam versus ibant, dicebat Christi martyr ad milites: *Relinquite, fratres, vanum vestrum cultum, et cognoscite vel in posterum pietatem. Hominum enim amator est Christus, et resipiscentes libenter vos suscipiet: solummodo vos ne vobismetipsis regnum Dei claudite.* Capessentibus autem iis portam urbis, videns plures militum scientiam humilitatis accepisse et veluti agnos ad immolationem seipsos sacrificii et victimæ spiritualis offerre, gratias egit Deo, dicens: *Gaude, civitas, matris nostræ Jerusalem quæ desursum est, filia Nicomedia, quæ multitudinem martyrum Christo donas.*

4. Tunc comes considens in basilica, in loco dicto Lampso, inquisitionem faciebat, dicens: *Ubi sunt decreta imperatorum parvi pendentes?* Officialium præpositi dixerunt: *Adstat claritudini vestræ Agathonicus, christianorum præcipuus, maximi generis, Hippasii magni progenies, proles autem Asclepiadis præfecti, qui cum matre in vico Cybænorum degens, persuasit istius senatus principi ut secum coleret quem dicunt Christum.* Præses dixit: *Confitere, Agathonice, si illa ita se habent.* Sanctus dixit: *Quod obedire oportet Deo et non hominibus, propheta*

[1] πρὸς *suppletum ex conjectura; omit. cod.* — [2] *cod.* ἑαυτοὺς τὴν βασιλείαν τ. Θ. ἀποκλείσηται. — [3] *cod.* ηὐχαρίστη. — [4] *cod.* ἰλήμ. — [5] *cod.* κορυφαιώτατος. — [6] *cod.* ἱππασίου. — [7] *cod.* κόμη. — [8] *ita cod. pro* λέγουσι.

Δαβὶδ διδάσκει ἡμῖν [1], λέγων· Ἀγαθὸν πεποιθέναι ἐπὶ Κύριον ἢ πεποιθέναι ἐπ' ἄνθρωπον· καὶ ἐλπίζειν ἐπὶ Κύριον ἐδιδάχθημεν, καὶ οὐκ ἐπ' ἄρχοντας φθαρτούς. Ὄντως γὰρ ἀσύνετος σὺν σοί, ὁ ταύτην σοι ἐγχειρίσας τὴν κατὰ τῶν χριστιανῶν ἐξουσίαν βασιλεύς. Ὥσπερ οὖν καὶ ὁ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς καὶ ἐπίσκοπος Βαβυλᾶς τὸν πρὸ τούτου βασιλέα Νουμεριανὸν ἐλέγχων ὡς ἄνουν [2], προεῖπεν ὅτι ὅμοιος [3] αὐτοῦ ἀσύνετος μέλλει τὴν βασιλείαν αὐτοῦ διαδέχεσθαι· ἀλλὰ καὶ Ῥωμανός, ὁ ἔνδοξος μάρτυς, παρρησίᾳ [4] τὸν ἐμὸν πατέρα Ἀσκληπιάδην τὸν ὕπαρχον ἐνέτρεψεν, τότε μου νηπίου ὄντος ὡς γονεῖ τῷ ὑπάρχῳ παρεστῶτος, καὶ ἃ ἐλάλησεν ὁ μάρτυς τῷ ἐμῷ πατρί, ἀσφαλῶς καὶ ἀκούοντός μου καὶ μεμνημένου μου ταῦτα. Ὅς γε ἀσύνετος ὤν, εἰ καὶ πατήρ μου ἦν, ἐκέλευσεν ἀποτμηθῆναι τὴν ἁγίαν γλῶσσαν τοῦ μάρτυρος, μεγάλα βοῶσαν ὅτι Χριστὸν τὸν Θεὸν δεῖ μόνον φοβεῖσθαι καὶ αὐτὸν μόνον λατρεύειν, καὶ μὴ σκληροκαρδίους γίνεσθαι, ἁρπάζοντας [5] ἀλλήλους, μηδὲ ὑπερηφάνους καὶ θηριογνώμους· καὶ ἕτερα πολλὰ πρὸ τοῦ τμηθῆναι αὐτοῦ τὴν γλῶτταν εἶπεν αὐτῷ. Ἅπερ ἐν αὐτῷ ἀληθῶς γεγονότα [6] εἰδώς, καὶ φοβηθεὶς μὴ καὶ ἐγὼ τὰ ὅμοια πάθω, σὺν ὅλῳ [7] τῷ οἴκῳ τοῦ πατρός μου ἰδιάζοντες τὰς γραφὰς ἐρευ-

David docet nos, dicens: Bonum est confidere in Dominum quam confidere in hominem; et sperare in Dominum docti sumus, et non in principes mortales. Vere insipiens tecum (est), qui hanc tibi in manus dedit contra christianos potestatem imperator. Quemadmodum itaque et Christi martyr et episcopus Babylas prædecessorem hujus, imperatorem Numerianum, arguens ut amentem, prædixit fore ut similis ipsi insipiens imperium ejus post ipsum susciperet; verum etiam Romanus, gloriosus martyr, dicendi libertate meum patrem Asclepiadem præfectum pudore affecit, tunc me puero utpote patri, præfecto adstante, et quæ locutus est martyr meo patri tute et audiente me et recordante illa. Qui quidem insipiens, etiamsi pater meus esset, jussit amputari sanctam linguam martyris, magna voce clamantem Christum Deum oportere solum timeri et hunc solum coli; et non contumaces fieri, rapientes alterutrum, neque arrogantes et efferatos; atque alia multa, antequam præcideretur ejus lingua, dixit ei. Quæ in ipso revera facta sciens, et timens ne et ego similia patiar, cum universa domo patris mei seorsum Scripturas perscruta-

[1] *sic.* — [2] *cod.* ἄννουν. — [3] *cod.* ὅμοιος *et sic deinceps in hac voce et aliis ejusdem radicis. Hactenus adscriptus iis erat spiritus asper.* — [4] *cod.* παῤῥησία *(sic) hic et aliquoties deinceps; at non semper adscribit spiritus ubi* ρ *duplicatur.* — [5] *cod.* ἁρπάζοντας. — [6] *cod.* γεγονῶτα. — [7] ὅλῳ.

νῶμεν· τὸ· Μὴ φοβοῦ ὅταν [1] πλουτήσῃ ἄνθρωπος ἢ ὅταν [2] πληθυνθῇ ἡ δόξα τοῦ οἴκου αὐτοῦ, ὅτι οὐκ ἐν τῷ ἀποθνήσκειν αὐτὸν λήψεται τὰ πάντα, οὐδὲ συγκαταβήσεται αὐτῷ ἡ δόξα αὐτοῦ· καὶ πάλιν· Ἄνθρωπος ἐν τιμῇ [3] ὤν, οὐ συνῆκεν· παρεσυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ
5 ὡμοιώθη αὐτοῖς. Ὧν εἷς γέγονε καὶ Ναβουχοδονόσωρ, τοὺς προφήτας καὶ τοῦ Χριστοῦ δούλους λυπήσας πολλά. Ἐγὼ δὲ φιλοπονῶν ἐν τοῖς ἁγίοις λόγοις, εἴ τινα πλανόμενον ἔβλεπον, ἐσπούδαζον κατὰ τὸν ἀπόστολον ἐπιστρέφειν αὐτὸν ἐκ πλάνης ἐπὶ Θεὸν ζῶντα δι' ἔργων τῆς μετανοίας ἀξίων, μνημονεύων καὶ Ἰακώβου τοῦ ἀποστόλου λέγοντος· Ὁ ἐπιστρέψας
10 ἁμαρτωλὸν ἐκ πλάνης ὁδοῦ αὐτοῦ, σώσει ψυχὴν ἐκ θανάτου καὶ καλύψει πλῆθος ἁμαρτιῶν. Εἴθε οὖν καὶ αὐτὸς ἐπείθου μοι λέγοντι· Μιμηταί μου γίνεσθε, καθὼς κἀγὼ [4] Χριστοῦ. Ὅτι οὐδὲν εἰσηνέγκαμεν [5] εἰς τὸν κόσμον, δῆλον ὅτι οὐδὲ ἐξενεγκεῖν δυνάμεθα.

5. Τότε ὁ ἄρχων καὶ πάντες οἱ σὺν αὐτῷ ἐννεοὶ ἔστησαν, καὶ λέγουσιν·
15 Ἐξέστησας ἡμᾶς, Ἀγαθόνικε· σοφῶν οὖν χρεία τῶν δυναμένων σοι ἀπὸ κοδικέλλων ἀρχαίων ἀντιλέγειν. Τῶν δὲ ἐν αὐτοῖς σοφωτέρων [6] λεγόντων γένους εἶναι τὸν ἅγιον προνοίας θείας Αὐγούστου, ἀπὸ Νικαίας ἀναχθέντος εἰς Ῥώμην, καὶ ἐν Ῥώμῃ παιδευθέντας τοὺς τοῦ γένους αὐτοῦ ἥκειν [7]

mur, illud Ne timueris quum dives factus fuerit homo, vel quum multiplicata fuerit gloria domus ejus, quia quum interierit, non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria ejus; et iterum : Homo cum in honore esset, non intellexit; comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est iis. Quorum unus fuit et Nabuchodonosor, prophetas et Christi servos qui afflixit multum. Ego vero libenter operam ponens in sacris Scripturis, si quem errantem videbam, studebam juxta apostolum convertere ipsum ex errore ad Deum viventem, per opera pœnitentiæ digna, memor quoque Jacobi apostoli dicentis : Qui converti fecerit peccatorem ex errore vitæ suæ, servabit animam a morte et operiet multitudinem peccatorum. Utinam ergo obedias mihi dicenti : Imitatores mei estote, sicut et ego Christi. Quia nihil intulimus in mundum, clarum quod neque efferre possumus.

5. Tunc præses et omnes qui cum eo erant, attoniti steterunt, et dicunt : *In stuporem egisti nos, Agathonice; sapientibus igitur opus est, qui valeant tibi ex documentis antiquis contradicere.* Quum vero qui inter eos sapientiores erant, dicerent ex genere esse sanctum divina providentia præditi Augusti, Nicæa ducti Romam, et Romæ eruditos

[1] *cod.* ὅτ' ἄν. — [2] *cod.* οτ' ἄν. — [3] *cod.* τιμῇ. — [4] *cod.* καγὼ. — [5] *cod.* εἰσενέγκαμεν. — [6] *cod.* σοφοτέρων. — [7] *cod.* ἥκειν.

ἐνθάδε, Ἀγαθόνικος εἶπεν· Ἐγὼ γραφῶν ἁγίων ἐκ παιδόθεν γεγένημαι ἔμπειρος, καὶ οἶδα ὅτι οἱ φοβούμενοι Χριστὸν σοφίαν τοῦ κόσμου τούτου ἐξυβρίσουσιν, καθὼς καὶ ὁ ἀπόστολος Παῦλος ἐδίδαξεν ἡμᾶς· Χριστὸν γὰρ Θεοῦ δύναμιν καὶ Θεοῦ σοφίαν εἶναι μεμαθήκαμεν. Τί δὲ ἐμβριμεῖ[1] τοῖς σκρινίοις Νικομηδέων, τίς εἰμι[2] καὶ πόθεν· κατενώπιον γὰρ τοῦ 5 Θεοῦ λαλοῦμεν, τοῦ ἐν Δαβὶδ ψάλλοντος καὶ διὰ προφητῶν κηρύττοντος ἑαυτόν· δι' ὃν θρόνοι ἐτέθησαν καὶ βίβλοι ἠνεῴχθησαν, τὰ ἔργα ἑκάστου ἔγγραφα· καὶ ποταμὸς πυρὸς ἕλκων[3] κοχλάζων, καὶ φωνὴ[4] λέγουσα· ὅτι τὸ κράτος τοῦ Θεοῦ καὶ σοῦ, Κύριε, τὸ ἔλεος· ὅτι σὺ ἀποδώσεις ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. 10

6. Ὁ ἄρχων οὖν ὡς ἐξεστηκὼς γεγονώς, λέγει· Εἰπὲ ἡμῖν, Ἀγαθόνικε, τὰ περὶ σοῦ· ὑπερβάλλεις γὰρ πάντας ῥήτορας καὶ σοφούς, ὡς κἀμὲ[5] ποιεῖν μικροῦ δεῖν χριστιανόν. Ὁ ἅγιος ἔφη· Ηὐξάμην ἂν τῷ Θεῷ οὐ μόνον σέ, ἀλλ', ὡς ὁ μέγας ἀπόστολος Παῦλος εἶπεν, καὶ πάντας τοὺς ἀκούοντάς μου γενέσθαι τοιούτους ὁποῖος[6] ἐγώ εἰμι. Τὰ δὲ περὶ ἐμοῦ, 15 γένους καὶ σπέρματος εἰμὶ Δαβίδ· ᾧ τὰ ἄδηλα ἐγνωρίσθη τῆς σοφίας Χριστοῦ· ὃν ἦρεν Κύριος ἐκ τῶν προβάτων τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ εἰς βασιλείαν ἀνήγαγεν. Καὶ πάλιν ἤρξατο λέγειν τῷ ἄρχοντι ἀπὸ χριστοφόρων γραφῶν οὕτως, ὅτι· Εἰ καὶ τῶν εὐγενῶν εἰμι, ὡς ἐπίστασαι[7]

generis ipsius homines venisse huc, Agathonicus dixit : *Ego Scripturarum sanctarum a pueris factus sum peritus, et scio timentes Christum sapientiam mundi hujus vituperare, quemadmodum et apostolus Paulus docuit nos. Christum enim Dei virtutem ac Dei sapientiam esse didicimus. Quid autem mussitas (?) de scriniis Nicomediensium, quis sim et unde? Ante faciem enim Dei loquimur, in David psallentis et per prophetas annuntiantis seipsum, per quem throni constituti sunt et libri aperti, opera uniuscujusque inscripta, et flumen ignis trahens, ebulliens et vox dicens, Quod potestas Dei est et tua, Domine, misericordia; quia tu reddes unicuique secundum opera ejus.*

6. Præses igitur quasi extra se factus, dixit : *Dic nobis, Agathonice, de te ipso; superas enim omnes rhetores ac sapientes, ita ut parum absit ut et me facias christianum.* Sanctus dixit : *Orarem Deum, non solum ut tu, sed, uti magnus apostolus Paulus dixit, etiam omnes audientes me fierent tales, qualis ego sum. Ego vero generis et seminis sum David, cui arcana nota facta sunt sapientiæ Christi; quem tulit Dominus ab ovibus patris ejus et in regnum adduxit.* Et iterum cœpit dicere præsidi ex

[1] *ita cod.* — [2] *cod.* εἰμὶ. — [3] *cod.* ἕλκων. — [4] *cod.* φωνῆ. — [5] *cod.* καμὲ. — [6] *cod.* ὁποῖος. — [7] *cod.* ἐπίστασε.

ὁμοίως καὶ πάντες ἴσασιν, ἀλλ' ἐξελεξάμην παραῥιπτεῖσθαι [1] ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ μοῦ μᾶλλον ἢ οἰκεῖν με ἐν σκηνώμασιν ἁμαρτωλῶν· λέγοντος καὶ τοῦ Δεσπότου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· Ἀμὴν λέγω ὑμῖν· Ὅστις ἀφῆκεν οἰκίαν ἢ συγγενεῖς ἢ ἀγροὺς ἢ ἀμπελῶνας ἢ οὐσίας ἔνεκεν [2] τοῦ εὐαγγε-
5 λίου, ἑκατονταπλασίονα λήψεται καὶ ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσει. Ὁ ἄρχων ἐπιπολὺ μὴ δυνάμενος ἀντίλεγειν, ἀλλὰ παντελῶς τῇ τοῦ ἁγίου σοφίᾳ ἀπορηθείς, ἔφη· Τοῦτον ἔγωγε οὐδὲν πλέον δυνήσομαι ποιῆσαι, ἀλλὰ μαστίξας πρὸς τὸν βασιλέα ἐξαποστείλω [3], ὡς εὐγενῆ [4]. Τοὺς δὲ ἄλλους χριστιανοὺς ξίφει ἀποτμηθῆναι κελεύω. Πολλοὺς γοῦν [5] ὄντας τοὺς
10 τοῦ Θεοῦ δούλους ἦν ἰδεῖν αὐτους [6] ὡς ἀγέλην πνευματικῆς θυσίας ἐλαυνομένους μετὰ πολλῶν [7] μαστίγων ἀπὸ τῆς πόλεως ἐπὶ τὸν τῆς τελειώσεως τόπον. Ὧν εἰδότες τὸ πρόθυμον πολλοὶ καὶ ἕτεροι τοῦ λαοῦ ἐπίστευσαν καὶ αὐτοὶ ἐπὶ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, παρρησίᾳ ἐξαρνησάμενοι τὴν ἀσέβειαν καὶ τοῖς ἁγίοις προστεθέντες. Συνταξάμενοι
15 οὖν ἅπαντες τῷ καλῷ αὐτῶν καθηγητῇ [8] καὶ τοῦ Χριστοῦ ἀθλητῇ [9] Ἀγαθονίκῳ, καὶ ἔτι θάρσους πλησθέντες παρ' αὐτοῦ καὶ εὐλογηθέντες, οὕτως τὸν καλὸν ἀγῶνα διήνυσαν [10], ξίφει τὰς κεφαλὰς ἀποτμηθέντες.

7. Ἀγαθόνικος δὲ ὁ μέγας ἔτι ὢν ἐν τῇ Νικομήδους [11], πολλοὺς καὶ

Christum ferentibus Scripturis sic, quod *Etiamsi ex nobili genere sum, ut scis et omnes similiter sciunt, verum elegi subjectus esse in domo Dei mei magis quam habitare me in tabernaculis peccatorum, dicente et Domino nostro Jesu Christo : Amen dico vobis, qui reliquerit domum vel cognatos, vel agros vel vineas, vel divitias propter evangelium, centupla accipiet et vitam æternam hæreditabit.* Præses ut plurimum haud valens contradicere, sed omni ex parte sancti sapientia in angustias actus, dixit : *Huic ego nihil amplius potero facere, sed flagellatum ad imperatorem mittam, ut nobilem genere. Alios autem christianos gladio cædi jubeo.* Multos igitur Dei servos videre erat, ut gregem spiritualis victimæ, pulsos cum multis verberibus ab urbe in consummationis locum. Quorum conspecta alacritate, multi etiam alii ex populo crediderunt et ipsi in Dominum nostrum Jesum Christum, liberrima voce abnegantes impietatem et sanctis sese adjungentes. Compositi ergo universi cum egregio ipsorum instructore et Christi athleta Agathonico, et adhuc confidentia impleti ab ipso et benedicti, sic pulchrum certamen perfecerunt, gladio capitibus amputatis.

[1] *sic.* — [2] *cod.* ἔνεκεν. — [3] *sic cod. pro* ἀποστελῶ ? — [4] *cod.* εὐγενή. — [5] *cod.* γοῦν. — [6] *sic.* — [7] *cod.* πολῶν. — [8] *cod.* καθηγηθή. — [9] *cod.* ἀθλητή. — [10] *cod.* διήνοισαν. — [11] *sic.*

ἄλλους τῷ Χριστῷ ηὐτρέπισε [1] μάρτυρας. Οἱ οὖν πρῶτοι Νικομηδέων προσελθόντες τῷ ἄρχοντι, εἶπον αὐτῷ· Γνωστὸν ἔστω τῇ ἐνδοξότητί σου ὅτι ἡ πόλις ἡμῶν ἐκαινίσθη σχεδὸν ἐφ' οἷς ἀπαύστως ὁ Ἀγαθόνικος φθέγγεται καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ὄντες, ἀρτίως πάλιν καὶ αὐτοὶ ἐξαρνησάμενοι τοὺς μεγάλους θεοὺς καὶ τῷ Θεῷ αὐτοῦ προστεθέντες. Θᾶττον οὖν 5 αὐτοὺς εἴπερ οὐ παραστήσεις τῷ βασιλεῖ, τὴν πόλιν ἅπασαν μεταπείσει, καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς καὶ τῷ ὑπ' αὐτοῦ κηρυττομένῳ προσάξει [2] Θεῷ. Οὐ γὰρ εὑρίσκεταί τις [3] τῶν παρ' ἡμῖν σοφῶν κἂν μικρὸν τῇ σοφίᾳ Ἀγαθονίκου ἀντιστῆναι. Τῇ ἑξῆς [4] οὖν τοῦ ἄρχοντος ὁδεύοντος [5], ἐπηκολούθουν [6] αὐτῷ καὶ οἱ ἅγιοι δέσμιοι. Οἱ δὲ λοιποὶ τῶν Νικομηδέων χριστιανῶν 10 προέπεμπον τοὺς ἁγίους, ὀδυρώμενοι τὴν ἀπουσίαν αὐτῶν, καὶ μάλιστα διὰ τὸν λόγον τοῦ ἁγίου Ἀγαθονίκου, ὃν ὡς οὐράνιον ἄρτον καθεκάστην λαμβάνοντες ἐστηρίζοντο τὰς ψυχάς, προκόπτοντες ἐν τῇ πίστει. Πρὸς οὓς ὁ ἅγιος εἶπεν· Ἀφίημι [7] ὑμῖν Ἰησοῦν Χριστόν, τὸν ἀληθινὸν Θεὸν ὑμῶν, ὃς παρακαλέσει τὰς καρδίας ὑμῶν καὶ στηρίξει εἰς τὸν φόβον αὐτοῦ. 15 Ὑπέστρεφον οὖν ὡς ἀληθῶς ἀπ' ὄρους [8] τῶν ἐλαιῶν, πολλὰ παρὰ τοῦ ἁγίου οἰκοδομηθέντες. Ἐλθόντων δὲ τῶν ἁγίων πρὸς τὴν μονὴν πολλὰ τιμωρηθέντων ἀπὸ τῆς ὁδοῦ καὶ τῶν ἐπικειμένων αὐτοῖς κλοιῶν καὶ

7. Agathonicus vero magnus, dum adhuc versabatur Nicomediæ, multos quoque alios Christo paravit martyres. Primores ergo Nicomediæ adeuntes præsidem, dixerunt ei: *Notum esto gloriæ tuæ urbem nostram renovari fere ab iis quæ non cessans Agathonicus vociferatur, et ii qui cum ipso sunt, recens iterum et ipsi abnegantes magnos deos et Deo ipsius appositi. Citius ergo illos nisi sistas imperatori, urbi universæ aliud persuadebit, et nos ipsos etiam a se prædicato adducet Deo. Non enim invenitur aliquis eorum qui apud nos sunt sapientes, qui vel in modico sapientiæ Agathonici resistat.* Sequenti igitur die præsidem iter facientem secuti sunt sancti vinculis constricti. Reliqui vero Nicomediensium christianorum prosecuti sunt sanctos, lugentes profectionem eorum, maxime vero ob verbum sancti Agathonici, quod ut cœlestem panem quotidie sumentes, firmabantur animas, progressum facientes in fide. Ad quos sanctus dixit: *Relinquo vobis Jesum Christum, verum Deum vestrum, qui consolabitur corda vestra et firmabit ad timorem ejus.* Revertebantur igitur revera ab monte olivarum, multum a sancto ædificati. Quum vero pervenissent sancti ad stationem, multum vexati viæ molestiis atque injectis iis

[1] *cod.* ηὐτρέπισαι. — [2] *cod.* πρὸσάξει. — [3] εὑρίσκεται τίς. — [4] *cod.* ἐξῆς. — [5] *cod.* ὀδεύοντος. — [6] *cod.* ἐπικολούθουν. — [7] *cod.* ἀφίειμι. — [8] *cod.* ἀπὸ ὄρους.

τελείως ἀτονησάντων· ἦν [1] γὰρ πολλὴ καὶ ἡ ὁδὸς, ἐπίεζε δὲ αὐτοὺς καὶ ἡ ἀσιτία· ὁ ἄρχων τὸ ἄσπλαγχνον αὐτοῦ πολυπλασίονα ἐπέδείκνυ εἰς τοὺς ἁγίους, λιμῷ ἄγχων αὐτοὺς καὶ πολλαῖς τιμωρίαις βασανίζων· ἐκφοβῶν διὰ τούτων τοὺς ὄντας ἐκεῖσε χριστιανούς.

5 **8.** Ἐπεὶ δὲ καὶ ἐκ φυλακῆς πάλιν τῷ αὐτοῦ παρέστησαν βήματι, λέγει ὁ ἄρχων· Οἱ περὶ Ζήνωνα στρατιάρχαι, πεισθέντες κακῶς πρότερον [2] τῷ Ἀγαθονίκῳ, ἐπαίδευσαν ἑαυτοὺς κἂν νῦν, τοσούτοις τρόποις βασάνων πειραθέντες; Οἱ δὲ ὄντως οὐράνιοι στρατιῶται εἶπον· Ἀπαρχῆς εἴπομέν σοι, καὶ ἰδοὺ τὸ αὐτὸ καὶ νῦν λέγομεν· ἕτοιμοί [3] ἐσμεν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος 10 τοῦ Χριστοῦ ἀποθανεῖν, δι' οὗ πάντα κατελείψαμεν [4] τὰ ἐν κόσμῳ· καὶ ἐλογίσθημεν ὡς πρόβατα σφαγῆς δι' αὐτόν. Ἐμάθομεν γὰρ διὰ τοῦ δούλου αὐτοῦ Ἀγαθονίκου ἅπερ προεῖπεν αὐτὸς Χριστὸς τοῖς σεβομένοις αὐτὸν, ὅτι· Μὴ φοβεῖσθε ἀπὸ τῶν [5] ἀποκτενόντων [6] τὸ σῶμα ὑμῶν ἀρχόντων καὶ βασιλέων, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι [7]· ἀλλ' 15 ὡς ἄρνες πορεύεσθε ἐν μέσῳ αὐτῶν· ὁ γὰρ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τῷ οὐρανῷ. Τότε ὁ ἄρχων, ἐπειδὴ οὐκ εἶχεν ὅ,τι καὶ δράσει, ἔφη· Ἐπεὶ χειρόνως ἐγαυριάσατε, τῷ βασιλικῷ θεσπίσματι ἀντιλέγοντες, καταπέλταις ὑμῶν τὸ εὐγενὲς τῆς ἀξίας ἀτιμασθῆναι προστάσσω [8] ξένῳ θανάτῳ.

collaribus ac penitus viribus deficientes (erat enim multum viæ; premebat vero eos annonæ defectus), præses immitem animum multiplicem monstrabat sanctis, fame angens ipsos et multis tormentis torquens, terrens per hæc qui istic erant, christianos.

8. Postquam vero et ex custodia iterum ejus adstitissent tribunali, dicit præses: *Num Zenonis ductores, illecti male prius ab Agathonico, erudierunt semetipsos vel nunc, tantos modos tormentorum experti?* Ipsi autem reipsa cœlestes milites dixerunt: *Ab initio diximus tibi, et ecce idem etiam nunc dicimus : parati sumus pro nomine Christi mori, propter quem omnia reliquimus quæ in mundo sunt; et reputati sumus ut oves occisionis propter ipsum. Didicimus enim per servum ejus Agathonicum, quæ prædixit ipse Christus colentibus eum : Nolite timere eos qui occidunt corpus vestrum, præsides ac reges, animam vero non possunt occidere; sed ut agni procedite in medio eorum. Nam merces vestra multa in cœlo.* Tunc præses, quandoquidem non haberet quod faceret, dixit : *Quum pejorem in modum superbiatis, imperatorio decreto contradicentes, catapultis vestram nobilitatem pro meritis inhonorari jubeo, insolita nece.* Tortoribus vero velocitate multa jussum

[1] *cod.* ἧν. — [2] *cod.* πρώτερον. — [3] *cod.* ἕτοιμοί. — [4] *sic.* — [5] *hic in cod. bis* ἀπο τῶν. — [6] *sic.* — [7] *cod.* ἀποκτῆναι. *An forte pro* ἀποκτάναι? — [8] *cod.* προστάσω.

Τῶν δὲ δημίων τάχει πολλῷ τὸ κελευσθὲν ποιησάντων, ἐτελειώθησαν καὶ οὗτοι οἱ ἅγιοι ἐν χωρίῳ λεγομένῳ Ποταμοῖς· Ζήνων, Θεοπρεπὴς καὶ Ἀκίνδυνος· οἱ ἐν τριβουνάτοις Καισσαρέων [1].

9. Ὁ δὲ ἄρχων ἐπειγόμενος [2] ἀφικέσθαι πρὸς τὸν βασιλέα, ἦλθεν πλησίον Χαλκηδόνος. Καί τινες τῶν μιερέων [3] σύν τισιν [4] καπικλαρίοις [5] γενόμενοι πρὸς αὐτὸν ἐνεφάνισαν, λέγοντες αὐτῷ ὅτι τὸν ἄκρον ἐν χριστιανοῖς Σεβηριανὸν ἀπὸ πλείστων χρόνων γηρόδεσμον [6] τιμώρησαι [7]· ἀφ' οὗ γὰρ ἡ μεγαλόφρων Εὐφημία ἐκ τοῦ ἄκρου τῆς Βιθυνίας ἐλήφθη, ἔκτοτε καὶ μέχρι τοῦ νῦν ἐν τῇ φυλακῇ ὤν, οὐ παύεται διδάσκων καὶ ἀναπείθων τοὺς ὄχλους· ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τὴν θαυμαστὴν Εὐφημίαν οὗτος ἐπέρρωσε ἐν τῇ πίστει αὐτοῦ. Λέγει αὐτῷ ὁ ἄρχων· Σὺ εἶ Σεβηριανός, ὁ ἀποστατῶν καὶ τοῖς πειθαρχοῦσιν τὸ τοῦ βασιλέως πρόσταγμα ἀναπείθων [8]; Ὁ ἅγιος Σεβηριανὸς εἶπεν· Οἱ ἅγιοι τοῦ Χριστοῦ ἀπόστολοι ἐδίδαξαν ἡμᾶς ἀπέχεσθαι εἰδώλων καὶ πνικτῶν καὶ πορνείας καὶ αἱμάτων, καὶ ἐν φόβῳ δουλεύειν Θεῷ. Ὁ κόμης λέγει· Τί οὖν; ἡμεῖς οἱ τὰ πατρῷα ἔθη ποιοῦντες ἀπολούμεθα [9]; Καὶ ὁ ἅγιος πρὸς αὐτόν· Ναί, φησὶν [10], εἰ μὴ μετανοήσετε [11]· μέλλει γὰρ ὀργὴ ἀπ' οὐρανοῦ ἔρχεσθαι ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῆς ἀπειθείας, τοὺς μὴ φοβουμένους Ἰησοῦν Χριστόν, τὸν Υἱὸν τοῦ

facientibus, consummati sunt et hi sancti in loco dicto Potamis: Zeno, Theoprepes et Acindynus, tribunitiæ potestatis in civibus Cæsareensibus.

9. Præses vero properans pervenire ad imperatorem, venit prope Chalcedonem. Et quidam impii sacrificuli cum quibusdam claviculariis affuerunt ei, ac delationem fecerunt, dicentes ei virum magnum in christianis, Severianum, a plurimo tempore senio constrictum, puniret: *Ex quo enim magnanima Euphemia ex vertice Bithyniæ comprehensa fuit, ex tunc et usque nunc in custodia degens non cessat docere et persuadere turbas, verum etiam ipsam admirabilem Euphemiam hic confirmavit in fide sua.* Dicit ei præses: *Tu es Severianus, qui desertionem fecisti, et obedientes imperatoris decreto persuasionibus avertens?* Sanctus Severianus dixit: *Sancti Christi apostoli docuerunt nos abstinere ab idolis et a suffocatis et fornicatione et sanguinibus, atque in timore servire Deo.* Comes dixit: *Quid ergo? Nos paternos ritus facientes peribimus?* Et sanctus ad ipsum: *Prorsus,* inquit, *nisi pœnitentiam faciatis. Nam ira a cœlo ventura est super filios infideli-*

[1] *sic.* — [2] *cod.* ἐπιγόμενος. — [3] *sic.* — [4] *cod.* σὺν τισὶν. — [5] *cod.* καπηκλαρίοις. — [6] *sic. Sensus dubius.* — [7] *cod.* τιμώρησε. — [8] *sic.* — [9] *cod.* ἀπωλούμεθα. — [10] *cod.* ναί φησιν. — [11] *cod.* μετανοήσεται.

Θεοῦ· ὅτι καὶ ὡς θῆρες οὗτοι κατέφαγον τὸν Ἰακὼβ, καὶ τὸν τόπον αὐτοῦ ἠρήμωσαν· δόντες καὶ τὰ θνησιμαῖα τῶν δούλων αὐτοῦ βρώματα τοῖς πετεινοῖς τοῦ οὐρανοῦ. Ὁ ἄρχων λέγει· Οὐ φείσεταί σου τὸ βασιλικὸν γράμμα. Παραδοθήτω οὖν οὗτος, πρὸς τοὺς σπεκουλάτορας ἀπιδὼν [1], τῇ
5 διὰ ξίφους τιμωρίᾳ. Οἱ δὲ παραλαβόντες αὐτὸν ἀπήγαγον, τῶν καπικλαρίων [2] βοώντων σύν τισιν [3] μιερεῦσιν πρὸς τοὺς σπεκουλάτορας· Θᾶττον ἀπαλλάξατε αὐτὸν τοῦ ζῆν. Καὶ γὰρ πολὺ [4] πλῆθος ἔπεισεν τῶν θεῶν ἀποστῆναι καὶ τῷ αὐτοῦ Θεῷ προσελθεῖν· ὁμοίως καὶ πολλοὺς τῶν ἀρχόντων· ὥστε διδασκαλεῖον γενέσθαι παρ' αὐτοῦ τὸ δεσμωτήριον καὶ
10 ὅλον τὸ πραιτώριον τοῦ ὁπλοφόρου [5] Δαρείου, καὶ σχεδὸν δι' αὐτοῦ καθαιρεῖσθαι τὴν δόξαν τοῦ θεοῦ ἡμῶν Ἄρεως. Τούτων οἱ σπεκουλάτορες ὡς ἤκουσαν, εὐθὺς πολλῷ τῷ τάχει οὐ μακρὰν αὐτὸν ἀπαγαγόντες, ἀνεῖλον. Οἱ μέντοι χριστιανοὶ αὐτῇ τῇ ὥρᾳ, τοῦ ἄρχοντος ἐπὶ τὸ πέραμα ταχύναντος, τὸ λείψανον τοῦ ἁγίου νυκτὸς κομισάμενοι, ἀξίως ἐκήδευσαν,
15 ἐντίμως καταθέμενοι αὐτὸ [6], δοξάζοντες τὸν Θεὸν τὸν δόντα αὐτὸν αὐτοῖς ἐν τοσούτοις ἔτεσι, κατατρυφᾶν τῆς θείας αὐτοῦ διδασκαλείας.

10. Οἱ οὖν λοιποὶ τῶν ἁγίων εἰς τὸ Βυζάντιον ἐλθόντες, ἐπὶ τοῦ βουλευτηρίου ἀνεκρίνοντο. Εἰπόντος δὲ τοῦ ἄρχοντος τὸν ἔξαρχον τῶν χρι-

tatis, non timentes Jesum Christum, Filium Dei; quia ut feræ, hi devoraverunt Jacob, et locum ejus desertum fecerunt, dederuntque mortalia servorum ejus escam volatilibus cœli. Præses dicit : *Non parcet tibi imperatoria epistola. Tradatur igitur hic, ad spiculatores avertens oculos, gladii pœnæ.* Hi vero arripientes eum abduxerunt, clavicularіis clamantibus cum quibusdam impiis sacrificulis ad spiculatores : *Citius expellite ipsum e vita. Etenim magnæ multitudini persuasit ut a diis deficerent, et suo ipsius Deo accederent. Pari modo vel multis eorum qui præsunt; ita ut schola factus sit ab ipso carcer et universum prætorium satellitis Darii, et tantum non per eum prostrata sit gloria dei nostri Martis.* Quos spiculatores quum audiissent, statim multa celeritate nec longe abductum eum interemerunt. Christiani quidem eadem hora, præside ad trajectum festinante, reliquias sancti noctu portantes, digne curaverunt, honorifice parentantes ipsi, glorificantes Deum, qui dederat eum iis tot annos, ad fruendum divina ejus doctrina.

10. Reliqui ergo sanctorum Byzantium venerunt, atque in curia inter-

[1] *cod.* ἀπειδών. — [2] *ut pag. præc., lin. 5.* — [3] *cod.* σὺν τισὶν. — [4] *cod.* πολλὺ. — [5] *cod.* ὁπλοφόρου. — [6] *cod.* αὐτῶι, *littera* ι *ad latus adscripta, ut passim in hoc codice.*

στιανῶν Ἀγαθόνικον ἐξετάζεσθαι, τὸ βουλευτήριον λέγει· Τὸ εὐγενές σου, Ἀγαθόνικε, πᾶσιν εὔδηλον, καὶ ἡ σοφία σου ἀνεκλάλητος. Λείπεται οὖν ἰδεῖν ἡμᾶς καὶ τὸ εὐπειθές σου. Ὁ ἅγιος Ἀγαθόνικος παρρησίᾳ πολλῇ [1] πρὸς αὐτοὺς εἶπεν· Ἐδιδάχθημεν μὴ πορευθῆναι ἐν βουλῇ ἀσεβῶν, καὶ ἐν ὁδῷ ἁμαρτωλῶν μὴ στῆναι, καὶ ἐπὶ καθέδραν λοιμῶν μὴ 5 καθεσθῆναι, ἀλλ' ἐν πίστει Χριστοῦ τελειωθῆναι. Τὸ βουλευτήριον ἔφη· Εἰ Θεὸς καὶ βασιλεύς ἐστιν ὃν σὺ ὁμολογεῖς, πῶς ὑπὸ Ἰουδαίων ἀνῃρέθη; πῶς δὲ καὶ τοὺς ὡς σὺ νῦν τοῖς θεοῖς ἀντιλέγοντας οὐκ ἐρρύσατο, ἀποκτενομένους [2] ὑπὲρ αὐτοῦ; Πείσθητι τοίνυν, καὶ μὴ μωρίᾳ χρῶ. Ὁ ἅγιος ἔφη· Ἐπειδὴ τῇ τοῦ ξύλου βρώσει διὰ τοῦ Ἀδὰμ μέχρις ἀναδεί- 10 ξεως Χριστοῦ ἐκράτει [3] ἀνθρώπων ἡ ἁμαρτία καὶ τῷ θανάτῳ παρέπεμπεν· τούτου χάριν ὁ ἀγαθὸς ἡμῶν Θεὸς Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς κατεδέξατο παθεῖν ὑπὲρ τῶν ἀγνωμόνων καὶ τῷ τοῦ σταυροῦ ξύλῳ προσηλωθῆναι· ἵνα ὥσπερ ἡ ἁμαρτία διὰ ξύλου βρῶσιν ἐπεισῆλθεν τῷ κόσμῳ, οὕτως πάλιν τοῦ κόσμου διὰ ξύλου ἀπαλλοτριωθῇ [4]. Τότε οἱ 15 δικασταὶ Βυζαντίου γνώμῃ τοῦ ἄρχοντος ἐξαγαγόντες τὸν ἅγιον ἔξω τῆς πόλεως ἐν τόπῳ εὐσήμῳ ἐν τῷ περιτειχίσματι, σπαθίζειν αὐτὸν τοῖς δημίοις προσέταττον. Τῶν δὲ σαρκῶν τοῦ ἁγίου ἀπηνῶς [5] οὕτω σπαθιζο-

rogabantur. Dicente autem præside in rectorem christianorum Agathonicum inquiri, curia dicit : *Nobilitas tua, Agathonice, omnibus manifesta est, et sapientia tua ineffabilis. Restat ergo videre nos obedientiam tuam.* Sanctus Agathonicus libertate multa ad eos locutus est : *Docti sumus non ire in consilium impiorum, et in via peccatorum non stare, et in cathedra pestilentorum non sedere, sed in fide Christi consummari.* Curia dixit : *Si Deus et rex est quem tu confiteris, quomodo a Judæis sublatus est? Quomodo autem eos qui ut tu nunc diis contradicunt, non servavit, occisos pro ipso? Obedi nunc, neve stultitia utere.* Sanctus dixit : *Quoniam ligni (fructus) manducatione per Adam usque ad ostensionem Christi dominatum fuit hominibus peccatum et morti tradidit, idcirco bonus noster Deus Jesus Christus suscepit pati pro nobis ignaris, et crucis ligno clavis affigi; ut, quemadmodum peccatum per ligni esum intravit in mundum, sic iterum e mundo per lignum extruderetur.* Tunc judices sententia præsidis eduxerunt sanctum extra urbem in locum insignem in promœnia, et spathula eum agitare tortores jusserunt. Carnibus sancti crudeliter ita spathula agitati humi cum sanguine decidentibus, ita ut nuda ejus ossa relinquerentur,

[1] *cod.* παῤῥησία πολλή. — [2] *sic.* — [3] *cod.* ἐκράτη. — [4] *cod.* ἀπάλλωτριωθεῖ. — [5] *cod.* ἀπεινῶς.

μένου τῇ γῇ σὺν τῷ αἵματι καταπιπτόντων, ὥστε γυμνῶν αὐτοῦ τῶν ὀστέων [1] καταλειφθῆναι, ὁ τοῦ Χριστοῦ ἀθλητὴς τῇ πρὸς Θεὸν αὐτοῦ διαπύρῳ ἀγάπῃ νευρούμενος, ὡς ἄλλου τινὸς πάσχοντος, πρὸς τὰς βασάνους διεκεῖτο· ἐδείκνυε δὲ καὶ τὸ σταθερὸν τῆς γνώμης διὰ τοῦ
5 λόγου. Ἔλεγεν γὰρ τοῖς σὺν αὐτῷ· Οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλύπτεσθαι. Εἰ γὰρ ἀποθνήσκομεν ἐν πίστει Χριστοῦ, πάντως καὶ εἰς ζωὴν αἰώνιον μετὰ Χριστοῦ ἐσόμεθα [2]. Ὥστε τὸ ἐν τοῖς πόνοις καρτερὸν τοῦ ἁγίου καὶ τὸ γενναῖον αὐτοῦ καὶ θερμὸν ἐν τῇ πίστει πολλοὺς τῶν Βυζαντίων εἰδότας, πιστεῦσαι τῷ
10 Χριστῷ καὶ στρατιωτικοὺς καὶ βουλευτάς.

11. Μαθὼν δὲ ὁ ἄρχων μηκόθεν ὄντα τὸν βασιλέα, βερίδοις χρήσασθαι ἔσπευσεν, καὶ γενόμενος πλησίον Σηλυμβρίας, καὶ φθάσας αὐτὸν εἰς ἄμμους, εὐθὺς ἀναφέρει αὐτῷ πάντα τὰ κατὰ τοῦ ἁγίου Ἀγαθονίκου [3] καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἁγίων, καὶ παρέστησεν αὐτοὺς ᾐκισμένους. Ὁ δὲ
15 Μαξιμιανὸς ἰδὼν τὸν ἅγιον Ἀγαθόνικον, ἐχαρακτήρισεν εἶναι αὐτὸν συγγενέα αὐτοῦ, καὶ τοῦτο ἐρευνήσας καὶ ἀληθῶς εἶναι γνούς, εἰπόντος αὐτῷ καὶ τοῦ ἄρχοντος ὡς· εἰ μὴ συγγενέα τοῦ κράτους σου τοῦτον ἔγνων κἀγώ [4], οὐκ ἂν ἠξίουν φειδοῦς [5], ἐπεὶ πολλὰ τῶν χριστιανῶν πλήθη κατὰ τὴν θείαν σου πρόσταξιν τῷ θανάτῳ παρέπεμψα. Καὶ ὁ βασιλεὺς

Christi athleta in Deum suum ignita caritate roboratus, ut alio quodam patiente, erga tormenta afficiebatur, monstrabatque firmitatem animi per sermonem. Dicebat enim suis : *Non dignæ sunt passiones præsentis temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur. Si enim morimur in fide Christi, omnino etiam in vita æterna cum Christo erimus.* Ita ut in laboribus animositatem sancti ac nobilitatem ejus atque ardorem in fide multi Byzantiorum scientes, crederent in Christum, tam ex militaribus quam ex curialibus.

11. Discens vero præses e longinquo adesse imperatorem, veredis uti festinavit, et appropinquans Selymbriæ, præcedensque ipsum in arenam, statim refert ei omnia, quæ sanctum Agathonicum et socios ejus sanctos spectabant, et exhibuit eos supplicio affectos. Maximianus autem cum vidisset sanctum Agathonicum, e charactere intellexit esse eum cognatum suum, quod et inquisivit et verum esse cognovit, dicente ipsi præside, quod *Si non cognatum potestatis tuæ eum agnovissem et ego, non dignatus fuissem parcere ei, quum magnas christianorum multitudines juxta divinum tuum mandatum morti tradidissem.* Et imperator ad sanctum dixit : *Quid ita, Agathonice?*

[1] *cod.* ὀστέων. — [2] *cod.* ἐσώμεθα. — [3] *cod.* τὸν ἅγιον Ἀγαθόνικον. — [4] *cod.* καγὼ. — [5] *cod.* φειδούς.

πρὸς τὸν ἅγιον ἔφη· Τί ὧδε, Ἀγαθόνικε; Ὁ δὲ εἶπεν· Διὰ Χριστὸν τὸν σωτῆρα ἡμῶν, θέατρον ἐγενήθημεν τῷ κόσμῳ καὶ ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώποις· καὶ διήλθομεν [1] ἐξ ἔθνους εἰς ἔθνος καὶ ἐκ βασιλείας εἰς λαὸν ἕτερον [2]. Οὐ γὰρ ἐπαισχύνομαι τὸ εὐαγγέλιον [3], ὅτι δύναμις Θεοῦ ἐστιν εἰς σωτηρίαν παντὶ τῷ πιστεύοντι. Γέγραπται δὲ ὅτι ἑκάστου [4] τὰ ἔργα ὁποῖά εἰσιν [5] φανήσονται παρερχόμενα διὰ τοῦ πυρός. Καὶ ἐροῦσιν οἱ ἄπιστοι ἐν ἐκείνῃ τῇ φοβερᾷ [6] ἡμέρᾳ· Οὐαὶ ἡμῖν, τί ποιήσομεν [7]; Ὅτι εἰ ἐν τῷ ὑγρῷ οὕτως ἀναλίσκει τὸ πῦρ, τί ποιήσει ἐν τῷ ξηρῷ; Διὸ καὶ παμφάγον κέκληται ἐκεῖνο [8] τὸ πῦρ, καὶ ἄσβεστόν ἐστι καὶ ἀτελεύτητον. Διὰ τοῦτο, βασιλεῦ, πείσθητί μοι καὶ σώθητι ἀπὸ τῆς πονηρᾶς γενεᾶς [9] ταύτης. Τῶν γὰρ ἀσεβῶν ὁ θάνατος, ὡς γέγραπται, πονηρός· τῶν ὁσίων δὲ τίμιος. Τοῦ γὰρ ἀποστόλου Παύλου [10] ἀποκεφαλισθέντος διὰ Χριστὸν, γάλα ἀντὶ αἵματος ἐρραντίσθη [11] εἰς τοὺς χιτῶνας τῶν ἀποκεφαλισάντων αὐτόν· τοῦ δὲ Φαραὼ καὶ Ἡρώδου καὶ τῶν λοιπῶν βασιλέων τῶν ἐν ἀσεβείᾳ ζησάντων ἐρεύνησον τὰ ἔσχατα, καὶ εὑρήσεις αὐτοὺς θρήνων πολλῶν καὶ ὀδυρμῶν ἀξίους, ὅτι οὐ μόνον ὧδε [12] τὸν ἀληθῆ [13] Θεὸν ἀγνοήσαντες [14] δίκην ἔδοσαν [15], ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι τῇ αἰωνίᾳ κολάσει παρεδόθησαν.

Hic vero dixit : *Propter Christum, servatorem nostrum, spectaculum facti sumus mundo et angelis et hominibus; et pertransivimus ex gente in gentem, et ex regali aula in populum alterum. Non enim erubesco evangelium, quia virtus Dei est in salutem omni credenti. Scriptum autem est quod uniuscujusque opera, qualia sunt, manifesta fiunt transgredientia per ignem. Et dicent increduli in illo tremendo die : Væ nobis, quid faciemus? Quia, si in viridi sic consumit ignis, quid faciet in arido? Quapropter et omnia devorans vocatus est ille ignis, et inextinguibilis est et immortalis. Propter hoc, imperator, crede mihi, et servare ab perversa generatione hac. Impiorum enim mors, ut scriptum est, mala; sanctorum vero pretiosa. Apostolo enim Paulo capite plexo propter Christum, lac pro sanguine stillavit super vestes eorum qui caput amputabant ei; Pharaonis autem et Herodis et reliquorum regum qui in impietate vixerunt, investiga extrema, et invenies eos luctu multo ac lamentis dignos, quia non modo hic verum Deum ignorantes pœnas dederunt, verum etiam in futuro ævo æternis suppliciis traditi sunt.*

12. Maximianus ergo imperator multa quoque alia his terribiliora

[1] *cod.* διῆλθωμεν. — [2] *cod.* ἕτερον. — [3] *cod.* εὐάγγέλιον. — [4] *cod.* ἑκάστου. — [5] *cod.* ὁποῖα εἰσὶν. — [6] *cod.* φοβερὰ. — [7] *cod.* ποιήσωμεν. — [8] *cod.* ἐκείνο. — [9] *cod.* γενεὰς. — [10] *cod.* Παῦλου. — [11] *cod.* ἐραντίσθη. — [12] *cod.* ὦδε. — [13] *cod.* ἀληθεῖ. — [14] *cod.* ἀγνωήσαντες. — [15] *cod.* ἔδωσαν.

12. Μαξιμιανὸς οὖν ὁ βασιλεὺς πολλὰ καὶ ἕτερα τούτων φρικτότερα παρὰ τοῦ ἁγίου Ἀγαθονίκου ἀκούσας, μόλις ποτὲ ἀπεφήνατο κατ' αὐτοῦ, λέγων· Ἐπεὶ οὖν εἰς οὐδέν σοι τὰ παρ' ἡμων λεχθέντα λελόγισται, καὶ τίμιον ἀποκαλεῖς τὸν θάνατον ὃν οἱ σεβόμενοι τὸν λεγόμενον Χριστὸν 5 θνήσκουσιν, λήψῃ καὶ αὐτὸς τοῦτον κατὰ τὴν ἔφεσίν σου; καὶ ἀπὸ τοῦ νῦν παύσω τὸν κατὰ χριστιανῶν διωγμὸν, ἕως γνῶ ὅτι ἃ εἶπας φοβερὰ, ἀληθῆ ἐστιν. Ὁ δὲ ἅγιος μάρτυς τοῦ Χριστοῦ Ἀγαθόνικος, λαβὼν τὴν τοιαύτην ἀπόφασιν, χαίρων καὶ ψάλλων ἀπῄει, σὺν τοῖς συνοῦσι αὐτῷ μάρτυσι, ἐπὶ τὸν τῆς τελειώσεως τόπον, Εὐλογητὸς Κύριος, λέγων, ὃς 10 οὐκ ἔδωκεν ἡμᾶς εἰς θήραν [1] τοῖς ὀδοῦσιν αὐτῶν. Ἡ ψυχὴ ἡμῶν ὡς στρουθίον ἐρρύσθη ἐκ τῆς παγῖδος τῶν θηρευόντων· ἡ παγὶς συνετρίβη, καὶ ἡμεῖς ἐρρύσθημεν. Ἡ βοήθεια ἡμῶν ἐν ὀνόματι Κυρίου τοῦ ποιήσαντος τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. Ταῦτα αὐτοῦ προσευξαμένου, κλίνας τὸν τίμιον αὐτοῦ αὐχένα, ἀπετμήθη τὴν ἁγίαν αὐτοῦ κεφαλὴν, σὺν τῷ πρίγκιπι καὶ 15 ἄλλοις πλείοσι χριστιανοῖς, ὧν τὰ ὀνόματα ἐν βίβλῳ ζωῆς. Ἐτελειώθη δὲ τὸ μαρτύριον τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου μεγαλομάρτυρος Ἀγαθονίκου καὶ τῆς συνοδίας αὐτοῦ μηνὶ αὐγούστῳ, εἴκαδι δευτέρᾳ, ἐπὶ βασιλείας Μαξιμιανοῦ τοῦ ἀσεβεστάτου· κατὰ δὲ ἡμᾶς βασιλεύοντος τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος νῦν καὶ 20 ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας [2] τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ab ipso sancto Agathonico quum audivisset, ægre aliquando sententiam in eum dedit, dicens: *Quum igitur nihili a te, quæ a nobis dicta sunt, reputentur, et honorabilem appelles mortem, quam colentes eum qui dicitur Christus, moriuntur, accipies et ipse eam juxta desiderium tuum, et ex nunc cesso contra christianos persecutionem, donec cognoscam ea quæ dixisti tremenda, vera esse.* Sanctus autem martyr Christi Agathonicus, accepta hujusmodi sententia, gaudens et psallens abiit, cum sociis suis martyribus, in consummationis locum, *Benedictus Dominus,* dicens, *qui non dedit nos in prædam dentibus eorum. Anima nostra ut passer erepta est de laqueo venantium; laqueus contritus est, et nos liberati sumus. Auxilium nostrum in nomine Domini, qui fecit cœlum et terram.* Hæc ipso orante, inclinato venerabili collo, amputatum fuit sanctum ejus caput, cum principe et aliis plurimis christianis, quorum nomina in libro vitæ. Consummatum est martyrium sancti ac gloriosi in martyribus magni Agathonici et societatis ejus, mense Augusto, vigesima secunda, imperante Maximiano impiissimo, apud nos vero regnante magno Deo ac servatore nostro Jesu Christo, cui gloria et potestas nunc et semper et in secula seculorum. Amen.

[1] *cod.* θῆραν. — [2] *cod.* αἰώνας.

ACTA INQUISITIONIS
DE VIRTUTIBUS ET MIRACULIS
S. HILDEGARDIS,
MAGISTRAE SORORUM ORD. S. BENEDICTI IN MONTE S. RUPERTI JUXTA BINGIUM AD RHENUM.

Ex originali archetypo transcripsit notisque illustravit

Dr. PETRUS BRUDER,

CAPELLANUS BINGII AD RHENUM.

De S. Hildegarde agunt Bollandiani tom. V Septemb., pag. 629-701, et multo prolixius Schmelzeis, *Das Leben und Wirken der H. Hildegardis* (1). Sacra hæc et illustris virgo anno Domini 1147 cœnobium monialium in monte S. Ruperti ad sinistram Nahæ fluvii ripam juxta oppidum Bingium construxit. Tunc temporis mons S. Ruperti ad archidiœcesim Moguntinam pertinebat; modo ad Trevirensem diœcesim et ad regnum Borussiæ, speciatim vero ad districtum Confluentinum pertinet. Monasterio illo a Suecis a. 1632 combusto, moniales in alterum monasterium transmigrarunt, quod eadem S. Hildegardis in vico Eibingen prope Ruedesheim ad dexteram Rheni ripam fundaverat. Inter alias res sacræ virgines etiam manuscriptos sanctæ suæ fundatricis codices, chartas, diplomata et alia id genus monumenta scripta secum transtulerunt. Anno 1814 hoc monasterium Eibingense a gubernio Nassovicensi dissolutum est. Chartas, diplomata, etc. hujus cœnobii prædictum gubernium in urbem Wiesbaden transvehi jussit, unde in archivum publicum, quod in oppido Nassovicensi, *Idstein* dicto, conditum erat, asportata sunt. Postquam vero ducatus Nassoviæ anno 1866 regno Borussiæ annexus est, accidit ut ea acta et monumenta scripta, quæ specialiter res historicas monasterii in monte S. Ruperti continent, Confluentiam in archivum publicum transferrentur, ubi hodiedum asservantur.

Pervolventi mihi anno currente (1882) in præfato archivo Confluentino chartas, diplomata, etc. monasterii Rupertini, occurrit etiam instrumentum illud originale

(1) Friburgi in Brisgovia. Sumptibus Herder. 1879.

seu authenticum, quod anno 1233, die 16 Decembris, tres canonici Moguntini de virtutibus et miraculis S. Hildegardis, ad effectum canonizationis ejusdem Sanctæ, jussu Gregorii IX summi pontificis confecerunt.

Est autem instrumentum istud originale ex charta pergamena confectum, 0,78 met. longum, 0,25 met. latum. In anteriore pagina 97 lineæ integræ, in posteriore pagina 22 lineæ integræ et 42 lineæ dimidiatæ scriptæ sunt. In posterioris paginæ fine hæc verba leguntur : " Canonizatio Sanctæ Hildegardis vnd „ Zeugnus grosser Miracul vf S. Ruprechtsberg (1). „ Tria inquisitorum sigilla sæpe dicto instrumento filis affixa hodiedum conspiciuntur, quorum unum violaceo panniculo lineo, alia duo albis panniculis lineis insuta sunt.

Hanc chartam authenticam sigillis suis munitam inquisitores Moguntini Romam ad Gregorium IX transmiserunt, qui testium depositiones haud accurate exceptas neque ad normam inquisitoribus a se traditam conscriptas esse invenit. Quare idem pontifex instrumentum remisit atque novis inquisitoribus (litteris datis a. 1237 die 6 Maii (2)) denuo mandavit, " quatenus (inquit pontifex) in inquisitione præfata dili- „ genter ac provide juxta formam illis traditam procedentes, quæ inveneritis, sub „ sigillis vestris distincte ac prudenter exposita usque ad nostrum beneplacitum „ fideliter conservetis. „

Jamvero certum est, inquisitores novum instrumentum usque ad Innocentii IV pontificatum ad sedem apostolicam non misisse. Nam in litteris a. 1243 die 24 Novembris datis (3) scribit Innocentius IV, prædecessorem suum Gregorium IX inquisitoribus mandasse, ut novam inquisitionem in miracula S. Hildegardis instituerent. Tum prosequitur pontifex : " Quocirca mandamus, quatenus, si processistis „ in inquisitione hujusmodi,... processum ipsum sub sigillis vestris nobis transmit- „ tere studeatis. „ Ergo constat quod supra dixi.

Tum subdit idem pontifex : " Alioquin (i. e. si non processistis in inquisitione a „ Gregorio IX imperata) de prædictis omnibus et novis miraculis, si qua fecisse „ (S. Hildegardis) dicitur, necnon de vita ipsius per fide dignos inquirentes sollicite „ veritatem, dicta ipsorum testium, quos singillatim examinare curetis, prout „ eorum quilibet per se coram vobis pure, simpliciter et distincte ac ordinate, „ quod super prædictis omnibus sciverit, deposuerit, faciatis cum attentione con- „ scribi, nobis illa sub sigillis eisdem fideliter remittentes. „

Porro hoc novum mandatum pontificium inquisitores executi esse videntur. Quod quidem ex ipso instrumento materialiter spectato, quale nimirum nunc se oculis inspicientis præbet, fere certo eruitur. Nam in spatio vacuo, quod inter singulas lineas scriptas interpositum est, saltem quinquaginta tres emendationes seu verius additiones inscriptæ, duo integra incisa atramento deleta, ad calcem vero instrumenti, post notam temporis, qua originale anno 1233 conclusum est, quadraginta duæ lineæ dimidiatæ post annum 1233 additæ sunt, in quibus narratur saltem

(1) Latine : et testimonia magnorum miraculorum in S. Ruperti monte. — (2) Typis impressæ sunt apud Wuerdtwein, *Nova subsid. diplom.*, IX, 12. — (3) Impressæ sunt apud Wuerdtwein, *Nova subsid. diplom.*, IX, 34.

unum miraculum quod absque dubio post primam inquisitionem anni 1233 accidit; referuntur itidem plura miracula quæ anno 1233 aut nondum evenerant aut ab inquisitoribus prætermissa erant; repetuntur tandem nonnulla facta clarius atque distinctius, quam anno 1233 ab inquisitoribus conscripta erant. Ex dictis concludere licebit, inquisitores Moguntinos instrumentum anno 1233 confectum, in pluribus emendasse et auxisse, ac prorsus novum de virtutibus et miraculis S. Hildegardis instrumentum conscripsisse, quod ad sedem apostolicam transmitterent.

Quæ omnia ut lectori clare pateant, eas additiones quas inter lineas inscriptas esse dixi, in præsenti editione uncis rotundis, duo autem incisa atramento deleta et appendicem in fine instrumenti appositam uncis rectangularibus inclusi.

Transcribam nunc ad verbum textum instrumenti, cui nonnullas notas historicas et geographicas subjiciam; non vero adnotabo lectiones variantes bene multas, quibus editio hujus instrumenti Bollandiana (1) ab archetypo discrepat. Namque Bollandiani tantummodo majorem hujus instrumenti partem ex codice manuscripto Bodecensis cœnobii Regularium S. Augustini (diœcesis Paderbornensis) ediderunt. Quod quidem apographon (uti primo statim intuitu liquet) plurimis et passim gravibus mendis scatet: quæ ratio me movit, ut novam, integram, accuratam ex ipso archetypo, hactenus hagiologis prorsus ignoto, editionem facerem. Itaque textus archetypi hic est:

Sanctissimo patri ac domino G. (2) sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ summo pontifici, G. (3) præpositus majoris ecclesiæ, W. (4) decanus et A. (5) scholasticus sancti Petri Maguntiæ tam devota quam debita cum pedum osculo reverentia. Sanctitatis vestræ mandatum recepimus in hunc modum: 5

Gregorius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis ... præposito majoris ecclesiæ, ... decano et ... scholastico sancti Petri Maguntiæ salutem et apostolicam benedictionem.

Mirabilis Deus in sanctis suis vitam sanctam eorum qui in lacrimis seminaverunt, miraculorum virtute confirmat, quasi signis sequentibus indicans quod eis pro meritis gloriam tribuat sempiternam. 10 Sane supplicarunt nobis dilectæ in Christo filiæ abbatissa et sorores monasterii sancti Ruperti de *Pinguia* Maguntinensis diœcesis, ut,

(1) Cfr. *Act. SS.* Bolland., tom. V Sept., pag. 697 sqq., ubi etiam notæ historicæ, etc. videri possunt, quas brevitatis causa non repeto. Errores, qui cum in textu tum in notis Bollandianorum occurrunt, facile ex textu præsentis editionis corrigi possunt. Notandum insuper, inter chartas monasterii Rupertini asservari apographon archetypi forte sæculo XVII vel XVIII scriptum. — (2) Gregorio. — (3) Gerbodo, qui ab a. 1223 ad a. 1235 præpositus. Cfr. Joannis, *Rer. Mogunt.* II, 273. — (4) Waltherus decanus S. Petri occurrit a. 1217 et 1245. Cfr. Joannis, op. cit., pag. 495. — (5) Arnoldus occurrit a. 1216 et adhuc a. 1234. Cfr. Joannis, op. cit., pag. 502.

cum per merita sanctæ memoriæ Hildegardis [1], abbatissæ monasterii memorati, multa miracula Deus hactenus operatus fuerit et adhuc operari dignetur, et eadem per Spiritus sancti revelationem, quæ præter psalterium litteras non didicerat, multos libros composuerit,
5 quos dignum est in notitiam Ecclesiæ Romanæ deduci, nos, qui de laudabili et sancta conversatione ipsius audierimus, dum in minori constituti officio una cum bonæ memoriæ L. (1) tituli sanctæ Crucis presbytero cardinali legatione in partibus Alemmaniæ fungeremur, deberemus nunc eam exaltare in terra, quam Dominus honoravit
10 in cœlis, canonizantes eam videlicet et sanctorum catalogo asscribentes; ac libros ejusdem ad nos mandaremus afferri, auctoritatem eis, ut recipiantur ab omnibus, impensuri. Cum igitur lumen in tenebris latere non debeat, neque civitas posita super montem abscondi, sed proferenda sint in lucem quæ Deus per ejus merita operatur,
15 cum sic dicatur coruscasse miraculis, ut sancta ab omnibus habeatur in partibus supradictis: nos inclinati supplicationibus prædictarum, quæ negligenda [2] non credunt, quod tanto est indicio manifestum, per apostolica vobis scripta mandamus, quatenus de ipsius vita, conversatione, fama, meritis et miraculis et generaliter de omnibus
20 circumstantiis per testes fide dignos inquiratis vice nostra diligentius veritatem, quod inveneritis nobis sub sigillis vestris fideliter exponentes, et prædictos libros nobis sub sigillis eisdem per fidelem nuntium destinantes. Quodsi non omnes his exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nihilominus exequantur.
25 Datum Laterani VI kalendas februarii. Pontificatus nostri anno primo (2).

Nos igitur hujus auctoritate mandati ad monasterium sancti Ruperti personaliter accedentes, testes fide dignos recepimus in hunc modum de vita, conversatione, fama, meritis et signis ac aliis circum-
30 stantiis beatæ Hildegardis, numerositatem testium refutantes, cum potius tempus quam testium copia non possit haberi.

Magistra sancti Ruperti in Pinguia, Elysa nomine, jurata, de miraculis beatæ Hildegardis protestatur, quod viderit Metthildem [3] (nomine de vico *Leb'hm* (3)) apud tumbam beatæ Hildegardis libera-

[1] *in archetypo constanter scriptum est:* Hiltegardis. *Quod generatim ad orthographiam attinet, scriptor instrumenti non manet sibi constans.* — [2] *lege:* negligendum. — [3] *in archetypo constanter scribitur:* Metthildim, Hiltegardim, *etc.*

(1) Innocentio III Ecclesiam regente, occurrit *Leo* cardin. S. Crucis, qui prius cardin. S. Luciæ fuerat. — (2) Anno 1227, die 27 Januarii. — (3) *Lege: Lebenheim,* qui est hodiernus vicus *Laubenheim* ad Naham, una hora a monasterio distans. — Monuimus in Præfat. uncis rotundis includi a nobis quæ addita sunt primitivo textui.

tam a dæmonio obsessam. (Sic etiam) vidit Reguwizem et Seguwizem, nobiles mulieres, eodem modo liberatas a dæmoniis (in præsentia beatæ Hildegardis), quæ postea servierunt in eodem monasterio per tempora vitæ suæ. Vidit etiam epilepticos [1] ibidem quamplures liberatos (quorum nomina et loca non innotescunt, Deus scit). Similiter tertionarii ac quartanarii (1) apud sepulcrum ejus ad nominis ejus invocationem sunt liberati (quorum nomina propter temporis pluritatem ignorantur). Idem jurata dicit priorissa Agnes; jurata soror magistræ idem dicit. Beatrix custodissa, Odilia cellelaria, Hedewigis conversa, juratæ idem dicunt se vidisse. Sophia cantrix idem jurata dicit. Roricus sacerdos juratus idem dicit; sed addidit quod, cum ad conjurandum venisset ipsam dæmoniacam (Metthildem), et antequam loqueretur ei, binomium ipsum vocabat, dicendo: *Henrice Rorice:* quod ante in partibus illis fuerat ignotum. Vidit etiam quatuor corvos in fenestris infra ecclesiam tunc residentes. Requirens a dæmoniaca (Metthilde) qui illi corvi essent, respondit, dicens quod socii sui, et egressum ejus exspectarent. Quo dicto, hiatum magnum faciens, fumum nigerrimum exhalavit; et sic obsessa liberata, statim non comparuerunt: quod sanior pars conventus jurata protestatur. Addidit etiam quod vidit XVIII dæmoniacos per invocationem ejusdem virginis liberatos apud ejus sepulcrum (quorum nomina et loca non innotuerunt). Daniel sacerdos juratus idem dicit. Præpositus loci ejusdem juratus idem dicit.

Requisita magistra jurata de tempore, dicit quod infra XXX annos hæc omnia contigerunt.

Beatrix custodissa de *Confluentia* jurata dixit: quod, cum esset annorum XII, oblata eidem monasterio fuit, et aliquo tempore cum beata Hildegarde vidit [2] et audivit quod sancta Hildegardis diem obitus sui publice in capitulo prædixit; et quod post mortem ejus vidit Metthildem (de castro *Pieletia)* cæcam, illuminatam per invocationem ejusdem (ea vivente) virginis. Vidit etiam mente captum (cujus nomen ignoratur) restitutum sanitati. Item vidit ancillam Mezzam (de *Veche),* quæ, cum terram ejus sepulcri deportasset et loco minus honesto locasset, a beata Hildegarde correpta et percussa sicque compulsa terram reportavit; qua reposita, et de hoc contrita statim est liberata. Vidit Clementem sororem (de vico *Drectenhusen* (2)*),* quæ nunc est, quod propter crines beatæ Hildegardis quos

[1] *in archetypo constanter scriptum est* epylentici. — [2] *sic; sensus requirere videtur* vixit.

(1) Id est, laborantes febri tertiana vel quartana. Hæ voces rursus occurrunt infra. — (2) Nunc *Trechtingshausen* ad Rhenum, sesqui hora a monasterio distans.

fratri suo dederat, flagellata fuit ab eadem (beata H.), donec crines fuerunt restituti. Vidit etiam laicam mulierem (ejus nomen ignoratur), cui superexcreverat os in crure, quod ire non potuit. Eodem osse beatæ Hildegardis crinibus linito, statim os evanuit, et sic statim est curata. In istis tribus (ultimis) articulis major pars et sanior capituli requisita jurata concordat. Vidit etiam eum (militem Hermannum Maguntinum), qui ex indignatione beatam Hildegardem trusit pede, pede privatum per flagellum Dei.

Hoc idem dicit celleraria jurata, quæ beatæ virgini commorabatur sex annis et amplius, adjiciens, quod quædam tertionaria (1) (cujus nomen nescitur) ejus auxilium implorans, ipsa aquam per calceum suum eidem transmisit; qua gustata, statim curata est. Adjecit etiam quod, cum duæ puellæ (Ricardis et Gerdrudis) servirent refectorio, beata Hildegardis dixit illis : *Bene cavete vobis per quatuordecim dies, et agite pœnitentiam;* et finitis illis diebus exspiraverunt. Adjecit etiam eadem de quodam clerico (Alberto de vico *Awerschm* (2)), quod ei simili modo contingeret : cui cellerariæ concordat Hedewigis conversa jurata.

Item Metthildis (de *Rudenshm* (3)) jurata dixit, quod ipsa a matre sua audivit, se esse cæcam natam; et cum beata Hildegardis ad villam *Hibingen* (4), ubi monasterium etiam fundaverat, iret visitatum, occurrit ei mater sua, eam deferens et gratiam beatæ virginis implorans; ipsa vero beata virgo, cum adhuc in navi esset, aqua Rheni (sinistra accipiens, dextra benedicens) oculos cæcæ liniens, visum ei restituit.

* [Henricus canonicus Pinguensis juratus dicit, quod crines beatæ Hildegardis duabus mulieribus infirmis apposuit, et statim liberatæ sunt de dæmoniacis.]

Hedewigis conversa jurata dicit, se hoc vere vidisse. Adjecit etiam quod beata Hildegardis quamdam puellam (Gerdrudis nomine), quæ se transmutaverat in scholarem, nomine expresso vocavit, scilicet Gerdrudem, licet eam ante non viderit, cui dixit : *Convertere ad statum meliorem, quoniam annos tuos non ultra numeravi;* ac si diceret : Hoc anno morieris. Sed cum beatam Hildegardem vidisset, compuncta confessa est se esse mulierem; et sic conversa eodem anno mortua est. Cum hac concordant superiores (primæ) juratæ. Eadem etiam puella propter ejus pulchritudinem ne a pluribus amaretur,

(1) Cfr. supra, pag. præc., nota 1. — (2) Fortasse nunc *Ebersheim*, duabus horis Moguntia distans. — (3) Nunc *Ruedesheim* ad Rhenum, oppidum fere ex opposito Bingii. — (4) Nunc *Eibingen*, ubi corpus S. Hildegardis pie colitur.

* Quid indicent unci rectangulares, vide in Præfat.

colore tetro se fuscavit, et propterea tota vicinia proclamat idem. Adjecit etiam quod, cum quædam matrona Pingensis de morte sui mariti esset suspecta, et expurgatio ferri candentis sibi indiceretur, ad beatam Hildegardem cucurrit, factum sibi indicans ; beata vero Hildegardis ferrum benedixit candens : et cum ferrum candens 5 deportaret, illæsa permansit. Cui facto publica fama concordat in civitate Pinguensi. Dixit etiam quod, cum bis ipsa (Hedewigis) in extremis laboraret, invocato ejusdem beatæ Hildegardis auxilio (statim) liberata est. Dicit etiam quod viderit, ea viva et mortua, ejus nomine invocato, dæmoniacos et epilepticos (quorum nomina igno- 10 rantur) liberatos.

Hoc idem dicit Hedewigis de *Alceia* jurata, adjiciens quod beata Hildegardis in lecto ægritudinis continue fuit ex flagello Dei, nisi cum Spiritu sancto fuit perlustrata, et cum sequentiam instinctu sancti Spiritus, quæ sic incipit : O virga ac diadema, per claustrum ambu- 15 lando decantabat. Cum qua concordat custodissa et celleraria juratæ. Item dicit quod viderit candelam ardentem super tumbam ejus (beatæ H.), cum cantabatur missa pro defunctis. Qua exstincta, evangelio incepto, per se est accensa, non semel sed sæpius. Vidit etiam hominem (cujus nomen ignorat) insanum et ligatum et dæmoniacum, 20 super tumbam ejus a quibusdam violenter detineri ; a quorum manibus tandem se exemit, et in flumine Naha, quod est in pede montis, se submersit ; et cum multi crederent eum esse mortuum circumstantes, invocata ejusdem virginis gratia, vivus est extractus. Qui se liberatum a dæmonio confessus est, et ab aqua per manicam beatæ 25 virginis (Hildegardis) esse defensum. Huic facto publica fama concordat (in *Pingia),* et major pars conventus jurata.

Rapoto, Henricus, Humbertus, cives Pinguenses, jurati dicunt, quod beatam Hildegardem viderint multis diebus, et quod dæmonia ab omnibus suæ provinciæ, et aliunde venientibus ejecerit, epilepti- 30 cos curarit (quorum nomina ignorantur), et multa alia signa, quæ fecit, et hoc ipsi viderunt, et quod de sanctitate ejus non sit dubitandum.

Hartadus juratus concordat cum prædictis ; et hoc adjecit, quod quatuor dæmoniacos et epilepticos (ignotos et quorum nomina igno- 35 rantur) per merita ejusdem virginis vidit liberatos.

Henricus (nunc defunctus), canonicus Pinguensis, juratus dicit quod crines beatæ virginis duabus mulieribus infirmis apposuit, et statim liberatæ sunt. De dæmoniacis et epilepticis concordat cum prædictis, scilicet cum Rapotone, Henrico, Humberto civibus, et Hartado, cano- 40 nico Pinguensi.

Conradus, canonicus Pinguensis, de visu, concordat de dæmoniacis cum prædictis.

Item magistra jurata, de certa relatione et a melioribus fide dignis et ab ipsa domina (Hedewige) de *Dornbuc* didicit quod, cum in anniversario sanctæ Hildegardis quoddam lumen, cujus longitudo manum non excessit, quod vix per celebrationem missæ posset durare, accendit in honore præfatæ dominæ (Hildegardis), quod ab hora vespertina usque ad horam missæ sequentis diei perduravit. In cujus etiam anniversario tota vicinia (ad ejus sepulcrum) confluit atque confluxit. Intellexit etiam a senioribus monasterii de puero cæco nato, cui visum restituit, aqua Rheni oculis suis linitis, dum inter *Rudensheim*, quod distat a sepulcro ejus per dimidium milliare [1] : quod ipsa jam decrepita corám nobis est confessa ita esse. Intellexit etiam a senioribus quod, cum Wilhelmus, Trevirensis archidiaconus, cui cum crines beatæ Hildegardis dati pro reliquiis essent, et in pyxidula serica recondisset [2], et illam intra ligneam locasset, [3] in ecclesia *Daluangen* super altare posuisset, ecclesia et iis quæ erant in altari, exustis, pyxidula serica permansit illæsa (ipsa pyxidula lignea penitus combusta). Intellexit etiam quod quædam mulier nobilis (cujus nomen ignoratur) Trevirensis, cum per incantationem cujusdam juvenis mente capta esset, ita quod penitus mente alienata esset, parentes super hoc dolentes ad beatam Hildegardem confugerunt, gratiam ejus quærentes : quæ panem in mensa sua accepit, benedixit et eidem infirmæ transmisit : quo gustato, statim curata est. Quod miraculum vidit Odilia celleraria et Hedewigis conversa juratæ, quæ tunc secum (cum beata H.) fuerunt in mensa. Intellexit etiam a senioribus monasterii quod, quæcumque soror monasterii inania in officio divino cogitaret, beata Hildegardis eam statim reprehendit; et cum lectiones legerent, eis secundum earum intentionem benedictiones dabat, de verbo ad verbum exprimens (ipsarum voluntatem) : quarum quasdam vidit, quod (idem) posteà in habitu Cisterciensis ordinis sunt confessæ [4].

Item, cum quidam (cujus nomen ignoratur) injuste excommunicatus, in suo (beatæ H.) monasterio esset tumulatus, et cum propter hoc Ecclesia Maguntina divina ibidem suspendisset, et ejici deberet, ipsa (beata H.) tumulum ejus baculo suo signo crucis (faciens) signavit, et sic sepulcrum ejusdem adhuc non poterat inveniri.

Item, cum quidam (cujus nomen Henricus de vico *Nersthin* (1)) per omagium diabolo se astrinxisset, ut quolibet anno aliquod animal

[1] *supple*, et monasterium suum navigaret. — [2] *lege* recondidisset. — [3] *supple* et *vel aliquid simile*. — [4] *sensus ultimi incisi erit :* quæ e monasterio S. Hildegardis egressæ et Ordinem Cisterciensium ingressæ, postea idem confessæ sunt.

(1) Nunc *Nierstein*, oppidum ad Rhenum prope Moguntiam.

eidem sacrificaret: animalia primo obtulit, deinde filios, ultimo uxorem. Ipsa hoc sentiens, ad beatam Hildegardem confugit, auxilium implorans, rem ei ex ordine exponens. Ipsa vero partem crinium suorum eidem tradidit; et illa secundum ejus mandatum suis crinibus innexuit. Quod dæmon sentiens, marito dixit: *Me decepisti; nihil juris* 5 *in ea habeo propter incantationes Hildegardis.* Ipse maritus eam in balneo denudans locavit, ut sic tandem perficeret quod volebat. Et cum diabolus eam habere non posset, marito collum confregit.

Item, cum quidam episcopus Maguntinensis, Christianus (1) nomine, per pulsationem campanarum Pinguiæ reciperetur, ipsas campanas 10 hoc sonare intellexit, unam hæc verba: *Pastor, luge;* alteram: *In salute tua cito fuge.* Hæc verba videbantur esse ad episcopum. Tertia in persona episcopi: *Abeo et terram in confusione relinquo.* Et hæc verba præsentibus sororibus dixit, cum esset in spiritu. Cum qua concordat priorissa Agnes, custodissa, Odilia, Sophia et aliæ quamplures 15 juratæ.

Methildis (de *Ebenburc* (2)) etiam jurata dicit quod ipsa diu vexabatur a dæmonio; et dicit quod per invocationem beatæ Hildegardis sit liberata, et quod conventus eam sic vexari et liberari viderit, qui adhuc hodie ibidem fuit. Dicit etiam quod viderit alios dæmoniacos 20 et quartanarios et tertionarios (3) ibidem liberatos (quorum nomina ignorantur).

Cum qua concordat Guta jurata, quæ adjicit puerum quemdam (Ottonem de *Sunenburc* (4)) epilepticum, pro quo apud tumbam beatæ Hildegardis exoravit, (statim) esse liberatum, et quod carpentarius 25 castri matris suæ (Giselæ de Bobardia (5)), cum mente captus esset, invocato beatæ Hildegardis auxilio, statim est liberatus. Cum qua concordat publica fama ejusdem loci.

Methildis jurata dicit quod viderit beatam Hildegardem, et quod ei continue permorabatur; quæ etiam concordat cum Methilde cæca 30 nata. De cæca etiam quæ post mortem beatæ Hildegardis visum recepit, et in aliis concordat cum magistra.

Bruno, custos S. Petri in *Argentina* et presbyter, juratus dicit de vita beatæ Hildegardis, secundum quod per publicam famam audivit, et secundum quod in libello qui de ejus vita a duobus religiosis, 35 scilicet Gotfrido et Dieterico, qui cum beata virgine morabantur, statim post ejus obitum est scriptus, legit; quem omnibus modis vera

(1) Sedem Moguntinam tenuit ab a. 1165 ad a. 1183. — (2) Nunc *Ebernburg*, castrum prope Crucenacum ad Naham. — (3) Vid. supra, pag. 120, lin. 6. — (4) Prope Wiesbaden in Nassovia est vicus *Sonnenberg*, ubi ruinæ veteris castri Sonnenberg adhuc conspiciuntur. Utrum hic vicus idem sit ac Sunenburc in textu an non, nescio. — (5) Nunc *Boppard*, oppidum ad Rhenum, sex horis a monasterio distans.

credit continere, scilicet: quod a nobilibus parentibus originem duxit; quæ cum circa v annos haberet, vaccam vidit, et suæ nutrici dixit: *Vide, nutrix, quam pulcher vitulus est in vacca illa, albus et diversis maculis in fronte et pedibus et in dorso distinctus;* quod nutrix admi-
5 rata statim matri retulit. Mater vero mulieri cujus vacca fuit, præcepit quod, postquam vacca pareret, partum ei statim præsentaret. Quo facto, omnia, ut puella beata Hildegardis prædixerat, vera esse cognovit. Quod parentes ejus admirantes et alienos mores ab aliis hominibus eam habere cernentes, eam monasterio includere dispo-
10 suerunt: quam octavo ætatis suæ anno cuidam inclusæ, Juttæ nomine, sorori comitis de Spanheim, commendantes, sub beati Benedicti regula eam servire Domino in monte sancti Disboti[1] obtulerunt.

De conversatione dicit quod, cum fama de ejus sanctitate late diffunderetur, nobiles quam plurimæ puellæ ad eam confluxerunt. Sed
15 cum unius reclusionis habitaculum omnes capere non valeret, a Domino est commonita, imo coacta, ut ad sanctum Rupertum ducem se transferret. Quod cum abbati per suum confessorem retulisset, et ipse hoc moleste ferret, quibus miraculis licentiam obtinuerit, et ad locum divinitus ostensum transierit, et quomodo in loco ignoto (1)
20 monasterium novum construxerit, et cum xviii nobilibus puellis ibidem Domino servire instituerit: in Vitæ ejus libello plenius invenitur. In quo monasterio L dominarum præbendas instituit et duas sacerdotum: præterea pauperum matronarum septem in honore sancti Spiritus et unam in honore beatæ Mariæ. Præterea trans flumen Rheni
25 ad dimidiam leucam (2) aliud monasterium fundavit, ubi xxx præbendas instituit.

De fama dicit quod tres apostolici, ejus fama audita, ei scripserunt, scilicet Eugenius, Adrianus, Anastasius, quibus et ipsa scripsit; præterea Maguntinus, Coloniensis, Medeburgensis archiepiscopi, patri-
30 archa Jerosolymitanus, episcopi quamplures, sanctus abbas Bernardus Claræ Vallis, ac alii abbates ac præpositi et cæteri Ecclesiarum prælati ei scripserunt, quibus et rescripsit: quæ omnia ex libro Epistolarum ejus colliguntur.

De meritis ejus dicit quod Conradus et Fridericus imperator, de
35 exitu eorum inquirentes, futura audierunt, et sic ad meliora eos reduxit: quod ex jam dicto Epistolarum libro plenius habetur; et quod annuatim in ejus anniversarii die multus populus tam vicinorum quam remotorum ad ejus concurrit sepulcrum, salutem animæ et corporis ab ea postulantes. Præterea cum magistrum terrenum non

[1] *lege* Disibodi.

(1) Nempe in monte S. Ruperti juxta Bingium. — (2) In vico *Eibingen*.

habuerit, XL. secundo ætatis suæ anno libros non paucos scribere incepit, Spiritus sancti revelatione, quod plenius in accessu libri ejus *Scivias* continetur, scilicet : librum Scivias, quem XI annis complevit ; librum Simplicis medicinæ ; librum Expositionis evangeliorum ; Cœlestis harmoniæ cantum ; linguam ignotam cum suis litteris : quæ 5 VIII annis perfecit ; quod plenius in accessu libri Vitæ meritorum colligitur. Postea quinque annis subsequentibus librum Vitæ meritorum scripsit : postremo vero librum Divinorum operum VII annis scripsit : quod per accessum ipsius libri plenius patet.

De signis vero dicit quod modis omnibus credit quod signa quæ in 10 vita ejus per eam Dominus fecit, quæ etiam in Vitæ ejus libello scripta sunt, vera sunt, et plura tam in vita quam in morte ejus miracula per eam Dominus sit operatus, quam in hominum memoria habeantur.

De circumstantiis dicit quod, cum libros ejus, scilicet librum Scivias, librum Vitæ meritorum, librum Divinorum operum, secundum 15 monasterii sui exemplaria conscripsisset, et cum in peregrinatione ad beatum Martinum ire disposuisset, libros jam dictos secum Parisius detulit ; et, ut securius in eis studere posset, ab episcopo loci tunc præsidente per multos labores et magnas tribulationes obtinuit quod omnes in theologia tunc magistros convocavit legentes, et cuilibet 20 eorum per tres quaternos ipsos libros ad examinandum dedit, ab octava Martini usque ad octavam Epiphaniæ. Quibus examinatis, episcopo restituerunt : qui magistro Wilhelmo Antissiodorensi, pro tempore suo magistro, eos assignavit et sibi eos restituit, affirmans quod magistrorum esset sententia non in eis esse verba humana, sed 25 divina.

Dicit etiam de fama, quod mater sua, cum de monasterio quod construxerat, ad duo distaret milliaria, in villa quæ dicitur *Lorcha* (1), cum aliis quampluribus matronis, cognita beatæ Hildegardis sanctitatis fama, eum secum transvexit, suppliciter rogans ut sibi benedi- 30 ctionis manum imponere dignaretur ; quod et fecit.

De libris examinatis magister Arnoldus, scholasticus Sancti Petri, idem dicit quod Bruno, quia tunc Parisius studuit in theologia.

Willhelmus, canonicus Sancti Johannis in Maguntia, juratus concordat cum Brunone præter librorum examinationem et ejus acces- 35 sum ad beatam Hildegardem. Major pars conventus jurata concordat cum Brunone, præter ejus accessum ad beatam Hildegardem.

Magister Johannes (2), canonicus Maguntinensis et nunc præpositus Pinguensis, de examinatione librorum concordat etiam cum prædictis, quia eodem tempore Parisius studuit in theologia. Dicit 40

(1) Nunc *Lorch*, oppidum ad dextram Rheni ripam. — (2) De eo vid. Gudenus, *Cod. diplom.*, I, 533, et Joannis, *Rer. Mogunt*, II, 224. Anno 1233 mense Julio occurrit in diplomate.

etiam quod pauci jam viventes melius quam ipse de sancta Hildegarde noverint veritatem.

[Quærentibus etiam nobis a conventu, quare beata Hildegardis modo non faceret signa, dixerunt quod, cum post ejus mortem Dominus tot miracula ostenderet, et concursus populorum tantus fieret ad sepulcrum ejus, religio et divinum officium per tumultum populi turbabantur in tantum, quod domino archiepiscopo illud retulerunt. Unde ipse accedens personaliter ad locum, præcepit ei ut a signis cessaret.]

Dixit etiam Roricus sacerdos, supra (memoratus) cum primis testibus memoratus, quod in membris illius Metthildis obsessæ, quam conjuravit, dæmon apparuit in modum magnæ nucis, et, appositis crinibus beatæ Hildegardis, de uno membro in aliud fugit visibiliter, quod etiam colore nigro sicut carbo fuscavit. Tandem cum diu sic esset fatigatus, abscessit in modum fumi teterrimi, nec ultra cum corvis apparuit.

Scripta etiam ejus, quæ conventus juratus confessus est sua esse, scilicet librum Scivias, librum Vitæ meritorum, librum Divinorum operum, Parisius per theologiæ magistros examinatos; librum Expositionis quorumdam evangeliorum, librum Epistolarum, librum Simplicis medicinæ, librum Compositæ medicinæ ac cantum ejus cum lingua ignota, cum libello qui de ejus vita conscriptus (est), per eumdem Brunonem sacerdotem, Sancti Petri in Argentina custodem, virum fidelem ac bonæ famæ, et supradicti monasterii procuratorem, sub sigillis nostris clausos transmittimus, vestræ Sanctitatis paternitatem genibus provolutis exorantes, quatenus lucernam tam eximiam, hactenus quasi sub modio latitantem, nunc super candelabrum ponere velitis, ut luceat omnibus iis qui in domo Dei sunt, nomen ejus catalogo Sanctorum inserendo, aliquibus viris idoneis dantes in mandatis ut auctoritate vestra tam pium opus ad debitum effectum prosequantur, contradictores per censuram ecclesiasticam compescendo.

Acta sunt hæc apud Sanctum Rupertum anno Domini Mº. CCº. XXXIIIº. XVII. kalendas Januarias.

* [Nobilis puer, Otto nomine, de (Castro) *Sconenburc*, epilepticus cottidianus, supra tumulum beatæ Hildegardis positus et pro eo auxilio beatæ Hildegardis invocato, statim est liberatus.

Item, carpentarius castri nobilis mulieris Giselæ de (civitate) *Bopardia* (1), mente captus, invocato beatæ Hildegardis auxilio, statim est liberatus : quod probatur per Gottam et publicam famam ejusdem loci.

(1) Nunc *Boppard*. Vid. supra.

* Quæ nunc uncis rectangularibus inclusa sequuntur, ad modum appendicis ab inquisitoribus post a. 1233 instrumento originali adjecta sunt, uti jam supra monui.

Item, matrona de villa *Budenshiem* (1)), a dæmonio diu vexata, per merita beatæ Hildegardis ad ejus tumulum de novo est liberata.

Item, quidam etiam de villa monasterio vicina, insanus multus et ligatus in alveo[1], ad tumbam beatæ Hildegardis est delatus; et cum sorores ei nescienti crines beatæ Hildegardis apposuissent, statim est 5 curatus, et hoc similiter de novo contigit. Quod probatur per Sophiam cantricem et sorores ejusdem monasterii juratas, quæ dicunt se hoc vidisse.

Item, præterea filia fratris Sophiæ cantricis jam dictæ, cum cottidiana febre graviter vexaretur, et cum nullo modo medicina curari 10 posset, Sophia in hora accessionis dedit ei haustum aquæ in qua lota erant ossa beatæ Hildegardis; et incontinenter cessavit febris, et hoc etiam de novo accidit. Quod probatur per jam dictam Sophiam et eamdem quæ est curata.

Albradis, parochialis Danielis, a dæmonio obsessa et diu fatigata, 15 apud tumbam beatæ Hildegardis per ejus invocationem est liberata: quod probatur per Danielem sacerdotem, Roricum sacerdotem, qui dicunt, se hoc vidisse.

Ebrardus de *Sibeneich*, a dæmonio obsessus, ad tumbam beatæ Hildegardis est liberatus, et hoc infra biennium similiter (accidit). 20

Conradus de Pinguia, puer epilepsia fere continue miserabiliter laborans, supra beatæ Hildegardis est positus (tumbam), et per ejus merita statim est liberatus; qui postea nunquam recidivavit: et hoc in præsenti accidit anno.

Præterea Adeledis, mulier de vico *Cullenbach*, obsessa a dæmonio, 25 apud beatæ Hildegardis sepulcrum per ejus merita est liberata; et hoc accidit in proximis Rogationibus. Hæc tria miracula probantur per magistram Sancti Ruperti et totum conventum ejusdem monasterii, quæ dicunt, se hoc vidisse.

Quod liber Scivias, liber Vitæ meritorum, liber Divinorum operum, 30 quos beata Hildegardis sine terreno magistro, sed Spiritu sancto dictante conscripsit, ad mandatum episcopi Parisiensis per omnes magistros Parisienses et in theologia legentes sunt diligenter examinati, ita quod quilibet magistrorum tres quaternos habuit ad examinandum; in restitutione vero librorum episcopo, magistrorum omnium 35 sententia fuit, non in eis esse verba humana, sed divina: hoc probatur per Brunonem, custodem Sancti Petri Argentinæ (qui libros Parisius... jurat[2]), Arnoldum, scholasticum S. Petri Maguntiæ et (nunc)

[1] *lege* alvo. — [2] *vocabulum, quod deest, omnino legi nequit. Forsan legendum* se vidisse jurat.

(1) I. e. *Buedesheim*, vicus dimidia hora a monasterio distans, ad dextram Nahæ.

inquisitorem, magistrum Johannem, scholasticum (1) Maguntinum et præpositum Pinguensem et nunc inquisitorem, qui tunc temporis in theologia Parisius studuerunt, qui eosdem libros Parisius examinari viderunt.]

Et hic quidem textus integer instrumenti, ex archetypo fideliter transcriptus. Non constat Innocentium IV (1243-1254), cui hæc secunda forma relationis de miraculis, etc. S. Hildegardis parata fuit, ut supra ostendi, S. Hildegardem canonizasse. Immo hoc negandum esse videtur. Nam, teste Trithemio (2), et Clemens V (1305-1316), et Joannes XXII (1316-1334), Romani pontifices, commissariis quibusdam mandarunt ut denuo de S. Hildegardis vita, virtutibus, miraculis, etc. inquirerent. Qui anno 1317 acta scripta pro effectu hujus negotii necessaria ad Joannem XXII destinarunt. „Pontifex autem (inquit Trithemius), testimoniis sibi destinatis diligenter relectis, ad canonizandam virginem non fuit difficilis, quemadmodum apostolico scripto factus sum certior; quamvis optatum a multis negotium non perduxit ad effectum.„ Et hæc quidem Trithemius. At in archivo publico Confluentino supra sæpius laudato, inter chartas monasterii Rupertini asservantur hodiedum *litteræ indulgentiarum*, datæ Avenione anno 1324, die 5 Decembris, quibus duodecim episcopi, singuli quadraginta dies indulgentiarum omnibus iis Christifidelibus concedunt, qui certis ac determinatis festis diebus ecclesiam S. Ruperti adeunt ibique pias preces effundunt. Inter festos autem dies enumeratur etiam *festum S. Hildegardis.* Ex quo quidem documento solemni, cui hodiedum sigilla trium episcoporum affixa sunt (novem alia sigilla cursu temporis deciderunt), constare videtur : Joannem XXII aut formaliter canonizasse S. Hildegardem aut ejus cultum solemnem et publicum expressis verbis permisisse. Quæ sententia confirmatur etiam ex eo quod nullo documento historico hactenus constat, festum S. Hildegardis, tamquam festum Sanctæ ab Ecclesia approbatum, ante hoc tempus publice et solemniter celebratum fuisse.

Scribebam Bingii ad Rhenum, mense Novembri 1882.

(1) Cum Joannes, de quo in textu, inde ab a. 1236 ad a. 1251 scholastici Moguntini officio fungeretur, et inde ab a. 1251 ad a. 1260 decani Moguntini dignitatem obtineret : ex hoc loco instrumenti certo constat hanc appendicem intra a. 1236 et 1251 scriptam esse. — (2) In Annal. Hirsaug., tom. II., pag. 142 edit. S. Galli a. 1690.

APPENDIX

AD

CATALOGUM CODD. HAGIOG.

CIVIT. NAMURCENSIS

EDITUM

ANALECTORUM tom. I, pag. 485 sqq.

Ex codice Namurc. n° 15.

EX VITA S. BENIGNI MARTYRIS. (Vid. Catalog., cod. 15, 27°.) (1)

Iste Aurelianus, hujus beati martyris interfector, persecutionem adversus christianos agi nonus a Nerone instituit. Qui vicesimus secundus ab Augusto imperator creatus est. Hic genitus fuit patre mediocri, et, ut quidam ferunt, colono Aurelii clarissimi senatoris inter Daciam et Macedoniam oriundus, vir in bello potens, animi 5 tamen immodici et ad crudelitatem propensioris; quique Gothos super Danubium fortissime vicit, ditionemque romanam antiquis terminis statuit. Iste haud dissimilis fuit magno Alexandro, seu Cæsari dictatori: nam romanum orbem triennio ab invasoribus receptavit, cum Alexander annis tredecim per victorias ingentes ad 10 Indiam pervenerit, et Gaius Cæsar decennio subegerit Gallos, et adversus cives quadriennio sit congressus. Iste in Italia tribus præliis victor fuit, apud Placentiam, et juxta amnem Metaurum ac fanum Fortunæ, postremo in Ticinensibus campis. Hujus tempore apud

(1) Vide T. I *Analect. Boll.*, p. 498. — Materia hujus de Aureliano imperatore parergi quod hic edimus ex cod. Namurcensi, invenitur, multis tamen lectionibus variantibus, in *Historia Miscella*, ubi de imperatoribus romanis (prout ap. Muratori, *Rerum Italic. Script.*, t. I, part. I, p. 68). Fons primigenius hujus relationis est Eutropii *Breviarium Historiæ Romanæ*, lib. IX, cap. IX (Scriptores Historiæ Romanæ, edent. Haurisio, t. III, p. 193, Heidelbergæ 1743).

Dalmatiam Septiminus imperator effectus, mox a suis obtruncatur. Iste Aurelianus apud Romanos primus diadema capiti innexuit, gemmisque et aurata omni veste, quod adhuc fere incognitum romanis moribus videbatur, usus est. Hic muris validioribus et latioribus
5 urbem sepsit, templum Soli ædificavit, in quo infinitum pondus auri gemmarumque constituit. Porcinæ etiam carnis usum populo instituit. Superavit in Gallia Tetricum apud Catalaunos, ipso Tetrico prodente exercitum suum, quia ejus assiduas seditiones ferre non poterat. Quin etiam per litteras occultas Aurelianum ita fuerat deprecatus,
10 ut inter alia versu Virgiliano uteretur, *Eripe me de his, invicte, malis.* Quem Tetricum Claudius imperator rectorem Lucaniæ provexit, aspergens hominem eleganti joco: Sublimius scilicet habendum regere aliquam Italiæ partem, quam trans Alpes regnare. Zenobiam quoque, quæ occiso marito suo, nomine Odenacho, Orientem tenebat,
15 haud longe ab Antiochia, magis prælii terrore quam prælio cepit; ingressusque Romam nobilem triumphum quasi receptor Orientis Occidentisque egit, præcedentibus currum ejus Tetrico et Zenobia. Hoc imperante etiam in Urbe monetarii rebellaverunt, vitiatis pecuniis, et rationali, nomine Felicissimo, interfecto. Quos Aurelianus
20 victos, ultima crudelitate compescuit. Plurimos nobiles capite damnavit. Sævus et sanguinarius fuit, ac necessarius magis in quibusdam, in nullo amabilis. Imperator trux omni tempore, etiam sororis filio interempto, disciplinæ tamen militaris et morum dissolutorum magna ex parte corrector. Hic cum persecutionem adversus christianos
25 agendam decerneret, fulmen ante eum magno pavore circumstantium ruit, ac non multo post in itinere a quibusdam militaribus viris, amicis suis, occiditur, fraude cujusdam servi sui deceptis, qui ad ipsos amicos ejus detulit eorum nomina, quasi ab ipso Aureliano * annotata, ut interficerentur. Falso enim manum ejus imitatus est in
30 scripto a se ipso composito, quasi Aurelianus mortis illorum sententiam alicui indixisset. Itaque præventus ab illis, credentibus veram esse delationem servi, interfectus est et inter deos relatus.

* *cod.* Aurelio.

DE S. EUGENIO. (Vid. Catal., cod. 15, 40°.) (1)

Incipit passio sancti Eugenii martyris.

35 1. Dum rerum creator tam visibilium quam invisibilium, quod fecerat in Filio ante omnia secula, prævideret ne periret in futura secula, Verbum suum misit, id est Filium, in similitudinem carnis peccati, ut salvaret quod periit fraude maligni diaboli. Qui non solum factis deificis, verum etiam verbo genus humanum ibi revocare cura-

(1) T. I *Analect. Boll.*, p. 499.

vit unde per prævaricationem primi parentis Adæ, decipiente [diabolo] ceciderat, dicens omnibus : Pœnitentiam agite; appropinquabit enim regnum cœlorum. Non arbitratus autem esse ratam vivorum tantummodo salvationem, nisi mortuorum etiam exhiberet liberationem, morte ferocissima crucis se permisit occidi. Sicque demum ad inferna 5 descendit, omnesque injuste obligatos mortis vinculis absolvit, ac paradiso restituit; resurgensque a mortuis discipulis imperavit, dicens : Euntes in mundum universum, prædicate evangelium omni creaturæ.

2. In quorum catalogo inserere volens beatum Paulum, hactenus 10 Saulum, de cœlo increpans ac præmonens dixit : Saule, Saule, quid me persequeris? Qui divino ductu raptus in paradisum, audivit secreta verba quæ ob magnitudinem sacramentorum nulli expediunt hominum loqui. Igitur peragrans ac disseminans evangelium Christi ab Hierusalem usque Illyricum, adiit Athenarum civitatem, ubi Dionysium* 15 artibus imbutum reperit liberalibus. Quem instruens divino dogmate, Athenarum præfecit episcopum, ac per cæcum a nativitate illuminatum, denuo eidem mandat Dionysio se sequi Romam.

* *cod.* Dionisius *ubique.*

3. Isque jussa perficiens, Romam adiit, beatumque Petrum apostolorum principem, ac Paulum, doctorem gentium, martyrio coronatos 20 invenit, beatumque Clementem apostolicæ sedis infula sublimatum reperit. Cujus benedictione sublimatus talia ab eo percepit mandata: *O sacerdotum doctissime omnisque veritatis eruditissime, maxima pars restat populi necdum signaculo Trinitatis insignita; quæ tui oris alloquio ad Christi notitiam reservatur admitti. Unde benedictione roboratus* 25 *sancti ac beatissimi magistri mei Petri ac coapostoli ejus Pauli, perge ad partes Occidentis, ac dura colla jugo Christi miti inclina.* Pluresque episcopos ac presbyteros et diaconos in comitatu exhibuit; quos non tantum officio carnali, sed ministros haberet verbi Dei.

4. Inter quos speciali quodam privilegio ejus lateri jam prius bene 30 pro singulari sanctitate et admirabili sapientia notum, sacratissimum sociavit Eugenium. Civis enim Romuleæ urbis Eugenius, ex quo primum ibidem macarius advenit Dionysius, speciali se illi amicitiæ fœdere sociavit. Celebritas namque vastæ peritiæ in utrisque uberrima Romanum magnum Eugenium Dionysio commendabat Ionico. 35 Attica quippe gymnasia istum, Romulea illum nutrierat sophia. Divinis quoque institutis apprime flagrantes, mellitis se invicem rigabant consiliis. Paria igitur studia hos patres suadebant esse familiares.

5. Et veniens beatus Dionysius cum sociis sibi commissis in Arela- 40 tensium civitatem, juxta ministerium sibi traditum evangelium Christi prædicare non cessabat. Et cognoscens multitudinem barbaricam idolatriæ officiis inservire, ac per se non posse ab eis ritum gentilitatis

auferre, tum * ministros sibi traditos destinat, videlicet beatum Martia- lem Lemovicensibus, Saturninum Tolosanis, Marcellum Bituricensi- bus, Silvanectensibus quoque beatissimum confessorem Domini Regulum; Eugenium autem Toletum mittere studuit.

* *cod.* cum.

5 **6.** Hispania quippe regio magna, cujus prior angulus spectans ad orientem, a dextris provinciam tangit Aquitaniam, suoque decoro tractu urbem vocabulo Toletum complectitur. Siquidem Toletum metropolis civitas est, multo præclarior ceteris ejusdem regni urbibus et excellentior, innitens litoribus Tagi fluminis, diversi generis pisci- 10 bus exuberantis. Vinetis vero atque universarum pomis arborum situs urbis admodum gaudet. Olivetis denique affatim, ut nostra regio vineis, omnique telluris fructuum fecunditate lætatur. Ceterum Pyre- næis montibus pene cœli culmina sui altitudine pulsantibus, usque adeo munitur, ut inexpugnabilis cunctis hostibus credatur.

15 **7.** Hujus igitur civitatis antistitem macarius Dionysius sanctum sacravit Eugenium, illo dirigens eum in apostolatum perpetuæ salutis hominum. Tanti itaque viri auctoritate succensus, sator deifici dog- matis præsul Eugenius, Toletum penetrat intrepidus. Qui indesinenter prædicando populis sub idolatria ibidem repertis Dominum nostrum 20 Jesum Christum vitæ auctorem et mortis esse et salvatorem mundi, convertit eos ad viam veritatis innumeris præeuntibus una cum evan- gelizatione miraculis. Egregius episcopus inedicibiliter ovans super fide salutis cœlitus indita civibus Toletanis, quin etiam universæ degenti circumcirca diœcesi, construxit eis basilicas, matrem dedi- 25 cans ecclesiam in honore beati Stephani protomartyris; et velut pastor fidelis et prudens etiam forma Dominicæ orationis gregem Deo acquisitum instruxit. Propter eos vero qui mundana florebant sapientia, ut nomen christianum carius amplecterentur, etiam metrico carmine hanc orationem composuit :

30 **8.** Rex Deus, immensi quo constat machina mundi,
Quod miser imploro, per Christum perfice clemens.
Sit mihi recta fides et falsis odia sectis,
Sit mihi præcipue morum correctio præsens.
Sim carus, humilis, verax, cum tempore prudens,
35 Secreti tacitus, et linguæ famine cautus.
Da fidum socium, da fixum semper amicum,
Da blandum, sobrium, parcum castumque ministrum.
Non me pauperies cruciet aut languor obuncet.
Sit comes alma salus, et sufficientia victus.
40 Absint divitiæ, fastus et jurgia litis,
Invidiæ, luxus et ventris pensio turpis.
Crimine nec lædam quemquam nec crimine lædar.
Sic bene velle queam, quo pravum posse recedat.

Nil turpe cupiam, faciam vel proloquar unquam.
Te mens desideret, vox concinat, actio promat.
Da, pater altitonans, undosum fletibus imbrem,
Quo valeam lacrimis culparum solvere moles.
Da, precor, auxilium, possim quo vincere mundum 5
Et vitæ stadium placido percurrere passu.
Cumque suprema dies mortis patefecerit urnam,
Concedas veniam, cui tollit culpa coronam (1).

9. Dehinc electas ibidem personas sacris ordinibus aptavit, Deo viventi jugiter militaturas; plebemque tam verbis quam exemplis 10 docuit eulogia apostolicæ eruditionis. Anxiabatur præterea jugi desiderio sanctus, de peculiaris amici, Areopagitæ scilicet Dionysii, absentia et societate non contemnenda sollicitus, quem de suscepta a Toleto gratia lætificare vehementer cupiebat. Præfatus vero Areopagita Dionysius cum sociis suis Rustico et Eleutherio Parisiorum adierat 15 urbem, qua ampliorem dæmoniorum noverat fœditatem grassari; et quam deteriorem a cultu divino reperit, eidem ad dæmoniaca machinamenta destruenda se contulit.

* *cod.* Ariopagitæ *ubique.*

10. Ubi virtutibus miraculorum ac insigni verbi prædicatione fulgens, fama ejus pene tòtum orbem transvolaverat, et longe lateque 20 commanentium ore frequentabatur. Cujus opinionem audiens ferocissima belua Domitianus, accitum Fescenninum Sisinnium* destinat partibus Galliarum, ad perquirendum sacratissimum senem Dionysium archiepiscopum sociosque ejus Rusticum et Eleutherium. Qui inventi jussi sunt ut sacrificarent dæmonibus, aut atroci morte perimerentur. 25 Cumque prædictus Sisinnius Fescenninus venisset Parisius, invenit beatissimum senem Dionysium contra incredulos dimicantem, interrogavitque eum : *Cujus diceris cultor? invictissimorum deorum an nescio cujus crucifixi?* Cui Dionysius : *Illius sum,* inquit, *verus servus verusque cultor, qui habet potestatem visibilium et invisibilium, cœlestium,* 30 *terrestrium et infernorum.* Tunc judex multis et variis afficiens eum tormentis, ad ultimum jussit eum ac socios ejus utpote rebelles impolitis securibus decollari. Sic sancti Domini Dionysius, Rusticus et Eleutherius, sanctam Trinitatem confitentes, trinum et sanctum pariter compleverunt martyrium. 35

* *cod.* Sysinnium *ubique.*

11. Interea dum ista et multa alia quæ historia passionis eorum prolixo ac luculento sermone persequitur, geruntur, beatus Eugenius, cujus superius mentionem fecimus, nimio amoris desiderio succensus videndi beatissimum patrem Dionysium, postquam multitudinem bar-

(1) Hos versus edidit anno 1619 (verbis aliquot discrepantibus) J. Sirmondus *(Opera varia,* ed. Parisiis 1696, t. II, p. 879), et ex eo Fr. Lorenzana *(Collectio SS. Patrum Eccles. Tolet.,* Matriti, 1782, t. I, p. 20. Habes eos ap. Migne, P. L., t. LXXXIII, p. 359.

baricam ab eo sibi commissi populi ad Dominum converterat, eisque pastores animarum prævidens dispósuerat, iter arripiens, post prolixi laboris itinera appulsus est tandem Gallias, divini spargendo verbi semina, urbisque Parisiorum exoptata mœnia sua destinat sublima-
5 tum iri * præsentia. Cum autem jam pene quatuor millium ab urbe Parisiorum propinquaret ad locum nomine *Diogilum,* comperto jam sanctum Domini Dionysium sophistam glorioso migrasse martyrio ad sidereæ quietis beatitudinem, cœpit eum mirificis extollere laudibus ejusque sanctitatis dignitatem propalare omnibus sibi assistentibus
10 christicolis. Tunc quoque in laudem et honorem macarii testis hunc pulcherrimum edendo cecinit hymnum :

* *cod.* ire.

12. Cœli cives, applaudite
mundi jocundo lumini
quo illustratur cœlitus
15 hujus diei gratia.

Præcelsa fides martyris
sacrique vita antistitis
Dionysii nobilis
cœlitus palmam suscepit.

20 Areopago Athenæ
regis sumpsit diadema
cœlestis gemmam fulgidam,
Dionysium sophistam.

Paulo docente, speculum
25 habet fides fidelium,
et spiculum gentilitas
quem ante murum noverat.

Miro clarescens dogmate
illuminavit Græciam,
30 et inclitus hic pontifex
urbem Romanam adiit.

Clemente Romæ præsule
jubente, venit Galliam,
cui jubar solis splendidi
illuxit signis, famine.

Tandem repulso dæmone,
constructo sacro opere,
pœnis affectus maximis,
cæsa cervice cœlum petiit.

Ave, pater scandens polum,
ave, pie Christi præsul;
annua festi munera
tua sacrabis gratia.

Offer, sacerdos optime,
gemitus nostros et preces,
firma fidem, martyr Dei,
moresque nostros corrige.

Ope guberna fragiles
in mundi hujus pelago,
atque exutos corpore
pie benignus suscipe,

Quo sine fine gloriam
Deo Patri cum Filio
una cum sancto Spiritu
35 tecum canamus perpetim.

Quo quidem decantato, amarissime cœpit flere atque lugere, tamquam acceptissimus filius tam magnifico patre orbatus. Gaudens tandem oppido eumdem beatissimum cœlesti honore sublimatum, christianorum solatiis relevatur, uti genitor mœstus prosperitate
40 filiorum.

13. Verum inter hæc more consueto vitalia non cessans populis ad se confluentibus distribuere semina, nomen illius a quo vitæ exordium sumpserat, in tantum magnifice non destitit prædicare, ut ad aures principis præfati Fescennini Sisinnii nominis ejus perveniret opinio. Qui directa mox hostium apparatione, jussit inquiri utrum christianæ religionis senex sanctissimus vellet inservire legibus an deorum suorum parere jussionibus. Ventum est, ac subito eum rabies persecutorum longe lateque dispersa inveniens, cum multitudine credentium suis eum adesse jubet officiis. Quem quasi patrem et principem interrogantes principes scelesti procuratoris Sisinnii quem Deum coleret, respondit se christianum esse Christumque tota devotione percolere. Ad hæc illi tanti senis canitiem admirantes, et quasi ejus ætatis venerationi compatientes, suis adhortantur eum suasionibus ut eorum sacrificaturus adveniret idolis. Tunc a fidei suæ ipse proposito animum minime commutans, dignum judicavit non esse ut dæmonum aris christianorum cederet credulitas, sibique in animo esse Deum vivum colere et usque ad finem vitæ in ultimis custodire.

14. Sanctus denique vir et fortissimus athleta Domini Eugenius, ab interiorum cordium visceribus gemitum trahens graviterque suspirans, talia cum lacrimis verba profudit: *Supremum belli triumphalis agonem tibi dedicans, Domine Jesu, qui immortalitatem possidens sapientia et virtus es secretissimi Dei Patris, qui tui nominis inimicos tibi confitentibus ad tempus æterna determinatione dominari permittis, ut pro te passi immarcessibilem vitæ perpetuæ gloriam obtineant, plena contriti cordis devotione deposco ut, quia me ab ineunte infantia catholicis erudiri voluisti magistris, ut in thesauros divinæ sapientiæ ingressus in sacrario pectoris caperem quod postea plebi tuæ pastor fidelis fideliter eructuarem, mihi famulo in agonis hoc ultimo discrimine tua consolatione adesse digneris, ut in laude et confessione tui sancti nominis merear consummari.* Finita itaque oratione, lictorum manibus collum exhibuit resecandum. Principes itaque sceleris beatissimum pontificem Domini et invictissimum athletam Eugenium, quasi auctorem mali interfici jubent : quod actum est septimo decimo Kalendas Decembres.

15. Corpusque illius in lacu juxta villam *Merchasii*, jam dictæ villæ Diogilo vicinæ, præcipitari constituunt occulte, ne forte a christianis inveniretur. Ibique multis diebus delituit, christianis illum propter persecutionem prædicti Sisinnii non solum sepelire, sed etiam a lacu extrahere non audentibus. Et licet multo tempore in jam dicto lacu corpus Christi martyris jacuerit, nulla tamen corruptionis putredine violatum neque corrumptum est. Mirumque in modum videri atque mirari poterat natura in corpore mortui pene jam permutata (cujus origo est ut pulvis convertatur in pulverem et cinis in cinerem), quæ

ita dispendium sui perpessa non est, ut corpus exanime ob transacti ævi longitudinem nullo modo corrumperetur.

16. Postquam autem divina largiente clementia pax Ecclesiis est reddita, persecutorum nominis Christi cessante vesania, quidam 5 illustris vir, nomine Erkoldus, locupletatus multis divitiis et opibus ac præpollens in jam dicta villa, cum se sopori dedisset, vidit in somnis astantem sibi senem canitie venerandum ac dicentem sibi : *Surge, frater, sanus ab infirmitate qua cerneris laborare* (erat enim typo quotidiano detentus), *et perge ad lacum huic loco contiguum, ibique reperies* 10 *corpus fratris et condiscipuli nostri Eugenii. Quod extrahens, cum debito honore pro posse tuo sepulturæ manda : quia huic loco magna salus ejus patrocinio donabitur, ac plurimæ virtutes ejus intercessione perficientur.* Tunc prædictus vir jocundatus animo de visione, immo de collata sibi sanitate, surgens diluculo cum universo comitatu suo ac multo cir-15 cummanentium occursu, concite perrexit ad lacum, ibique corpus beatissimi Christi martyris Eugenii secundum quod in visione dedicerat, inconvulsum ac nulla tabe infectum ac si eodem die decollatum fuisset, invenit. Extrahensque illud de lacu, cum magno honore et timore deposuit in sarcophago novo, volens illud perducere ad mona-20 sterium Christi martyris Dionysii sociorumque ejus, Rustici et Eleutherii, ut ibi sepulturæ traderetur. Cumque plaustro impositum ductum fuisset ad locum quo pergitur ad monasterium, subito qui hactenus plaustrum cum sarcophago veloci gressu ducebant, obriguerunt. Quinque enim juga illud ducebant. Tunc diversis cœperunt 25 stimulis agitare boves, minisque multis terrere, deinde blandis adhortationibus demulcere. Sed illi stimulos, minas, blandimenta æqua lance parvipendebant. Videres multitudinem populi valde mirari, bobus gressum figentibus et ultra pergere minime valentibus.

17. Tunc præfatus vir præpotens ejusdem villæ, recordatus quod 30 audierat in visione quia Diogilo oporteret eum requiescere, rogavit ut omnes Dominum peterent quatenus dignaretur ostendere quo in loco vir Domini deberet habere sepulturam, jussit boves solvi a loris, exceptis duobus. Populo autem Dominum rogante, duo residui boves qui ligati remanserant, divina ministrante misericordia, concito gradu 35 sic cum vehiculo currere cœperunt quasi nihil ponderis ducerent. Populis autem mirantibus ac plaustrum cum laudibus et hymnis prosequentibus, statim ut animalia non humano sed divino cultu pervenerunt in prædium jam dicti viri, ultra minime perrexerunt, sed in eodem loco ubi modo requiescit corpus venerandi martyris, gradum 40 fixerunt, denuntiantes ibidem velle habere eum sepulturam, docti ab illo qui os asinæ, dudum bruti animalis, loqui fecerat : et licet ista animalia non loquerentur, in statu corporis ostendebant quo in loco sancta membra essent ponenda. Tunc dominus prædii dedit ipsum

locum Deo sanctoque Eugenio, dicens: *Usque modo mea detentus es potestate: amodo concedo te Deo sanctoque Eugenio cum omnibus superpositis, credens mihi propter terrestria a Deo precibus sancti martyris largiri cœlestia.* Tunc gratanti corde corpus beati martyris sepelierunt, ac cellulam desuper construxerunt, ubi multis miraculorum signis effulget, largiente Domino nostro Jesu Christo, qui vivit et regnat per omnia secula seculorum. Amen. 5

18. Hic Domitianus (1) sub quo beatissimus iste christianæ fidei constantissimus testis palmam martyrii adeptus est, persecutionem in christianos agi secundus a Nerone imperavit. Quorum multi martyrio coronati sunt; inter quos et Flavia Domitilla, Flavii Clementis consulis ex sorore neptis, in insulam Pontianam ob fidei testimonium exiliata est. Quo tempore etiam beatissimus Johannes apostolus in Pathmos insulam relegatus fuit, postquam ab ipso Domitiano in dolium ferventis olei missus, Dei gratia incolumis est eductus. Iste Domitianus, Vespasiani et Domitillæ libertæ filius, Titi imperatoris germanus junior, undecimus ab Augusto accepit imperium. Iste Neronis magis imitator extitit, quam patris Vespasiani aut fratris Titi. Primis tamen annis moderatus fuit in imperio; mox ad ingentia vitia progressus, scilicet libidinis, iracundiæ, crudelitatis, avaritiæ, tantum in se odii concitavit ut merita patris et matris aboleret. Interfecit nobilissimos ex senatu; dominum se et deum primus appellari, scribi colique jussit; segnisque, remotis omnibus, ridicule muscarum agmina persequebatur, cujus fœdum exercitum græcorum lingua *clinopalen* vocabat. Hic percunctanti cuidam quisquamne in palatio esset, respondit: *Nec musca quidem.* Nullam sibi nisi auream aut argenteam statuam in Capitolio passus est poni. Consobrinos suos interfecit. Superbia quoque in eo execrabilis fuit. Iste apud Romanos eunuchizari viros jussit, et in palatio haberi, uxoremque suam nuncupari Augustam. Expeditiones quatuor habuit, unam adversus Sarmatas, alteram adversus Cattos *, duas adversus Dacos. In quibus duobus Dacorum præliis maxima fuit Romanorum clades, ubi Oppius Sabinus consularis et Cornelius Fuscus * prætor cum magnis exercitibus occisi sunt. Domitianus tamen pravissima elatus jactantia, sub nomine superatorum hostium de suis legionibus extinctis triumphavit. De Sarmatis solam lauream usurpavit, ubi legio ejus cum duce interfecta est. Verum cum ob scelera universis exosus esset, accensus Antonius, procurator Germaniæ Superioris, maxime injuria verborum Domitiani qua se scortum ab ipso Domitiano vocari dolebat, imperium corripuit. Quem Domitianus per quemdam Norbanum acie stravit. Romæ quoque

10 15 20 25 30 35 40

* *cod.* Chartos.

* *cod.* Furcus.

(1) Eadem dicenda sunt de hac appendicula quæ notavimus supra, ubi de Aureliano. p. 130. Fons autem primigenius apud Suetonium.

multa ædificia vel ab aliis cœpta vel a fundamentis construxit, in quibus Pantheon, Capitolium, Forum transitorium, divorum porticus, Isyum * ac Serapium et Stadium, horrea piperatoria, Vespasiani templum, Minervam Chaldaicam, ludum matutinum. Bibliothecas etiam 5 incendio consumptas, petitis undique præsertim ab Alexandria exemplis, reparavit. Sagittarum tam peritus fuit, ut inter patentes digitos extentæ manus viri procul positi, spicula transvolaret. Hic christiani nominis persecutor et Israeliticæ gentis perniciosissimus execrator, inter Judæos acerbitate tormentorum et cruentissima 10 quæstione exquiri genus David atque interfici præcepit, credens ex vaticinio prophetarum quasi adhuc futurus esset ex semine David qui regnum posset adipisci. Igitur contra Domitianum metu crudelitatis ejus conjuravere plerique, impulsoribus Parthemio et Stephano et Clodiano, cubiculariis ejus, ascita etiam in consilio eorum uxore ipsius 15 tyranni, ob amorem Paridis histrionis quem amabat Domitianus cruciatus formidante, quasi amore uxoris postposito amasii sui amorem præponeret, et tali occasione, dum minus timetur, uxorem extingueret. Aggressum ergo eum multis vulneribus confodiunt, post annos vitæ quadraginta quinque, imperii vero quindecim. At senatus gladiatoris 20 more funus ejus ingenti dedecore per vispiliones efferri jussit, radendumque nomen ejus decrevit, et sic ignobiliter est sepultus.

* *lege* Iseum.

Epitaphium quod de se sanctus Eugenius edidit.

Excipe, Christe potens, discretam corpore mente**M**,
Ut possit picei pœnam vitare baratr**I**.
25 **G**randis inest culpa; sed tu pietate redunda**S**.
Elue probra, pater, et vitæ crimina toll**E**.
Non sim pro meritis sanctorum cœtibus exsu**L**;
Iudice te, prosit sanctum vidisse tribuna**L**.
Vis, lector, uno quis sim dinoscere vers**U**:
30 **S**igna priora lege, mox ultima nosse valebi**S** (1).

DE S. ANIANO. (Vid. Catal., cod. 15, 43°.) (2)

Post verba " regiam dignitatem " *(quæ habes loco citato in Catalogo, i: e.* Preuves, *pag. 2, lin. 13) sic legitur in codice (col. 4, lin. 11) :* Hæc gens Hunorum (3) scilicet, diu inaccessis seclusa montibus, tem-

(1) Habes hos versus in editionibus citatis ad num. 8, supra. — (2) T. I *Analect. Boll.*, p. 500. — (3) Quæ sequuntur, mutuatus est, variantibus aliquoties lectionibus, auctor hujus Vitæ ex Jornande, de Rebus Geticis c. 24 (quod habes apud Muratori, *Rerum Italic. Script.*, t. I, part. I, p. 203).

pore Valentis imperatoris repentina rabie percita, exarsit in Gothos, eosque conturbatos ab antiquis sedibus expulit. Hos, ut refert antiquitas, ita extitisse comperimus : Filimer, rex Gothorum, Gadarici magni filius, qui post egressum Scantiæ insulæ jam quinto loco tenebat principatum Getarum, qui et terras Scythicas cum sua gente 5 introiit, reperit in populo suo quasdam magas mulieres, quas gothico sermone *alirumnas* dicunt, easque habens suspectas de medio sui proturbat; longeque ab exercitu suo fugatas, in solitudine coegit errare. Quas silvestres homines, quos nonnulli Faunos Ficarios vocant, per desertum vagantes dum vidissent, et earum complexibus se in 10 coitu immiscuissent, genus hoc ferocissimum ediderunt. Quod fuit primum inter Mæotidas paludes minutum, tetrum atque exile quasi hominum genus, nec alia voce notum nisi quod humani sermonis imaginem assignabat. Tali igitur Huni stirpe creati, Gothorum finibus advenerunt. Nam et quos bello forsitan minime superare valebant, 15 vultus sui nimium terrore pavorem ingerentes, terribilitate horrenda fugabant, eo quod erat eis species pavendæ nigredinis, et velut quædam, si dici fas est, deformis offa non facies, habensque magis puncta quam lumina. Quorum animi fiduciam torvus prodit aspectus. Qui etiam in pignora suo primo die quo nascuntur, desæviunt. Nam mari- 20 bus fero genas secant, ut antequam lactis nutrimenta percipiant, vulneris cogantur subire tolerantiam. Hinc imberbes senescunt, et sine venustate ephebi sunt, quia facie ferro sulcata tempestivam pilorum gratiam cicatrices absumunt. Exigui quidem forma sed arguti; motibus expediti et ad equitandum promptissimi; scapulis latis et ad 25 arcuum curvationem sagittarumque missionem periti; firmis cervicibus et superbia semper erectis. Hi vero sub hominum figura vivunt beluina sævitia. Quod genus expeditissimum et multarum gentium grassatorem, cum divulgatum esset in populo,... *dein pergit ut in auct. citato.* 30

Deinde post verba " concitus pergit " *(p: 3, lin. 21 a fine, loco citato) interponuntur (codicis col. 9, lin. 6) quæ edita sunt apud A. Theiner,* Saint-Aignan ou le siège d'Orléans *(Paris 1832), p. 23, lin. 4 :* Aspicite de muro-civitatem occurrunt *(ibid., lin. 8 a fin.; hactenus Theiner)* hostes imparatos reperiunt cunctos. Conjunctoque sibi rege Francorum, tan- 35 tam cædem ac stragem......

Tandem inter " sententiam expectaret " *et* " Peracta victoria " *(p. 3, lin. 11 a fin.),* leguntur *(col. 10, lin. 7) quæ edita sunt apud eumdem Theiner, op. cit., pag. 23, lin. penult. — p. 25, lin. 3 extr.* (His diebus-reversus est). 40

DE S. PETRO ALEXANDRINO. (Vid. Catal., cod. 15, 53°.) (1)

Inter " ordinavit " et " Hic " *interponitur :* Hic duodecim annos integros in episcopatu urbis illius exegit; quorum tres ante persecutionem, reliquos vero novem in diversis tentationum generibus duxit.
5 Qui semper in omni agone persecutionum positus, artioribus vinculis continentiæ se distringebat, et ad utilitatem atque instructionem Ecclesiæ verbo Dei nobiliter insistebat, satisque vigilanter erga omnem sacerdotii curam diebus sudabat ac noctibus.

Ante ultimam phrasim quæ incipit " Fit commemoratio " *post ver-*
10 *bum :* " desecavit " : Et reverenter inde a christianis sublatus, in loco qui dicitur *Leochados*, in cœmeterio quod ipse sibi ædificaverat ad orientem civitatis Alexandriæ, sub ara Christi Domini Salvatoris sepultus est. Hic quotiescumque ingrediebatur thysiasterium, id est sacrificiorum locum, et ascendebat ad superiorem pulpiti stationem,
15 oratione facta et pace data populo, videbat ignis splendorem quasi egredientem de sede; ad cujus splendorem mox ejus mens in nimium amorem contemplationis divinæ rapiebatur; tantaque humilitate antecessorum vitam considerans se deponebat, ut nunquam in throno eminentiori ubi ipsi sederant, sed sub scabello pedum illorum sede-
20 ret. Passus est hic beatissimus episcopus Petrus tempore Maximini imperatoris, cum quo simul et alii plures ex Ægypto episcopi, cum clericis et laicis fere sexcenti sexaginta trucidati sunt, cujus commemoratio......

DE S. SATURNINO. (Vid. Catal., cod. 15, 54°.) (2)

25 *Num. II (edit. Ruinartii), post* " cœperat sacerdotem " : Hic Saturninus fuit unus de comministris sancti Dionysii, Atheniensis episcopi, a beato Clemente papa Romano ad propagandam per omnem Galliam verbi divini sationem sibi adhibitis, quem ad Arelatensium civitatem veniens, idem Dionysius Tholosæ civitati destinavit, quando
30 etiam Eugenium Tholeto, Marcellum Bituricas, aliosque quamplurimos diversis partibus christianæ fidei colligendis direxit.

Num. VI... Procedente hinc tempore, cum multorum a seculo fideliter recedentium exequiæ deferrentur ad basilicam ipsam, propter corpus martyris quod sperabatur solatio esse animabus illorum quo-
35 rum infra se corpora quiescerent, et locus...

Ad finem hujus numeri add. : Hujus beatissimi Saturnini reliquiæ cum a Tholosa urbe in aliam regionem transferrentur, itineris ordo

(1) T. I *Analect. Boll.*, p. 501. — (2) Ibid.

contulit, ut Brivatensis pagi terminum, situm in Alverno territorio, præterirent. Sole quoque ruente, ad hospitium cujusdam pauperis divertunt, mansionis postulando necessitatem. Receptique ab homine, quid exhibeant, narrant. At ille humanitatis intuitu et Dei timore commonitus, capsam cum reliquiis in cellam penariam ponit, ac super 5 annonam quæ erat in vase condita, locat. Mane quoque dato, acceptis pignoribus, viri gratias agentes homini, iter quod cœperant abierunt. Sequenti vero nocte admonitus est vir ille per visum, dicente sibi quodam sene : *Ne maneas in hoc loco; sanctificatus est enim a pignoribus sancti Saturnini.* Ille quoque parvipendens visionem, nihil de his 10 quibus admonitus fuerat motus, ut habet rusticitas, retrectavit. Nec mora, ruit in tædium, ac parvitas facultatis ejus cœpit paulatim imminui; uxor vero illius alio languore tabescere. Quid plura? Infra unum annum in tantam redactus est exiguitatem, ut nihil ei unde ali aut tegi posset, sicut humana deposcit necessitas, remaneret. Tandem 15 conversus ad se, dixit ad conjugem : *Peccavi coram Deo et sanctis ejus, quod ab hoc hospitiolo, sicut jussum sum, non recessi; et scio quod ob hoc nobis mala quæ patimur, accesserunt. Nunc autem pareamus visioni quam vidimus, et removeamus hoc hospitiolum a loco isto, ut salvemur.* Tunc amoto tugurio oratorium ex ligneis formatum tabulis 20 ibidem collocavit, in quo quotidie orationem fundens opem beati martyris flagitabat. Tandem cessantibus plagis, aptatis manibus ejus ad operam, tanta fructuum consequentia fuit, ut in modici temporis spatio amplius quam perdiderat, repararet.

Sed nec hoc silebo ad comprimendam malorum superbiam, quod 25 Plato quidam, Lotharii regis tempore ad Pauliacense monasterium accedens, in cujus oratorio sancti Saturnini reliquiæ continentur, pro eo quod munus aliquod ab abbate non accepisset, dixisse fertur : *Ego de hac ecclesia faciam domum regis, in cujus uno angulo equi ejus alantur.* Et cum furore discedens, dum ad principem abire disponit, 30 comprehensus a febre die tertia spiritum exhalavit, descendensque velociter ad infernum domum Dei reliquit ad cultum ejus, cujus nomini prius dedicata fuerat.

Num. VII... stare, ideoque non dubia fide credendum est, quia si sanctorum Dei fideliter.... honorari, qui non alia spe invocantur, nisi 35 ut per illorum meritum vel orationes exaudiat Deus. Non negligamus ergo eos ut mortuos, sed honoremus ut vivos, quibus donatum est credere in Christo, pro Christo pati, ac statim post resolutionem corporum esse amicos et dilectos Dei per omnia secula seculorum.

DE S. NICOLAO MYRENSI. (Vid. Catal., cod. 15, 56°.) (1)

Incipit vita sancti Nycholai episcopi et confessoris.

1. Beatus Nicolaus * de illo natus semine cui benedixit Dominus, contulit inter ipsa nativitatis suæ primordia magnæ spei solatium fecunditati matris Ecclesiæ quod ipse futurus esset multis in salutem pro spiritualium filiorum acquisitione. 5 Nam cum parentes ipsius secundum seculi dignitatem fuissent famosi et nobiles, et circa divinam religionem extitissent devoti et fideles, obtinuerunt assiduis apud Deum supplicationibus, ut posteritatis germine ditarentur ipsi seminantes in benedictionibus, ne de stirpe et domo sua deficeret vir qui rerum domesticarum divitias dispensaret familiæ Dei, et qui post terminum suæ mortalis vitæ restitueret 10 memoriam piæ conversationis suæ et fidei.

* *cod.* Nycholaus *et sic deinceps.*

2. Igitur Dominus et salvator noster facturus adhuc juxta psalmistæ præconium laudem ex ore infantium et lactentium, ita educavit ipsius infantiæ exordium per sancti Spiritus donum, ut per sacratiores religiosæ observationis dies, quartam scilicet ac sextam feriam, semel tantum capiens lacteum nutrimentum, et 15 perinde toto die abstinens, jam tunc sugeret ubera virtutum, quibus formaretur ad capienda quandoque incrementa spiritualium charismatum. Miro hoc modo beatus puer ablactatus est ab uberibus divinæ bonitatis, quæ licet magna sit in magnis, gloriosius tamen mirabilia operatur in minimis; ac deinde ad ecclesiam oblatus est a parentibus suis, ut quasi alter Samuel secundum benedictionem a 20 Domino natus ex sterili matre, appareret in conspectu Domini; quia in Evangelio perceperant ex voce Salvatoris nostri quod talium sit regnum cœlorum, et quod suscepturus sit ipsum Dominum qui in nomine suo talem susceperit parvulum. Sed cognati atque vicini cum cognovissent ex tam felici exordio quod manus Domini erat cum illo, congratulabantur parentibus suis, quia magnificavit Domi- 25 nus misericordiam suam cum ipsis, et posuerunt in corde suo quod futurus esset magnus coram Domino.

3. Nec fefellit eos oraculum conceptæ spei, quoniam post dies illos quibus parentes ejus processerant in conspectu Domini, exaltatum est cornu ipsius in domo Dei, et pro erogatione temporalis beneficii factum est memoriale 30 ejus in seculum seculi. Quidam enim nobilis Pataræ * urbis, unde etiam dilectus Dei Nicolaus originem duxerat, pervenit ad tantam inopiam rei familiaris, ut pro hujus vitæ alimentis, quæ promisit Dominus adjicienda quærentibus primum regnum Dei et justitiam ejus, deponeret filias suas prostituendas more meretricio, quatenus sustentaretur ipse pariter pro hujusmodi quæstus mer- 35 cimonio. Quod audiens vir Deo devotus, graviter tulit tam miserabile factum, et condolens nimium misero homini ex multitudine viscerum suorum quibus affluebat circa miseriam inopum, contulit ei bis terque magni ponderis the-

* *cod.* Pateræ.

(1) T. I *Analect. Boll.*, p. 501.

saurum : quia ibi erat cor suum unde sperabat cœleste præmium. At ille qui jam ditatus est ex tam insperato munere, cum vellet agnoscere auctorem hujus beneficii, dignum quidem magna celebritate, observat quando vir Dei tertio veniret cum solita benedictione, quia per duas collatæ munificentiæ vices didicerat de tali viro plura sperare, qui procul dubio divina institutus esset promissione qua salus recompensabitur in boni operis consummatione. Deprehensus est ergo vir Dei Nicolaus et agnitus, licet per nocturni temporis silentia occultos aditus quæsisset ac recessus. Sed post erogationem temporalis census contulit insuper dona piæ admonitionis, ne vellet deinceps agere vitam commercio nefandæ turpitudinis, ne sineret amplius filias suas degenerem ducere famam, infra opinionem suæ nobilitatis ; sciret autem nunquam sibi defuturum esse de thesauro collatæ largitionis.

4. Verum, quia apostolo attestante salvabit animam suam a morte, quicumque converterit peccatorem ab errore viæ suæ, promeruit beatus Nicolaus per conversionem quoque aberrantis familiæ municipatum cœlestis regiæ, qui hactenus genealogiam suæ nobilis prosapiæ honestavit tam sincera fide quam pia operatione, qui placuit tam Deo quam hominibus vitæ ac morum probitate. Unde factum esse creditur pro viri hujus indeficienti almitate quod futura ejus in cœlis glorificatio ostensa est a divina pietate, quæ cooperatur fidelibus suis pro bona voluntate. Post incrementa enim virtutum quibus crescebat pariter cum gradibus ætatis, meritum ejus laudabile ostenditur in visione Sabbacio cuidam, magnæ sanctitatis viro, quali beatus Nicolaus esset dignus in cœlo mansione, quæ quasi ædificium quoddam gemmis et monilibus pretiosissimis adornatum videbatur præmonstrare, et hanc vocem dicitur symmysta Dei Sabbacius ab angelo percepisse, quod dignatus sit Dominus famulo suo Nicolao decorem hujus habitaculi præparasse.

5. Factus est interea conventus episcoporum in Myrea * civitate, quæ est metropolis Lyciæ * provinciæ, ut defuncto pastori successor idoneus eligeretur ecclesiastica conventione, qui sciret secundum decreta canonum populo Dei præesse, et qui juxta apostolicam doctrinam esset sine crimine. Fuit autem ibi sacerdos quidam summa ante alios præditus sanctitate, cujus oraculum consulebat omne concilium super eligendo sacerdote; et tantum præsumebant omnes de judicio ejus et testimonio, ut nemo dubitaret illum huic officio dignum fore quem eligeret ipse dignissimus ecclesiastico regimine. Qui cum statuisset a Deo potius a quo bona cuncta procedunt, hanc electionem quærendam esse, indixit jejunium consensu sacerdotalis frequentiæ, ut dignaretur Dominus ostendere quem præesse vellet Ecclesiæ suæ, quam redemit suo pretioso sanguine. Sed pastor æternus, clemens et bonus custos, cum devoti gregis preces attendisset, voce lapsa de cœlo ostendit præsuli sanctissimo illum episcopatu dignum esse qui primus nocturno tempore ad ecclesiam occurreret, atque subjungit quod Nicolaus nomen ejus foret. Hunc quæsitum et inventum, devotissime tunc præsulem consecraverunt pontifices almi, divina revelatione lætificati.

* *cod.* Myrrea *et sic deinceps.*
* *cod.* Liciæ *et sic deinceps.*

6. Beatus autem Nicolaus pontificatus infula decoratus, talem se exhibuit ut ab omnibus amaretur. Tale enim erat studium vitæ et conversationis ejus, ut esset

omnia omnibus. Quapropter tantam a Domino consecutus est gratiam, ut non solum per corporalis præsentiæ benedictionem conferret quærentibus ab eo misericordiam totius remedii salutem, sed etiam absentibus per invocationem nominis sui præstaret optatæ consolationis et adjutorii opportunitatem. Nam quidam nautæ qui nomen tantum viri Dei et gratiam curationum ejus audierant, cum fuissent quassati sævissima tempestate, cœperunt sanctum Nicolaum invocare. Et clamantibus illis, apparuit quidam sub ipsius sancti viri schemate, dicens eis : *Vocastis me, ecce adsum.* Mox adjuvit eos celeri sublevatione, et cessare fecit tempestatem superveniente inæstimabili tranquillitate. Qui cum postea venissent ad ecclesiam quam vir Dei regebat credita sibi dispensatione, recognoverunt notam faciem episcopi, quam aspexerant solummodo in visione et in sua ereptione, et gratias agentes ei, annuntiaverunt præsenti ecclesiæ qualiter hoc miraculum circa se gestum sit per beati Nicolai meritum. At ille monuit eos discere quantum valeat fides apud Deum, qui usque nunc operatur in sanctis suis propter salutem credentium.

7. Contigit regias naves venire cum publico frumento ad portum Lyciæ provinciæ : quas ab Alexandria Constantinopolim tendentes constat nutu Dei per violentiam ventorum ad hanc partem appulsas esse. Populus enim illius terræ laborabat valde præ famis magnitudine. Proinde factus est concursus populi ad stationes navium, ut emerent victualia rerum. Sed præfecti quibus cura navium commissa erat, cum denegassent vicissitudinem coemptionis, pro eo quod publicum esset frumentum Constantini imperatoris, pervenit ad episcopum querimonia hujus excusationis. Qui prædictos principes colloquens, cum promisisset sub divini nominis attestatione nihil omnino de congruenti numero defuturum esse, quantumcumque auferrent de frumenti compensatione pro sui causa et pro imminentis periculi necessitate, accepit centum modios absque pretii restitutione, et distribuit populo illius provinciæ quantum volebant ad sufficientiam necessariam rerum; nec defecit de ipsa erogatione tritici usque ad tempus quo mediante Deo terra dedit fructum suum. Debitores autem navalis frumenti cum restituerent depositum suum publicæ exactioni, invenerunt constantem numerum cum mensura quam susceperant in Alexandria, et glorificaverunt Deum, qui misericorditer pascebat tantum populum per spontaneam donationem centum modiorum, et qui mirabiliter redintegrabat frumentariæ mensuræ numerum.

8. Audiens etiam Christi confessor trium puerorum innocentum necem, præcucurrit quantocius ad locum quo fuerant plectendi, astante magna multitudine propter exitus expectationem. Primatum vero consulis non extimuit, ministros iniqui judicis non expavit, quia sicut Scriptura ait, Justus ut leo confidit; sed statim solutos a vinculis usque ad prætorium consulis secum adduxit. Quem salva majestatis reverentia objurgavit, quod pro sola tantum pecuniæ largitione innocentes damnaverit; eumdemque consulem, nomine Eustachium, post congruam satisfactionem correxit, atque ipsorum juvenum innocentiam comprobans, ab imminenti periculo eos liberavit.

9. Huic tantæ pietatis et misericordiæ operi interfuerunt etiam tres principes

militiæ Constantini imperatoris, quos ipse direxerat in Phrygiam ad comprimendos impetus tumultuariæ seditionis. Qui cum remeassent redintegrata pace et recepissent pro meritis naviter exactæ expeditionis dignas remunerationes ab imperatore, accendit quosdam vel hostilis rabies vel pecuniæ sacra fames ut accusarent apud regem prædictos principes, quasi imperatoriæ majestatis insidiatores. 5 Sed ipse rex Constantinus facile declinavit in sententiam accusatorum, quia secundum vulgare elogium potentioribus et maxime regibus suspecta est semper virtus aliorum : unde dictum ac factum est ut traderentur custodi carceris, cui Hilarino nomen erat, donec publica conventio deliberaret quibus suppliciis punirentur, qui rei majestatis esse dicebantur. Cumque egressa esset a facie regis tam crudelis 10 sententia, ut occiderentur pariter sine audientia, præfatus custos carceris fecit piæ hilaritatis officium, et præmonuit inclusos principes ut domui suæ disponerent, quoad illud facere possent, quia die postera esset peragendum circa eos capitale judicium. Illi autem cum cognovissent imminens periculum, omnibus votis ac supplicationibus confugerunt ad Dominum, quia necesse est ibi adesse divinum, 15 ubi humanum cessat auxilium. Reduxerunt etiam in memoriam qualiter ipsis præsentibus vir Dei Nicolaus in ipso occisionis articulo defendisset trium juvenum innocentiam, et rogaverunt suæ quoque innocentiæ testem Dominum, ut dignaretur eis succurrere, propitiatus per famuli sui Nicolai interventum.

10. O mira et magna benignitas Salvatoris nostri atque misericordia, cujus 20 abundantia pietatis et merita supplicum excedit et vota. O prædicandum semper et laudandum beati Nicolai meritum, cujus sanctitati accreverat hic etiam cumulus virtutum, ut licet vivens adhuc in corpore quod aggravat animam, exhiberet tamen eis suæ interventionis præsentiam, qui ubique locorum toto corde quærebant misericordiam suam. Namque visio beati viri aderat in somnis Constantino impe- 25 ratori, aderat et delatorum principi, quæ divino quodam terrore comminabatur utriusque magnum et celere exitium, nisi cito relaxarent vincula atque supplicia principum, quos innocentes damnaverant ad pœnale judicium; scirent etiam se esse Nicolaum, Myreæ civitatis pontificem, et exacturum causam prævaricationis eorum apud Deum judicem, si se non audirent æqua postulantem. Hac illi percepta 30 allocutione, cum utrique turbati lecto suo excussi essent et unam eamdemque visionem contulissent, fecerunt absque dilatione præfatos principes adesse. Venientes ergo trepidi, quasi ipso tempore essent puniendi, steterunt ante conspectum regis Constantini. Qui cum exposuisset visionem quæ apparuit ei, et interrogasset eos si scirent quis esset Nicolaus, vir Dei, mox illi, ut audierunt nomen sancti 35 Nicolai, expandunt manus utrasque ad cœlum, Salvatoris laudantes clementiam, qui defendit semper ad se clamantium innocentiam, et facit electorum suorum vindictam. Et clara voce coram omnibus dignum referebant illum Dei famulum, qui preces suas exaudivit secundum multitudinem miserationum suarum, qui antea etiam defendebat causam trium juvenum innocentum. Cumque imperator Con- 40 stantinus audisset et experimento cognovisset beati Nicolai merita gloriosa, misit ei per ipsos principes magnifica munera, et inter cetera commendationis suæ mandata gratias ei retulit, quod sua opera propter necem innoxiorum in Deum non

deliquit, et quod tam caros hactenus et utiles reipublicæ principes conservavit.

11. Venerunt aliquando ad beatum Nicolaum ex longinqua terra quidam nautæ, ut confirmarentur ejus salutari benedictione. Qui cum obtulissent devotas oblationes de domesticis facultatibus, obtulerunt etiam ampullam vitream cum oleo, quam mulier quædam sub prætextu religionis miserat per ipsorum manus, obsecrans ut pro sui memoria dignaretur hoc suscipere munus, et vellet cum ipso oleo quod aptum quoque esset ad luminaria ecclesiastici decoris, perungere parietes ecclesiæ in testimonium piæ devotionis suæ. Sentiens autem vir Dei spiritu prophetico hoc diaboli esse maleficium, non beneficium religiosum, jussit nautas post acceptam a se benedictionem repetere iter maritimum et mittere in mare munus transmissum: ex hoc jam posse eos cognoscere quid futurum esset, si per illud oleum ungeret parietes ecclesiæ, quandoquidem domum reversi ipsam quoque mulierem inventuri essent, a dæmonio arreptam, vexari pro hoc scelere. Denique facta navigatione, cum vas olei projecissent in mare, cœpit mirum in modum ignis inter fluctus huc atque illuc discurrere. Et nisi longius emisso hujus olei figmento, celerius juxta præceptum viri Dei aufugissent, haud dubium est* quin ipsos nautas diabolicæ fraudes consumpsissent. Igitur post magnam trepidationem domum reversi, prædicaverunt ubique merita præclara sancti Nicolai, quem senserant manifeste provisorem suæ salutis et gubernatorem tam periculosæ navigationis, simul et propulsorem surgentis super se magnæ tempestatis.

12. Multas quidem beatus Nicolaus contulit infirmantibus gratias curationum; sed inter primas virtutes sanitatum, sanavit mulierem quamdam claudicantem per sanctæ crucis signaculum.

Invitatus etiam ab Elamitarum populis, liberavit eos ab antiqui hostis infestatione. Qui commoratus in arbore quadam cypresso, ferebatur omnem viciniam multiplicibus figmentis sæpenumero delusisse; sed post viri Dei adventum, destructo ipsius inhabitationis vasculo, ulterius non apparuit in eodem loco.

Arniverdensis quoque castelli civibus temperavit penuriam potabilis aquæ, solatio fontis eliciti de vicino monte, precibus antea effusis; et in ipso castello quemdam febricitantem simul et dementem eripuit a diuturna peste pariter et ab incredulitatis errore; atque matronam quamdam post trigesimum sterilitatis annum consolatus est conceptæ sobolis fecunditate.

Sanavit etiam quemdam dæmoniacum de Andronica regione, per oleum quod accenditur ad decorem ecclesiæ; sed et cæco cuidam Antonio reddidit visum per sacrati olei unctionem; et alii item infirmo restituit viscerum sanitatem, postquam promiserat se accepturum et observaturum christianismi religionem.

Clericis post collectionem sanctæ Dei ecclesiæ reficientibus quodam tempore apud sanctum Dei Nicolaum, sedulus ipse minister astitit; sed totus ille conventus divinæ largitati simul et ministrantis almitati laudem et gloriam retulit, quod multis bibentibus ex una phiala potus tam modicus sed invisibiliter amplificatus ad totam refectionem non defuit.

Qui etiam alio tempore octoginta viros uno pane satiavit; quos post completum opus pro quo eos conduxerat, glorificantes Dominum et talis viri sufficientiam admirantes dimisit.

* *cod.* esset.

Lapidem quoque magni ponderis quem septuaginta homines construendæ ecclesiæ ædificio non valebant aptare, sanctus vir cum duobus ministris admovit, post expulsionem fraudis diabolicæ.

Et ipse malignus quodam tempore transfiguratus in angelum lucis et mentitus se ad virum Dei missum esse, licet habeat mille nocendi artes, detectus tamen et 5 ejectus, cœpit evanescere, conquestus nusquam voluntatis suæ efficaciam se consequi posse, pro studiosa beati viri cautione.

Puella quædam post septimum infirmitatis suæ annum, sanata est per virum Dei ab omnium membrorum ariditate; et quidam minister ejusdem viri Dei ereptus est meritis ipsius et intercessione a dæmoniaca vexatione, admonitus cum reliquis 10 præsentibus ut obediendo et insistendo mandatis Dei, præstruatur aditus, ne hostis callidus potestatem malitiæ suæ possit exercere in aliquibus.

13. Propinquante jam viri Dei ex hoc seculo assumptione, navigavit ad venerabilia loca Hierosolymæ, comitantibus archipresbyteris Arthemane et Ammone. Sed propter difficultatem intempestivæ navigationis et propter horrorem hostis 15 antiqui visibiliter apparentis atque cupientis gestatoriam navim evertere, cecidit Ammon presbyter exanimatus; sed sociis propter subitam ejus mortem flentibus, restituitur per beatum Nicolaum redivivus.

14. Reversus igitur vir Dei Nicolaus in Myream civitatem, et data omnibus pace post solemnem orationem, venit deinde ad monasterium suum, ac paulo post 20 infirmatus sanavit quamdam mulierem de villa Soclon, habentem spiritum lunaticum: ut scilicet in consummatione bonorum operum Deo auctori totius gratiæ et virtutis redderet spiritum suum immaculatum. Qui præparatum in cœlesti mansione habitaculum introivit VIII Idus Decembris, temporibus Joviniani imperatoris, regnante Domino nostro Jesu Christo cum Patre et Spiritu sancto per omnia secula 25 seculorum. Amen. Corpus beati viri sepelivit digna veneratione Philippus episcopus cum aliis quibusdam sacerdotibus, clero et populo super tanti patris destitutione nimium mœrentibus.

15. Pro hujus sancti memoria et glorificatione perpetua facta est res mirabilis et hactenus seculis inaudita. Nam ex tumba ejus oleum manat, cujus natura quem- 30 admodum est lucis ministra, sic hujus signi gratia anteactas virtutes illustrat et sequentes comprobat, quia cunctos languidos sanat. O immensa Christi pietas omni laude prosequenda, quæ declarat longe lateque sui famuli merita, quæ sint fidelibus quasi quædam salutis pignora, ut qui per seipsos promereri non possunt vitæ remedia, consequantur hæc per beati Nicolai patrocinia. 35

16. Succedit huic grandi miraculo alia quædam virtus divina, quoniam propter injustam expulsionem Myreæ civitatis episcopi, cessabant sacri liquoris stillicidia, donec ipse sacerdos restitueretur in sede propria, et tunc solito affluebant optata infirmantium medicamina. Locus autem ubi positus est sanctus Dei Nicolaus, distare dicitur per tria milliaria a civitate Myrea, et habere portum Adriatici maris 40 in orientali plaga.

17. Affuit etiam sacræ sepulturæ officio quidam paterfamilias, Cedron nomine, qui expetebat supplici devotione ut pro benedictione mereretur aliquid accipere de

vestimentis sancti Nicolai, cui adhuc viventi se commendaverat tota intentione. Accepto igitur uno linteamine cum gratiarum actione, fecit gaudium magnum et salutem omni populo civitatis suæ, vocabulo *Excorandæ*, quia ibi in memoriam beati Nicolai ecclesia per ipsum constructa et per Apollonium, ejusdem civitatis
5 episcopum, consecrata cœpit perinde multis miraculorum signis illustrari, collata infirmis atque debilibus spe sanitatis suæ. Hic paterfamilias anxius pro generis posteritate, quam per multum tempus juncti matrimonii non poterat promereri ex sterili conjuge, suscepit tandem filium unum per beati viri interventum, præmissa ad eumdem patronum multa precum, vigiliarum et jejuniorum atque eleemosyna-
10 rum sedulitate. Sed ipsi parentes ex insperato orbati sunt præoptatis filii sui gaudiis per Agarenorum deprædationem, qui impetu hostili dissipaverant totam pene illam regionem. Nam fugiente reliquo populo, dum puer sese non credebat fugæ præsidio, captus et abductus, pervenit in servitium regi Babylonio. Pater autem et mater ejus incredibili modo afflicti pro unico senectutis suæ solatio, iteratis misericordiæ ope-
15 ribus et multiplicatis plus quam soliti erant facere, continuis diebus christianæ religionis, studio expetebant a beato Nicolao, ut pignus quod a Domino ipse prius impetrasset ac supplicibus suis condonasset, nunc sublatum a prædonibus restitueret.

18. Mirum in modum puer, sicut steterat in pincernæ ministerio ante regem Babylonium cum regio poculo, ita per capillos apprehensus, subito translatus est
20 divina quadam majestate ubi parentes ejus celebrabant anniversariam festivitatem beati Nicolai cum devoto Dei populo. Hoc signum mirabile videtur plurimis incredibile; cum nostra plane sic efferat opinio, magis admiratione dignum esse quod iste sanctus gerens adhuc corpus corruptibile promeruit speciali quodam privilegio sanctitatis invocantibus nomen suum per quotquot locorum spatia præsentiam *
25 sui præbere et auxilium conferre, qui nunc coronatus in excelso gloriæ præsentem habet Dominum majestatis, qui prædicatur mirabilis Deus in sanctis suis. Et circa Abacuc prophetam legitur in libro Danielis simili modo gestum fuisse, quando eum in Judæa positum angelus Domini apprehendit in vertice et portavit eum capillo capitis sui, posuitque eum in Babylone in impetu spiritus sui, ubi prandium dome-
30 sticis messoribus paratum pertulit Danieli, servo Domini, restitutus iterum in Judæa per ministerium angeli. In novo quoque Testamento Spiritus Domini rapuit Philippum, et transtulit de loco ad locum. Sed ibi solius eunuchi de divina lectione studium promeruit hoc de Philippi translatione miraculum; hic autem beati Nicolai meritum operabatur cum religione et studio fidelium parentum. Nos pro certo
35 gaudemus et exultamus, quod talem habemus Dominum, qui possit majora horum facere in sanctis suis, qui per eorum merita et intercessiones multa beneficia præstat fidelibus suis.

* *cod.* præsentia.

19. Accidit quoque in partibus Africæ beatum Nicolaum fecisse miraculum, quo et celebre meritum ejus et incredibile studium circa salutem hominum videtur
40 indicasse. Quidam enim gentilis negotiator, cum bello interfuisset quo Wandali invaserunt Calabriam, diripuit inter reliquam deprædationem ipsius sancti imaginem in tabula venuste depictam. Edoctus autem per quemdam christianum quia hæc imago fuerit miræ sanctitatis viri, cœpit eam ex hoc magno honore venerari.

Ergo discessurus aliquando cujusdam necessariæ profectionis gratia, commendavit beato Nicolao omnia sua bona, ut ipse custodiret ea donec reverteretur ad propria. Sed post salutationem sacræ imaginis cum discessisset, quasi securus de viri Dei providentia, quam audierat omnibus in se confidentibus esse pronissimam, ecce quidam latrunculi exploratam habentes domestici procuratoris absentiam, vene- 5 runt et abstulerunt omnem creditoris illius supellectilem, præter sacræ imaginis tabulam. Reversus autem creditor ille, et expertus quod omnia sua perdidisset bona, retulit damna rerum suarum ad injuriam viri Dei, quem in imagine sua persecutus est crudelitate nimia. Nam quasi sanctus Dei in ipso crederetur simulacro, plagas multas ei imposuit, comminatus insuper futuram ejus adustionem, 10 nisi restitueretur sibi depositum quod commendavit. Beatus autem Nicolaus præscius multos per hanc occasionem credituros esse, obtulit se cohorti prædatoriæ, testatus se præsentem esse quando aliena diripuissent præsumptiva invasione, se pro neglecta custodia verberum vindictas persolvisse : ipsos perinde prodendos esse et ulciscendos digna vapulatione, nisi redderent commendata suæ 15 custodiæ. Quibus auditis, cum credidissent se deprehensos non posse aliquo modo evadere, ipsa nocte priusquam fieret concursus populorum, accelerabant ex integro sublata restituere. Facto mane, cum barbarus ille vidisset substantiam quam amiserat, se recepisse, repletus gaudio magno super inæstimabili dono gratiæ, reddidit gratias Deo et sancto Nicolao, cujus providentia fuerat sibi causa tantæ 20 felicitatis suæ. Qui mox credidit cum tota domo sua, accipiens Christi baptisma, et exinde per totam Africam divulgatur nomen beati Nicolai et celebris deinceps ibi habebatur ipsius memoria.

20. Ecce quanta potuimus brevitate diximus ea quæ percepimus de miraculis sancti Nicolai, quæ per ipsum dignatus est Dominus ope- 25 rari ad laudem et gloriam nominis sui, ut nos quoque beato Nicolao impenderemus aliquid officii religiosa intentione, etsi non possumus pia conversatione. Dignum est enim ac necessarium nobis recolere continua veneratione merita sanctorum in quibus jubemur Dominum laudare, ut ipsi dignentur nobis misereri de sua requie, qui in simili- 30 tudine carnis nostræ experti sunt quondam quia corpus quod corrumpitur aggravat animam, nisi benedixerit Dominus terram suam.

Primus quidem aut inter primos scripsit de vita sancti Nicolai Methodius patriarcha græco sermone; quem secutus est Johannes quidam diaconus de monasterio sancti Januarii, usus nimium per- 35 plexa locutione, et materiam tam felicis historiæ quæ celebranda est potius ecclesiastica puritate ac simplicitate, depinxit multum per omnem modum scholastico flore et poetico carmine, ut videatur caliginem pariter intulisse cum tanto miraculorum fulgore, dum studebat, utpote xxv annorum tirunculus, nimium verbosus existere. 40 Cetera vero miraculorum insignia quæ non habentur in ipsius Johannis scriptura, reperimus in alterius scriptoris editiuncula. Quæ si videantur alicui incredibilia, quasi fuco mendacii decolorata, non

imputabitur nostro studio vel operi hujus incredulitatis causa, sed magis primario scriptori per quem ad nos est delata, qui ea amplectimur, colimus et veneramur pro beati Nicolai veneratione dignissima, quibus est hæc fixa sententia quod apud Deum omnia sunt
5 possibilia. Ceterum discat omnis religio omnisque sexus et conditio quanta dignus sit reverentia ac celebritate, quem Deus tanto dignum ducit honore ut quicumque speraverit in ejus nomine, non privetur optata consolatione.

Sed ad comprobandum beati Nicolai erga omnes sui veneratores
10 patrocinium, referre volumus in calce hujus opusculi quod contigit nostris temporibus in provincia Noricorum et in monasterio sancti Emmerammi. Nocturno siquidem tempore furtim sublatus est thesaurus ecclesiæ, per quosdam ministros nequitiæ. Super hac re cum fratres ipsius ecclesiæ nimia afficerentur tristitia atque mœrore, sta-
15 tuerunt ex consilio cujusdam senioris per continuos tres dies missas celebrari in honorem atque memoriam beati Nicolai. Quo facto, advenit quidam ex Alamannia, qui denuntiabat captos esse prædones in vico qui dicitur Ulma et amissionem oculorum recepisse pro commissi sacrilegii vindicta; se vero ob hoc missum esse ab illius loci re-
20 ctore, ut mitterentur qui reportarent monasterialem thesaurum, integrum quidem numero et pondere, sed confractum opere. Pro hujus beneficii merito referentes gratias Deo et sancto Nicolao, fecerunt vota beato viro, quæ laudationes ipsi redderent jure perpetuo. Hoc miraculum cognovimus ex scriptura pariter et relatione cujusdam
25 fratris qui, utpote nutritius ejusdem ecclesiæ, socius fuit passionum simul et consolationis. Deus igitur omnis gratiæ dignetur nos per merita beati Nicolai de præsenti seculo nequam liberare et collocare in cœlesti mansione quam præparavit diligentibus se : quod ipse præstare dignetur, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat
30 Deus per omnia secula seculorum. Amen.

Explicit vita sancti Nicholai archiepiscopi et confessoris.

Incipiunt miracula ejusdem. (Vid. Catal., cod. 15, 58°.) (1)

1. Igitur operæ pretium remur, si ea quæ nostris temporibus per ejus gloriosa merita gessit omnipotens Deus, brevi elogio depromamus. Cum longe lateque vir-
35 tutum beatissimi Nicolai propalarentur insignia, ex diversis et semotis mundi partibus nobilium et ignobilium, divitum quoque et pauperum catervæ, ad ejus venerabilia cœperunt convolare merita. Itaque vir quidam præpotens incola patriæ, degens etiam trans mare quod illas suo volumine circuit nationes, secundum hujus seculi transitoriam dignitatem gazis refertus opimis multisque ditatus rerum copiis,
40 annuatim ad ejus navigio consueverat sanctissima properare mœnia, ejusque

(1) T. I *Analect. Boll.*, p. 501.

tumulum post multarum orationum fusa libamina suis honorare xeniis, sicque lætus et alacer remeare ad propria. Quodam autem tempore secundum morem consuetum ad ejus veniens bustum, voto se constrinxit aureum vas se facturum in ejus servitio, sibique delaturum. Domum vero regressus, aurificem peritissimum accersiri jussit, et illi non modicum pretiosi obrizi libravit talentum, et quid de hoc 5 faceret velle indicavit proprium. Artifex ergo accepto auro, illud diligentissime, prout decebat sanctum Nicolaum, operari cœpit et variis gemmarum unionumque ordinibus mirifice ordinavit. In tantum itaque in sculptura illius vasis illi affuit pietas jam dicti præsulis, ut ipse quoque ingenium miraretur collatum opusque manuum suarum. Tandem strenuissime peracto opere, patremfamilias repetiit, quod- 10 que sibi commiserat retulit integro libramine. Qui satis eximium opus admirans artificemque collaudans, qualem pro tanto opere decebat illi recompensavit talionem.

2. Verum cæca animi pellectus cupiditate et perfossus cuspide tenacis avaritiæ, tanti pretii vas suis usibus deputavit retinendum, malens sibi ex eo diatim vinum propinare quam sancto Nicolao cui illud devoverat, deferre. O vir egregie, 15 dic, quæso te, numquid gloriosus et jam cœlesti gloria sublimatus et totius paradisi jocunditate insignitus Nicolaus, opum tuarum cupidus, te compulit ut illi aurea vasa promitteres? Numquid aurum tuum non manebat tibi? Quare ergo illi vovisti quod postea pœnitendo fraudulenta cupiditate illi subtrahere conaris? Nonne scriptum audieras quia melius est non vovere quam post votum promissa 20 non reddere? An psalmistam dicentem non legeras: Vovete et reddite Domino Deo vestro? Virum ergo te non recte profiteor. Cum enim vir dicatur a virtute, si tibi aliqua virtus inesset animi, perpenderes utique astutias versipellis inimici, qui suggerebat ut ea quæ tuo patrono Nicolao devoveras, falsa avaritiæ irretitus decipula auferres; dicente Salomone: Qui dominatur animo suo, validior est expugna- 25 tore urbium. Verumtamen quia ad horam reddere noluisti quod volens vovisti, necessitate coactus et illud et alia quamplura, ut dignum fuit, sancto Nicolao persolvisti. Nunc autem ad rei gestæ veniamus ordinem.

3. Cum itaque præfatus locuples jam dictum vas ambitiose suis delegasset obsequiis, rursus ad se convocans aurifabrum, similem prioris auri illi proferri 30 jussit quantitatem, omnimodis obsecrans ut exinde alterum vas in servitio sancti sculperet Nicolai. Quod ille libenter annuens, auri summam secum detulit; et sæpissime ut ars expostulat fundendo et tundendo, nullatenus secundum suum velle aliquod opus exinde efficere prævaluit. Rediens ergo ad memoratum virum, quod ei dederat reconsignavit; et quæ sibi contigerant, retulit. Ille autem hoc audiens et 35 in sua cupiditate permanens, decrevit illud aurum et gemmas pariter sancto Nicolao devehendum. Interea anni orbita volvente, secundum tempus quo ad sancti limina consueverat properare, scapham sibi præparari jussit honorifice, et omnia necessaria in ea poni affluentissime. Igitur remigio remigum fultus, velis quoque tantæ navigationi aptis adumbratus, Euro flante secundo, sua carbasa ventis commisit 40 fluctivagique sali fluctibus; gubernatoreque artemonem prospere regente, una cum uxore et filio, servorum etiam plurimo famulatu, navigationem est aggressus.

4. Cum igitur per vitreos campos navigando in maris devenissent medio,

nimia siti exardescente, filio suo præcepit ut ei vini propinaret haustum, cum vase jam sæpissime prælibato. Tanto enim illud amplectebatur amore, ut neminem præter se ex eo poculum vellet haurire. Expositum itaque vas ab adolescente subito e manibus ejus elapsum, corruit in mare. Cumque juvenis porrectus illud
5 conaretur arripere brachiis, incaute prosiliens ipse etiam delapsus est in gurgite profundi maris. Navis quoque ut cœperat percurrens cursu volucri, ulterius eum inveniendi navigantibus abstulit spem. Ecce quid promeruit inepta cupido. Tum mœstus et lugubris quod residuum erat navigationis peragit, et illo quo tendebat, usque pervenit.

10 **5.** Attamen pietas sancti non diu passa est tantam in eo permanere mœstitiam. Denique potitus optata litoris statione, extemplo ad sancti tumulum convolavit, et aurum quod detulerat, pro vase super ejus altare posuit; sed protinus longius repulsum est, quasi cum magna vi indignationis. Quod ille cernens, ante sancti memoriam prostratus, se reum, se culpabilem clamabat, et quid egerat, qualiterve vas
15 quod sancto Nicolao daturum se spoponderat coram omnibus intimavit, necnon et amissionem filii sui vasisque illius, lugubri lamentatione professus est. Igitur post longa orationum suspiria voto sese astrinxit plurimam rerum suarum copiam in obsequio sancti Nicolai expositurum fore, si suis meritis et intercessionibus sibi suum redderet filium. At venerabilis confessor qui semper præsto adest omnibus
20 se cum fide invocantibus, non distulit illius adesse invocationibus. Mira res. Cum idem vir sua infortunia lacrimabili querimonia defleret, et singultu quatiente omnibus confluentibus propalaret, repente filius ejus quem in maris medio perdiderat, quemque fluctibus absorptum deflebat, vas illud quod amiserat, manibus bajulans, insperate limina templi ingressus veniebat.

25 **6.** Quem pater illius et mater omnesque astantes considerantes, maximis exhilarati gaudiis, grates immensas Deo et suo adjutori magnifico retulerunt Nicolao. Juvenis autem clara voce referre cœpit quemadmodum venerandi vultus habitum gerens, cum in mari cecidisset, ei senex apparuerit, et eum ulnis sustentans usque ad litus deportaverit, et ei iter quod ducebat ad basilicam sancti Nicolai insinua-
30 verit, et sic subito ab eo recesserit. Hæc et his similia illo referente, præ magnitudine gaudii lacrimas lacrimis addentes collaudabant clementiam sancti et incomparabilis meriti Nicolai. Sicque vota sua persolvens et œnophorum quod pridem abstulerat, reddens, gaudens et alacer cum filio proprio universoque comitatu remeavit ad propria, laudans et glorificans Deum, qui per sanctum suum talia
35 et tanta dignatus est patrare magnalia. Laudemus ergo et nos immensam ejusdem Dei misericordiam, qui quotidie nobis ut meliorando proficiamus, in exemplum sanctorum suorum facta manifestat.

Aliud.

1. Extitit præterea alius vir, qui mercimoniis intentus assiduis, variis exubera-
40 bat rerum opulentiis. Sed sicut sunt nonnulli qui nonnunquam ex minimis rebus

artificiose ad quærendum divitiarum apicem conscendunt, ita quoque sunt plerique qui diutino labore acquisitas opes dilapidatorie utentes, ad infamem egestatem sæpissime perveniunt. Hic itaque vir de quo nobis sermo est, fertilitate divitiarum suarum dapsiliter et prodige utens, et in posterum non præcavens, ad ultimum ad ignominiosam pervenit paupertatem. Interea necessitate cogente, verens ne succumberet mendicitati publicæ, quemdam judæum adiit qui in vicino commorabatur, quique, ut in plerisque sese habet illud hominum genus, diversis pollebat copiis, orans et prece multa deposcens ut ex suis facultatibus aliquid ei impertiendo commodaret, unde lucrando aliquomodo valeret suam penuriam relevare. Cumque ille utpote judæus christiano minime fidem dando crederet, et pro thesauro commodando arrabonem sibi deferri jussisset, ille qui petebat subintulit, dicens: *Quid tibi pro arrabone donare valeam non habeo; sed si velis recipere, sanctum Nicolaum pro me tibi fidejussorem delegabo.* Quod ille audiens, ut erat judæus, non abnuit; sed sibi talia prælibanti respondit : *Nicolaum*, inquit, *super quo polliceris, multis intimantibus ejusque miraculis coruscantibus non ambigo bonum esse virum. Et quia fama volitante summi Dei eum cognovi esse fidelem, ea quæ postulas sub ejus fidei pollicitatione, si ipse volueris, tibi non cunctabor commendare. Credo equidem tantæ auctoritatis virum nullomodo res meas fraudulenta fide defraudaturum.* Ergo cum communi utrorumque consensu, oratorium sancti expetunt Nicolai; et christianus qui a judæo mutuum quærebat, tenens cornu altaris ita eum affatus dixit: *Istud altare tibi in vadimonium trado, simulque ipsum sanctum Nicolaum pro me fidejussorem præbeo, ante cujus etiam conspectum promitto quæ mihi nunc in tali angustia præstas, tibi a me esse reddenda die denominato.* His igitur sponsionibus delectatus et ad domum propriam reversus, quod petebatur quærenti contulit, auri scilicet non modicam quantitatem.

2. Domino itaque favente sibi et sancto Nicolao opitulante, ad pristinam divitiarum abundantiam rediit in brevi tempore. Cum autem diffinitum tempus advenisset, judæus quod præstiterat, requirere satagit, rogans ut quod commodaverat voluntarie, celeriter restauraret. At ille ejus petitioni acquiescens, quidquid rogavit, prompta voluntate annuit. Verum trium induciarum jam transcurso spatio, judæus rediit, obnixeque quod mutuum dederat, expetiit. Christianus vero immemor collati beneficii, astutia etiam deceptus diaboli, dixit omne debitum reddidisse se illi. Quod ille audiens et ultra quam credi possit obstupescens, iterum atque iterum monebat ut quod præstiterat, redderetur sibi. E contra christianus affirmando asserebat se cuncta quæ acceperat, restituisse. Tandem civitatis generale adeuntes *mallum*, coram senioribus et judicibus illius patriæ, judæus quæ cum christiano egerat vel qua conditione illi aurum suum commodaverat, aptam protulit rationem, obsecrans ut eorum judicio quod mutuum donaverat, sibi integre redderetur. Ille autem qui acceperat, negando respondit quidquid exigebat illi se reconsignasse integro libramine. Tunc ex consultu arbitrorum decretum est aut illi quod requirebat ad præsens reddendum fore, aut certe sacramento illi fidem facere, omne quod exigebat recepisse. Ad hæc judæus : *Satis*, inquit, *Nicolaum fidelem virum credo esse, sub cujus fide quidquid defraudator defendit, videor commodasse. Atta-*

men, si mihi jusjurandi fecerit fidem super illius altare quod in vadimonio suscepi, summam pecuniæ quam repeto floccipendo amittere. Scio enim cui aurum meum credidi, et certus sum non illum aliqua fraude posse decipi. O judæi gloriosissimam fidem, qui nondum in Christo renatus, credebat Deum ejusque famulum Nicolaum minime posse decipi fallacibus sacramentis.

3. Quid multis moror? Constituto iterum die simul conveniunt, judæus videlicet cum suæ legis testibus et christianus cum christianis hominibus. Fecerat autem idem christianus callida machinatione concavum quoddam in manu baculi manualis, in cujus concava summitate auri quantitatem quæ repetebatur posuerat. Cumque pariter ad monasterium sancti Nicolai properarent, christianus ille baculum simul cum auro interius recondito judæo dedit, petens ut usque ad basilicam sancti Nicolai illum deferret secum, ut, dum ille baculum cum auro reciperet atque manu portaret, quia illi quod exigebat in manu dederit, sacramenti fide jurare posset. O calliditas viri præsumptuosa, qua sanctum Nicolaum insontemque decipere conabatur. Sed quia non est sapientia neque prudentia neque calliditas contra Deum, meritis sancti Nicolai quem fallacem machinabatur efficere, fallax machinatio qualiter hominibus innotuit, in subsequentibus intimabo.

4. Interea judæus tantæ falsitatis ignarus, baculum jam dictum artificiose compositum manibus gestans, una cum christiano ad templum sancti Nicolai pervenit. Tunc miserrimus ille manum super altare ponens et pejurans, jusjurandi sacramentum intrepidus dixit, et ab altari lætus discessit. At judæus : *Satis,* inquit, *præstolabor quid vindictæ de tanta falsitate mihi Nicolaus iste cui credidi, faciet.* His dictis, utrique ad propria mœnia recesserunt. Cumque christianus iter quod ad suam mansionem tendebat, alacris perageret, in ipso itineris medio tanto sopore depressus est ut, si ibidem non modicum quiesceret, statim exhalaret animam. Projiciens itaque se bivio, baculum quem confecerat cum auro juxta se posuit et divinitus obdormivit. Igitur cum inibi somno depressus jaceret, repente vehiculum onustum bobus trahentibus per eamdem viam veniebat, et usque ad ipsum locum quo ille jacebat, pervenit. Cumque bibulci eum non possent excitare, nec in alteram partem carrum reflectere, impetu valido bobus super eum transeuntibus carrum illud quod trahebatur, per eum transivit, eumque mox exanimem reddidit, et baculum juxta eum jacentem contrivit. Tunc omnibus qui aderant, aurum quod reposuerat, apparuit, et quanta calliditate adversus judæum usus fuerat, judicibus et magistratibus omnique populo claruit.

5. Cum ergo ad illud spectaculum undique suburbani convolarent, judæus quoque et ipse accurrens, affuit, et aurum suum quod ille fraudator ei suis commentis denegarat, judicibus illic astantibus recepit. Cursu itaque citato usque ad sancti Nicolai oratorium pervenit, et coram astans dixit : *Gratias tibi ago, bone Nicolae, quia fideliter mihi aurum restituisti quod in tua commisi fide. Enimvero, quia tanta mihi immerito voluisti exhibere beneficia, neque passus es me deludi ab illo fraudatore, amodo te venerabor ut Deum, et velut summi Dei fidelissimum amicum et testem. Verum si tantæ procacitatis virum resuscitando mihi tuis beneficiis ingrato virtutem tui meriti propalares, cum omni familia juris mei Deo tuo crede-*

rem, et omnes quos possem meæ religionis viros ad christianorum sectam convertere conarer. Itaque dum ad invicem de re quæ acciderat, confabularentur, ecce qui mortuus fuerat, limina templi ingressus, coram altari sancti Nicolai procidit, et de his quæ gesta erant, veniam impetrando, sese culpabilem reddidit, et sic ad domum suam rediit. Quod judæus ut vidit, confestim credens Christo, cum omni domo sua se baptizari petiit, et judaismum deserens deinceps Christo sanctoque Nicolai fidelis permansit. O facilis pietas eximii confessoris, qui petitionibus viri judæi patulas aures tam facile præbuit, et quod petebatur adimplevit. Ejus itaque imploremus gratissimam clementiam pietatis totis cordium medullis, ut orationum nostrarum libamina ad aures summi deferat conditoris, qui super omnia vivit et regnat in solio regni cœlestis. Amen.

DE S. NICASIO REMENSI. (Vide Notam t. I *Analect.*, p. 613, lin. 34.)

10. Qua de re diu sic manente solitaria civitate, Christianis qui ad munitiones montium fugerant incursiones paganorum metuentibus, sub custodia tantum angelica sanctorum martyrum corpora ibi servabantur, ita ut in noctibus a longe cœlestia cernerentur luminaria, et suavissimo sono a multis audirentur cœlestium civium carmina. Unde ex revelatione divinæ virtutis jam jamque confortati cives qui ad sepelienda sanctorum corpora divina providentia remanserant, ad urbem properantes odorem suavitatis inæstimabilem ubi eorum corpora habebantur, hauriendo senserunt, gemitumque gaudio miscentes, et lacrimosis laudibus Deum magnificantes, in locis congruis circa urbem condiderunt, venerabiliter ea humantes. Hoc autem ideo contigit, ut et sacerdotalis vigor inexpugnabilis probatus durissimis glorificaretur pressuris, et criminosa plebis negligentia merito discussa satisfactione debita, digno cruoris libamine divinitus expiata funditus purgaretur.

11. Beatissimi vero Nychasii atque sanctæ Eutropiæ corpora in cœmeterio sancti Agricolæ via orientali in glorioso templo quondam a Jovino, christianissimo præfecto, mirabiliter a fundamentis fundato sepelierunt, ita ut appareat divinæ procurationis providentia ad dignitatem celebritatis ipsorum magis quam ad auctoritatem primæ ædificationis fuisse præparatum. Sunt ergo ibi præscripta sanctorum martyrum corpora humata, innumerabilibus signis miraculorum atque virtutibus ubique præclara.

12. In quibus plebs Remensis geminata sibi perpetualiter possidet fidissima salutis suæ suffragia. Sanctam enim principalis sedis ecclesiam tantorum martyrum sanguine gaudent interius inesse sacratam et exterius regionem omnem tantarum virtutum trophæis gloriantur munitam, dum et interius habitantes illorum sanctificantur cruore, exterius vero sacris et pretiosis proteguntur corporibus. Sanctissimus

vero Anianus, Aurelianensium pontifex, superstes illis temporibus servatus est illæso corpore, ut ipsius revelatione innotescerent sanctorum martyrum certamina, quatenus et ab ipso iterum omnis fidelis posteritas sumeret ecclesiasticæ firmitatis fundamina, et christiana 5 militia haberet ubi disceret perpetuæ salutis tirocinia. Quorum omnium intercessionibus fulti ad optata desideremus pertingere gaudia, in quibus sine fine beati vivunt cum Christo in secula. Amen.

DE S. VICTORIA. (Vid. Catal., cod. 15, 64°.) (1)

Incipit passio Victoriæ virginis et martyris.

10 **1.** Factum est ut illustris vir Aurelianus Anatholiam, virginem Deo sacratam, per matronas sibi conjugem postularet. Quæ diem secundum petitionis ejus differri jussit, donec per temporum dilationem omnia quæ habebat pauperibus et christianis expendit. At ubi expendit omnia, cœpit se infirmam asserere et non posse præ infirmitate maritale jugum excipere. Tunc astitit quidam qui eam assereret 15 christianam et ex hac causa excusationem afferre. Tunc dicit Titus Aurelianus Eugenio, amico suo: *Novi virginem Victoriam prudentissimam te habere sponsam: peto ut roges et pergat ad Anatholiam, et ipsa ei persuadeat ut meæ petitioni præbeat consensum.* Quod cum fieri impetrasset, perrexit Victoria ad Anatholiam, et cœpit ad eam dicere: *Audi me, domina soror. Ego christiana sum, et novi quia Deus* 20 *nuptias non condemnat; et omnes prophetæ et patriarchæ conjuges habuerunt, et posteritas eorum a Deo benedicta est. Nunc ergo audi me, et accipe virum qui te non prodat quod sis christiana, sed per maritalem gratiam fiat ipse christianis consentiens.*

2. Hæc Victoria dicente, Anatholia virgo ait: *Vince diabolum et esto vera victoria. Quando terra vacua erat, dixit Deus hominibus: Crescite et multiplicamini,* 25 *et replete terram; nunc autem Filius Dei descendens de cœlo, dixit: Crescite in fide. multiplicamini in caritate et replete cœlos; appropinquabit enim regnum cœlorum, Iterum dixit: Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos.* Victoria dixit: *Ergo nuptias Deus non fecit?* Anatholia respondit: *Deus omnium est creator et conditor; ipse fecit oves qui fecit et lupos.* Victoria dixit: *Ut quid ista* 30 *adversitas ovium?* Anatholia dixit: *Ut solliciti pastores et vigilantes orent Deum, ut oves eorum a luporum morsibus eruantur. Nam si non nascerentur contraria, nec sollicitudo homines argutos faceret, nec timor sollicitos redderet, nec oratio ad gratias applicaret.* Victoria dixit: *Ergo virginitas invenit ut timeas Deum?*

3. Anatholia dixit: *Castitas et jugalitas locum habere probantur. Sed palmam* 35 *habet virginitas, quæ sola horum obtinet gloriam, in qua omnis gravitas et nulla est levitas. Hæc virginitas sponsum Dei Filium habere promeruit. Nam ipsa die qua explicui pretium ornamentorum meorum in pauperes Christi, jam secura facta sum. Vidi enim juvenem auricomum in vestibus totum purpureum atque gemmatum, qui*

(1) T. I *Analect. Boll.*, p. 502.

aspiciens faciem meam, lætus mihi dixit: O virginitas, quæ morte non vinceris, ut a morte perpetua libereris. O virginitas, quæ non in operibus tenebrarum conjungeris, sed semper in lumine gloriaris; non morti sed vitæ conjungeris sempiternæ. Cumque hoc mihi dixisset, evigilavi, et cœpi flere quod tale eloquium mihi hæc evigilatio abstulisset. Projiciensque me in pavimentum terræ, cœpi cum lacrimis flagitare ut 5 *sermonem quem ad me loqui cœperat, terminaret. Et factum est ut sic mihi prostratæ appareret divinus aspectus ejus, melle dulcior, et diceret mihi: Virginitas purpura regalis est, qua qui indutus fuerit, cunctis erit eminentior. Virginitas gemma est pretiosa, virginitas thesaurus est regalis, aurum et margarita, ubi fures insidias tendunt, ubi latrones in occulto latent. Esto vigilans, esto sollicita, et noli esse secura;* 10 *et quantum te plus habere cognoscis, plus debes custodire ne perdas. Secundus itaque sermo ejus huc usque perveniens finem fecit, et in meo pectore hunc amorem induxit, ut per virginitatem melius sit mihi mori quam vinci.*

4. Tunc Victoria prostravit se ad pedes Anatholiæ, dicens: *Ora pro me, ut merear ejus aspectu et verbo relevari.* Igitur cum Anatholia hujus rei petitionem 15 faceret, ecce angelus Domini igneo aspectu resplendens affuit, et ex visione [ejus ve]lut mortuis dixit illis: *Nolite timere, quia paratur vobis thalamus in cœlis. Estote itaque in virginitate perseverantes, ut possitis iu agone sic currere ut nomen victoriæ factis sequamini.* Tunc Victoria prosternens se angelo dixit: *Si jubes, unum sermonem interrogabo te; sum enim a cunabulis christiana. Semper a sacer-* 20 *dotibus audiebam non condemnari conjugia.* Angelus autem Domini audiens hæc, respondit: *Locum suum habet virginitas, castitas et jugalitas; ut sit virginitas aurum, castitas argentum, jugalitas æramentum.* Cumque hæc dixisset angelus Domini, ab oculis earum elapsus est. Et factæ sunt post hæc utræque virgines Christi, ita ut Victoria Anatholiæ exemplo omnia ornamenta sua distrahi faceret, 25 et omne pretium christianis pauperibus erogaret.

5. Agnoscens itaque Eugenius sponsam suam Victoriam in Christi amore perfectam, cœpit cum Aurelio litem habere, dicens se substantiam et sponsam perdidisse. Cui Titus Aurelius dixit: *Si christianæ sunt virgines illæ, habebunt interitum, et possessiones earum fisco sociabuntur. Nunc ergo audi me. Petamus sacra* 30 *scripta, et sponsas nostras tollentes, ad prædia nostra ducamus, separantes eas, tu in tuo prædio et ego in meo, et cogemus eas ad conjugium. Si vero non consenserint, affligemus eas ut sunt meritæ.* Sicque factum est ut a Decio principe suis precibus impetrarent, ut de urbe Roma jactatæ ad sponsorum suorum prædia ducerentur. Ductaque est sancta Victoria ad Tribulanum territorium, Anatholia autem ad ter- 35 ritorium Torense, in locis incultis et squalidis, in quibus famem paterentur; et præcepit ut nihil eis darent, nisi forte ad vesperum modicum panem cibarium. Dicebant enim sponsi earum quod per necessitatem ad eorum libidines declinarent. Sed eis Dei misericordia astitit. Præ[paratus] enim erat in civitate Tribulana draco pessimus, cujus flatu moriebantur homines et jumenta. Fiebat luctus ingens et intole- 40 rabilis, ita ut universi relinquerent civitatem suam.

6. Contigit autem ut Domicianus, qui erat dominus civitatis, ibidem veniret ubi erat sancta Victoria in exilio, misericordiæ causa. Pervenit itaque ad eam et cœpit

offerre ei panes nitidos et vinum. Cui sancta Victoria dixit : *Habeo gratias Domino nostro Jesu Christo qui me saginat omni die. Tu autem ut quid ista sollicitudine veneris, intima.* Respondit Domicianus et dixit : *Fugi civitatem meam, et mansi in vicino civitatis in casellula mea, quia flatus draconis evadere non poteram. Dixi in*
5 *corde meo quia, si trans montem mansero, evadam noxios draconis flatus.* Dicit ei sancta Victoria : *Vos relictis idolis si Christum coleretis, statim hic draco fugeret a vobis, et nulla vos fatigaret necessitas.* Dicit ei Domicianus : *Major et honoratior me nullus est in Tribulana urbe. Si inde illum draconem eliminas, omnes ejus cives faciam fieri christianos.* Tunc sancta Victoria dixit ei : *Post crastinum diem illuc*
10 *veniam ad pullorum cantum, et in nomine Domini nostri Jesu Christi faciam illum fugere a finibus vestris.* Tunc Domicianus vadens in civitatem Tribulanam, dixit civibus suis omnia quæ dixerat ei sancta Victoria. Quo audito, omnes qui a civitate fugerant, advenerunt, sanctæ Victoriæ expectantes adventum.

7. Sancta autem Victoria sexta feria qua promiserat, erat jejunans, sequentique
15 sabbato dominica illucescente perrexit in orationem. Continuo autem oranti ei et petenti comes factus est angelus Domini qui ei visus fuerat, et cœpit in itinere dux ejus esse, dicens ei : *Nullus horum potest me videre quod ego tecum sum. Esto igitur secura, quoniam quando me non ostendo sibi, non te desero, et quæ jusseris draconi, ego fieri compello.* Confortata autem sancta Victoria ab angelo, civitatem post pul-
20 lorum cantum ingreditur; et occurrit ei Domicianus cum universis civibus, et intrantem secutus est populus. Et perveniens ad speluncam draconis, clara voce exclamavit sancta Victoria, dicens : *In nomine Domini nostri Jesu Christi, exi ex hoc loco, draco nequissime, et da honorem Deo vivo et vero et Jesu Christo, Filio ejus, et vade ubi non habitant homines nec pecora, nec ea quæ ad hominem pertinent,*
25 *ubi nec arator arat nec vox hominis personat.* Tunc draco cursu rapidissimo exiit fugiens, ita ut putares eum flagellis cæsum. Ultra vero nec odor ejus nec vestigium apparuit. Tunc adoraverunt sanctam Victoriam, dicentes : *Hæc dea est.* Illa autem ingressa est speluncam draconis; et populum convocans, dixit : *Audite me et in isto loco oratorium mihi construite, et puellas virgines mihi in adjutorium date.*
30 Inventæ sunt autem a nono anno et supra quas parentes sui rogantes obtulerunt ei, ita ut intra paucum tempus amplius quam sexaginta fierent in conversatione ejus; quas instruxit in hymnis et psalmis et canticis, perseverans cum eis. Sponsus vero ejus Eugenius timebat eam manifestare, ne forte bona ejus quæ ipse occupaverat, fisco offerrentur.

35 **8.** Completo autem triennio rogavit pontificem Capitolii, nomine Julianum, et misit ad eum comitem templorum, nomine Taliarcum *. Qui ingressus cum statunculo brevissimo et gladio, dixit ei : *Audi me, Victoria, ex jussione domini mei regis Decii, et adora Dianam et thurifica ei.* Tunc exclamavit sancta Victoria, et dixit : *Nunquam sit tibi bene nec domino tuo Decio.* Ille vero hæc audiens, percussit eam
40 gladio. Et fugit omnis populus civitatis, et luctum habuit septem diebus. Igitur sacerdotes Christi sepelierunt eam cum omni populo civitatis, mittentes pigmenta et linteamina biblea, et posuerunt corpus virginis in sarcophago novo ibi unde draconem expulerat; ubi exuberant orationes ejus in salutem omnium per omnia secula

* *cod.* Taliarcus.

seculorum. Amen. Virgines autem in sacra virginitate plurimis annis permanserunt. Taliarcus vero comes qui eam percussit, cum manu arida rediit in domum suam, et intra sex dies leprosus factus est, et in vermibus expiravit. Passa est autem sancta Victoria decimo Kalendas Januarii cum laudibus Christi, cui est honor et gloria, laus et imperium in secula seculorum. Amen. 5

DE S. SILVESTRO. (Vid. Catal., cod. 15, 67°.) (1)

Sed quia omnipotenti Deo toto hærentes conamine omnimoda solent gloria sublimari, videlicet ut quorum post hoc fluctivagum tempus animæ [perpetuo] tripudiant munere, eorum quoque hoc in ævo beata emicent membra; quid de hujus eminentissimi papæ post- 10 modum sacro actum sit corpore, indubia prorsus narratione dicemus. Anno etenim Dominicæ incarnationis septingentesimo quinquagesimo tertio, cum Langobardorum jam per Italiam sceptra fulgerent, vir quidam nomine Anselmus, regali ortus prosapia meritisque clarus, Aistulphum Italorum adiit regem, per sororem scilicet suam 15 Giseltrudem, quæ regio hærebat thalamo. Hujus namque impetratu tria non modica intra palatium idem vir construxerat cœnobia, fratrumque decorarat agminibus. In quorum maximo, quod *Nonantule* hactenus vocitatur, ubi phalanx præpollet monachorum, cum sanctissimi vellet artus recondere Silvestri, eumdem regem Romuleam 20 usque comitatus ad urbem, petiit ut ẹo se exinde sineret transferre. Quid plura? Rex annuit, abbasque stipatus fratribus, omni pretiosius obrizo corpus immensa cum reverentia de jam fato sepulturæ abstulit loco. Quam plurima vero per iter miraculorum fulserint prodigia, non est nostræ depromere facultatis. Ergo, ut ad prædictum 25 Nonantulanum cum cœlesti venit thesauro cœnobium, cum omni honore multis delibutum aromatibus ibidem hoc recondidit, ejusque sarcophagum multorum decoravit pondere metallorum. Quot autem quantisve illic nituerit vel niteat miraculis, quæ affuit et quæ adest cum multis aliis testati est atque testatur reverendorum numerositas 30 monachorum. Cunctis siquidem in Jesu nomine illic poscentibus prompta fide, optata mentis et corporis confertur medela. Tuam ergo beatitudinem precamur, sanctissime pater et pastor, ut pro nobis omnibus Domini clementiam deprecari non cesses; ut, quia adipiscendo æternæ vitæ gloriam tecum non sumus digni habere 35 consortium, ad[ẹptis nostrorum] veniam peccatorum sit nobis præmium effugisse supplicium per unigenitum coæternumque Dei Patris Filium, regnantem cum eo et cum sancto Flamine ultra cunctorum volumina seculorum. Amen.

(1) T. I *Analect. Boll.*, p. 502.

VITA S. BRIOCI

EPISCOPI ET CONFESSORIS

AB ANONYMO SUPPARI CONSCRIPTA

EDITA STUDIO ET OPERA

R. P. DOM. FR. PLAINE, O. S. B.

In præclaro sanctorum agmine qui e Britannia vel Hibernia oriundi, decurrentibus V et VI seculis mari Britannico trajecto ad Armoricam Gallicam appulerunt, primum antiquitate temporis videtur locum tenuisse S. Briocus, episcopus et confessor; nullique eorum secundus forsan censebitur, si considerentur tum fama sanctitatis et miraculorum, tum extensio cultus religiosi. Verum, proh dolor! Acta ejus et virtutes fere prorsus incognita hactenus delitescunt, deficientibus circa hæc documentis tum in Actis Bollandianis (1) tum in Monumentis historicis ad Britanniam Armoricam spectantibus (2) quæ publici juris fecerunt clarissimi viri DD. Lobineau et Morice, Benedictini Ordinis alumni.

Conscripta tamen fuit antiquitus vita S. Brioci ab anonymo, si non coævo et familiari, saltem probabiliter suppari. Auctorem scilicet ætate sequiorem produnt ea Vitæ loca ubi indicatur fuisse monachus Benedictinæ regulæ addictus (3), quæ regula in Gallias allata non est nisi post mortem S. Brioci; quod vero fuerit fere suppar, inde eruitur quod nititur scriptor testimonio Simai, qui procul dubio familiariter cum S. Brioco conversatus fuerat (4).

Quod spectat ad stylum, simplici et claro dicendi genere utitur noster anonymus, nec ei elegantia deest sermonis, nec concinnitas et brevitas narrationis. Paucæ insuper apud eum offenduntur voces barbaræ et insolentes; phrasis vero semper est expedita et bene compta, omnis fuci vel ambiguitatis verborum expers.

Porro hæc scriptio ad nos pervenit in triplici codice : scilicet Rotomagensi (5), ubi adest integra ex omni parte et optime exarata, et Parisiensi simul atque Andegavensi (6), ubi invenitur mutila per partes et sine prologo, admodum paucis ceterum lectionibus variantibus.

(1) *Act. SS.*, die prima Maii. — (2) Gallice *Preuves de l'histoire de Bretagne.* — (3) Cfr. Vita S. Brioci quam edimus, nn. 16, 19, etc. — (4) Ibid., n. 57. — (5) Asservatur in bibliotheca publica hujus civitatis sub numero U 119, olim *Histoire* 70. — (6) Codex Parisinus pertinet ad Bibliothecam Nationalem, ubi signatus est inter latinos n° 1149. Codex vero Andegavensis signatus est n° 730.

Codex autem Rotomagensis, unde S. Brioci Vitam depromimus, adjuvantibus benevole clarissimis viris, Anatolio de Barthélemy et Carolo de Beaurepaire, archivi Rotomagensis præfecto, pergamenus est, formæ in folio minoris (0,26 × 0.18 circiter), descriptusque est litteris quæ a peritis minusculæ gallicæ vocantur, cum admixtione aliquot uncialium romanarum. Rara sunt vocum compendia seu signa abbreviationum ; raræ item interpunctiones. Ex quo scripturæ genere et aliis simi libus characteribus codicem exaratum fuisse seculo X vel XI conjicere licet.

Continentur præfato codice plura et præclara opuscula hagiographica, nempe :

1° Vita S. Antonii abbatis, ex græco B. Athanasii sermone latine reddita;
2° Vita S. Brioci;
3° Vita S. Alexii;
4° Vita S. Piati martyris;
5° Passio S. Catharinæ virginis et martyris Ægyptiacæ;
6° Vita S. Medardi;
7° Miraculum S. Sebastiani;
8° Vita S. Leonardi.

Ultimo ponitur initium libri S. Augustini *de cura gerenda pro mortuis*, sed ad finem deductus non est.

Horum opusculorum major pars jam publici juris facta est a sociis Bollandianis ad laudem sanctorum et ad incrementum scientiæ hagiographicæ. Prodeat nunc similiter in lucem S. Brioci Vita adjuvante Christo. Utinam ad aliquantulum rerum hagiographicarum profectum et Armoricanarum illustrationem!

Scribebam apud Sanctum Dominicum de Silos in Castella Veteri.

Die 10 Februarii, S. Scholasticæ sacra, anno 1883.

FR. FRANCISCUS BEDA PLAINE O. S. B.

Incipit prologus in vita sancti Brioccii episcopi et confessoris.

Gestis suis satis commendatur

1. Mos veteribus fuit historicis, eorum quos summis efferre præconiis cupiebant, generis indolem diligentius inquirendo prius verbis extollere, sicque gradatim parentum præclaris actibus filiorum vitam vel opera summo studio magnis laudibus cumulare. Quasi enim naturali quadam lege hoc apud homines inolevit ut quorum optimos fuisse natales certa relatione didicerint, eos ceteris potiores meritis existimandos velint. Quod siquidem in hujus sancti laudabili vita, de quo breviter, prout ingenioli nostri parvitas suffecerit, scribere statuimus, necesse ut fiat non esse satis elucet, quod non tam illum generis sui nobilitas extulit, quantum ipse natalium suorum dignitatem bonis moribus et felicibus

ac piis actibus decoravit. Quam vero religiosa quamque Deo placita ejus vita extiterit, subsequentis sermo narrationis, Deo juvante, monstrabit.

Explicit prologus.

5 **Incipit vita sancti Briocmagli, episcopi et confessoris** (1).

S. Briocus, qui parentibus ethnicis natus [circa annum 420],

2. Sanctus Briomaglus, Coriticianæ regionis (2) indigena, parentibus secundum seculi dignitatem nobilibus ortus est. Pater ejus Cerpus nomine, mater vero Eldruda vocata est. Qui licet gentilitatis adhuc errore detinerentur verique Dei 10 cultum penitus ignorarent, humanitatis tamen operibus dediti ab omnibus regionis suæ incolis non minimum diligebantur. Erant namque multis divitiarum copiis valde ditati; et semper in kalendis Januarii per annos singulos omnibus amicis et vicinis suis celeberrimum tribus 15 continuis diebus convivium exhibebant : in quo etiam tanta erat escarum cum diversitate abundantia, tantaque ludorum et canticorum jocunditate convivantium animos, utpote gentilium, replebant, ut quoddam eorum oculis lætitiæ spectaculum inferre viderentur.

jussu angeli

20 **3.** Quadam igitur nocte, cum post transacti convivii diem tertium prædicti uxor Cerpi membra sopori dedisset, divina moderante sapientia, quæ sibi de illa nasciturum vas electionis prævidebat, astitit ei in visione angelus, talibusque verbis alloquitur : *Surge mulier, et Deum cœli, rerum omnium* 25 *creatorem, fideliter adora, eumque ut tibi et viro tuo, propulsis errorum tenebris, lumen veritatis aperire dignetur, toto cordis affectu suppliciter exora.* His auditis, mulier de sommo evigilans, nimioque perterrita pavore, quid respondere deberet, attonita nesciebat.

matrem alloquentis

30 **4.** Quam perterritam angelus cernens, blandis eam alloquiis iterum sic affatur : *Noli, mulier, turbari; nec tanquam de fantastica illusione expavescas : quoniam divinitus ad te*

(1) Codex Andegavensis hunc præfert titulum : *Incipit vita beatissimi et gloriosissimi episcopi Brioci. Cujus corpus requiescit in præsenti ecclesia.*

(2) I. e. Comitatus de *Kerry* in Hibernia.

missus sum nuntiare aliqua quæ tibi et viro tuo in posterum sine dubio sunt ventura. Beata enim es, quam divina tandem respexit clementia, et beatior uteri tui fructus, quem sibi in templum præelegit Deus. Filium namque paritura es, Deo carum magnique meriti, et in christiana religione multis 5 *exemplo bonæ conversationis profuturum. Erit enim forma honestus, moribus sanctus, castitate egregius, sincerus pietate, benignus humanitate, doctrina spirituali eruditus, caritatis unanimitate præcipuus, et vocabitur Brioccius. Vade ergo, et viro tuo hæc annuntians, admone illum diligenter ut idola sua,* 10 *quæ sibi auxiliari non possunt, cuncta confringat, et Deum verum, qui in cœlis est, cujus benignitate licet vivat, nondum tamen cognovit, adorare festina. Facietis itaque tres virgas, duas quidem ex eis argenteas, unam pro te, alteram pro viro tuo. Tertia vero erit aurea pro filio vestro; quas usque ad ejus* 15 *nativitatem in thesauro vestro reponitis. Cum autem natus fuerit infans, mittetis eum in civitatem Parisiacam*[1] *ad beatum virum Germanum, ejusdem civitatis episcopum, qui illum liberalibus disciplinis erudiat et bonis moribus ad bene vivendum informet.* 20

plus semel.

5. His mulier auditis, cito de stratu [2] surrexit, et mane facto, quæ sibi ab angelo fuerant imperata, marito suo cuncta narravit. Ille conjugis verba, quasi quædam irridens deliramenta, pro nihilo duxit, seque deos quos parentes sui coluerant, pro somniorum vanitate nequaquam relicturum 25 respondit. Sequenti iterum nocte præfatæ mulieri angelus isdem apparuit et utrum quæ illi præceperat viro suo retulisset, inquisivit. Quæ cum se illi omnia indicasse, sed illum deridendo sprevisse respondisset, angelus iterum dixit ei: *Perge igitur rursus, et cuncta ei replica, addens insuper quod,* 30 *nisi cito sermonibus tuis acquieverit, vindicabitur in eum graviter.*

dein patrem,

6. Ivit igitur illa, [et] marito suo cuncta replicat, adjiciens

[1] *Adest hic confusio et error. Legendum est:* Altissiodorensem, *non vero* Parisiacam, *ut patet ex sequentibus et toto contextu Vitæ. Hic error pertinere potest ad amanuensem, cui fortasse ignotus erat S. Germanus Altissiodorensis.* — [2] *pro* strato.

quia, nisi verbis ipsius crederet, vindictæ flagellum paulo post sentiret. At ille nihilominus et eam subsannavit et quæ dicebat omnino contempsit. Nocte vero tertia, cum prædictus Cerpus membra quieti stravisset, ecce memoratus angelus
5 ei apparuit, et increpatum prius cur tantæ incredulitatis esset, acriter deinde verberare cœpit, *Surge*, inquiens, *et deos quos colis, invoca, ut te liberent nunc ab hac angustia.* Maximo autem ille pavore concussus evigilansque, surgit attonitus, se nimium peccasse fatetur, et quæ præceperat, omnia factu-
10 rum libentissime profitetur. Recedente itaque angelo, diluculo illucescente Cerpus amicis suis quæ viderat, cuncta narravit. Statim igitur idola quæ habebat, universa comminuit, et omnium rerum suarum dimidiam partem Deo dare disposuit.

15 **7.** Factis vero supradictis [1] tribus virgis, et maxima thesauri sui parte indigentibus distributa, post paucos dies concepit uxor ejus Eldruda, et peperit filium, nomen sibi imponens quod sibi fuerat ab angelo prænuntiatum. Primis igitur annis intra domesticos lares a parenti-
20 bus retentus, grandi cum diligentia nutritur, custoditur et instruitur. Cœpit autem in ipsa infantia maturis jam esse moribus neque cum coævis sibi puerulis ad ludorum ineptias, quas per agros exercebant, ire volebat, sed domi potius residens in tabulis, prout poterat, conabatur formare litte-
25 rulas.

adhuc puer

8. Mater vero ejus, tam ætate quam sensu proficere cernens puerulum, recordans visionis angelicæ et præceptionis ipsius, suggerebat marito illum Parisius ad beatum Germanum jam debere transmitti. Vir autem ejus id contradicens,
30 indignum esse judicabat filium suum clericatus officium suscipere, quem successorem sibi ac heredem totius honoris sui decreverat facere. Sed cum idem Cerpus, curis mundialibus paulisper semotis, nocte sequenti sese sopori dedisset, angelus ei rursus apparuit, talibusque verbis increpans, ait:
35 *Cur quem sibi Deus etiam a matris utero consecrare dignatus*

ad S. Germanum mittitur [anno 430?],

[1] *post* dictis *add. cod.* memoratis.

est, filium tuum retines? Vade potius, et ad virum Dei Germanum, sicut præceperam, ocius mitte illum. Expergefactus ille, amicis quæ audierat, retulit. Illis vero congratulantibus visioni et adhortantibus ut audita citius implere festinaret, mittitur sanctus Brioccius Parisius cum tribus memoratis 5 virgis et maximo apparatu, datis sibi quatuor viris comitibus, qui eum illuc usque deducerent.

apud quem cum S. Patricio et S. Heltuto amicissime vivit.

9. Cum igitur ad virum Dei Parisius pervenissent, videns eum beatus Germanus a longe, antequam illi quis esset indicaretur : *Ecce*, inquit, *de Coriticiorum gente puerum gene-* 10 *ris nobilitate clarum, ingenio perspicacem, egregiis adhuc in tenera ætate moribus ornatum, caput etiam sacræ religionis patriæ in qua natus est, a Deo prædestinatum.* Siquidem puero domum in qua beatus Germanus residebat, intrante, avicula quædam in specie columbæ illum antecedens, cum ipse ad 15 sancti viri genua humiliter inclinasset, super caput ipsius volitare visa est. Sanctus itaque Germanus et alumni ejus, cum tantam in puero Dei gratiam pervidissent, unanimiter Deum benedicentes, magna cum hilaritate et cum digno honore susceperunt. Et licet eum in maxima dilectione omnes 20 habuerint, duo tamen præ ceteris, Patricius (1) scilicet et Heltutus, sincero amore carius illum semper amplexi sunt.

Decennis urceolum

10. Venerabilis itaque puer Brioccius a viro Dei litteris discendis addictus, uno die omnia latina litterarum elementa cognovit. Psalmos quoque in spatio quinque mensium omnes 25 cordetenus didicit, ac deinceps totum studium suum liberalibus contulit disciplinis. Cum autem decem esset annorum, ita eleemosynæ, prout poterat, operam dabat, ut nunc amphibalum, nunc lacernam, interdum tunicam, sæpe etiam, cum aliud in promptu non haberet, zonam indigentibus lar- 30 giretur. Quadam siquidem die, cum ad abluendas magistri sui manus aquam de fonte perrexisset haurire, ecce quidam leprosi obviam ei veniunt, eleemosynam petunt. Ille, quia nihil ad manum erat quod dare convenientius posset, urceo-

(1) Hic agitur de Patricio, Hiberniæ apostolo, et de Heltuto, sanctorum Walliæ præceptore. Cfr. de Iltuto seu Heltuto *Vitam S. Pauli Leonensis*, cap. II (T. I. *Analect. Boll.*, p. 213).

lum quem ad deferendam aquam portabat, illis tribuit, læ-
tosque ad sua remisit.

11. Vidit hoc quidam de famulis monasterii, et zelo magis invidiæ quam rei familiaris detrimento ductus, ad sanctum Germanum statim veniens, sic illi dicere cœpit: *Nosti quod Brioccius monasterii substantiam egenis dispergendo exstirpet? Nam urceolum, cum quo fratres bibere consueverant, modo leprosis dedit.* Hæc sanctus audiens, protinus ubi esset, requirit. Cui qui aderant se nescire responderunt, si non cum suis illis familiaribus esset, Patricio videlicet atque Heltuto, cum quibus plurimum semper commorari solitus erat. At ille: *Eat, inquit, citius ex vobis unus et quærat illum.* Interim unus de fratribus ad Brioccium veniens, dixit illi: *Cur, puer, utensilia monasterii mendicis, ut libet, distribuis? Quare urceolum fratribus necessarium hodie in eleemosynam dedisti?*

pauperibus erogatum,

12. Audiens puer referentis verba et, ut talis ætas solet, adire hinc magistrum valde formidans, inde ne eleemosyna sua quoquo pacto fieret irrita, pertimescens, ad ecclesiam cito convolat, seque in orationem ante altare cum lacrimis et multa prece Deo humiliter prosternit. Cum diutius orasset, erectus a terra, respexit ad dexteram, vidensque urceolum æneum, accepit, gratias Deo immensas [agens] quod preces suas misericorditer respexisset. Egressus de ecclesia quærentem se reperit; sciscitatus illum quid diceret, audit verba magistri. Venit ante illum, se peccasse fatetur, procidit illi ad pedes, veniam deprecatur.

miraculo

13. Sanctus quasi indignans: *Vesanus*, inquit, *sermo tuus est. Quare monasterio necessarium causa jactantiæ tuæ leprosis tribuisti urceolum? Surge concitus et quære illum.* Surgit itaque puer, et foras paulisper exiens, conquisitum oratione coram magistro defert urceolum, vultuque in terram humiliter defixo: *Hiccine*, ait, *domine, urceolus est, quem poscitis?* Vir autem venerabilis vasculum miræ pulchritudinis intuens, et quod puero tantæ speciei munus divinitus collatum esset, sancto sibi Spiritu revelante, intelligens: *Justior*, ait, *nobis est puer, quem sic divina gratia jam replet.* At ille: *Nequa-*

recuperat

quam, inquit, *domine, sed sum cinis et pulvis, sicut scriptum est: Homo putredo, et filius hominis vermis* (1). *Audivi tamen scriptum esse in Evangelio, Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur* (2). Hæc audientes omnes qui aderant, in tantulo puero fidei gratiam mirabantur. Sane cum duodecim esset annorum, biduanis sæpius et triduanis corpusculum jejuniis afficiens, eremum desideravit, fecissetque satis animo, ut de Martino illo toto orbe venerabili dicitur (3), si ætatis infirmitas non impedisset.

Adolescentem

14. Quodam siquidem tempore contigit adolescentem quemdam pro aliquibus utilitatibus in quamdam monasterii possessionem exire. Cui dæmon in similitudinem lupi rapidi obvians, aperto ore cum diro ululatu, quasi eum devorare vellet, aggreditur. At ille, immenso tanti monstri timore perterritus et versus in fugam, tanquam insanus petit silvam, semianimisque effectus procidit in terram. Quod cum vidisset qui juxta forte pascentes custodiebat equos, venit citius et fratribus indicavit. Illi vero ad silvam pergentes, invenerunt eum seminecem, et quasi jam proximum morti palpitantem. Flebant ergo omnes strenuum juvenem et generis sui non modicam perire cernentes indolem. Quibus venerabilis Brioccius dixit: *Nolite, fratres, nolite fletibus dare tempus, sed conditorem mundi et clementissimum hominis lapsi reparatorem toto cordis affectu cuncti pariter invocemus.* His dictis, paululum ut secederent imperavit. Quibus ut jusserat recedentibus, quippe omnes jam ad nutum voluntatis ipsius sanctitatis ejus gratia pendebant, ille statim ad orationem inclinatus, elevatis ad cœlum oculis, et manibus in modum crucis erectis, fere dimidiæ horæ spatio intensissime oravit.

a dæmone liberat.

15. Completaque oratione, ad juvenem accedens, ac super eum psalmum in quo scriptum est, *Dominus in cœlo paravit sedem suam, et regnum ipsius omnibus dominabitur* (4), humiliter decantans: *In nomine,* inquit, *crucifixi Christi, Dei et Domini nostri, præcipio tibi, dæmon, exi citius ab adolescente isto.* Statim, ad vocem ipsius, humani generis inimicus effu-

(1) Job, xxv, 6. — (2) Matth. v, 7. — (3) Vita, c. ii. — (4) Ps. cii, 19.

gatur, multumque sui fœtorem relinquens et clamans: *Brioccius me ejicit,* ut fumus evanuit. Vocatis itaque fratribus, adolescens surgit incolumis, et ad monasterium hilaris eum ipsis pergit. Audit sanctus Germanus miraculi virtutem, 5 gratias agit Deo cujus nutu noverat esse patratam.

In omni virtute excellens,

16. Augmentabatur in puero per dies singulos Domini gratia. Nunc psalmos cantare, nunc orationi cum fletu insistere, nunc lectioni operam dare. In cœlo semper intentus, a mundi actibus alienus, transitoria cuncta despiciens, ad 10 æterna toto desiderio anhelans, illius evangelici sermonis semper recordabatur, *Nolite possidere aurum neque argentum* (1); et illud, *Nolite solliciti esse de crastino* (2). Erat sane, quantum poterat, semper sollicitus ne quis sibi in aliquo juste fieri posset contrarius, diligebat sinceriter omnes, vene- 15 rabatur juniores, servitio erat subditus cunctis, licet meritis præcelleret universos.

puerum claudum sanat.

17. Contigit eodem tempore ut puer quidam sepem transiens, spinæ punctione debilitatus pede claudus efficeretur. Hic ad sanctum veniens Brioccium, ubi residebat in oratorio, 20 indicat illi suppliciter infirmitatem, implorat flebiliter ejus opem, recipit concite aquæ benedictæ aspersione sanitatem, et redit incolumis ad propria, Deo gratias agens.

Fit sacerdos,

18. Venerunt illo in tempore ad virum Dei Germanum duo juvenes, presbyterii ordinationem poscentes. Interrogati ab 25 illo, sicut mos est, utrum in Scripturis essent eruditi, respondent se aliquantum esse instructos liberalibus disciplinis. Protinus vir venerabilis Germanus alumnum suum Brioccium præcipit accersiri. Vocatus ille, coram magistro stetit. Interrogatus si ordinationem cum præfatis juvenibus reci- 30 pere paratus esset, cum mira simplicitate atque humilitatis mansuetudine respondit sese libenter facturum quidquid sibi doctor imperaret, præcipue cum sciret pro certo tantæ industriæ et sanctitatis virum nihil incongruum vel sibi vel cuiquam aliquatenus injuncturum. Quid plura? Venit oppor- 35 tunus tali officio dies. Ordinantur presbyteri tres pariter adolescentes.

(1) Matth. x, 9. — (2) Ibid., vi, 34.

et columna ignea super eo conspicitur.

19. Sed illud negligenter prætereundum non est, quid miraculi in eorum ordinatione divinitus ostensum est. Ut enim ordinum orationes decantans episcopus manum super capita illorum imposuit, apparuit super caput Brioccii, qui prope erat episcopo, quasi columna ignis, attingens ecclesiæ 5 laquearia; quæ a beato Germano et diacono qui Evangelium legerat, mansionario, aliisque duobus solummodo fratribus visa est, cum ceteri omnes qui in ecclesia erant, splendorem quidem viderent, sed quid esset omnino nescirent. Qui autem miraculum illud viderant, non eum jam tanquam terrenum 10 aliquem sed quasi cœlestem tam conversatione quam miraculis prædicabant. Ipse vero in melius semper proficere desiderans, actus vitæ suæ omni hora studebat custodire (1).

In somnis vocatur ad patriam,

20. Porro quadam nocte, cum post vigiliarum lassitudinem membra iterum quieti stravisset, videt in somnis ange- 15 lum dicentem sibi : *Ad patriam tuam, de qua huc venisti, revertere; quia parentes tui adhuc vivunt, quos de gentilitatis errore, Deo auctore, liberabis.* Igitur expergefactus ille, cuncta quæ viderat, magistro suo diligenter insinuat. Sanctus vero Germanus discipuli sui verba audiens, secumque satis 20 mirans : *Bonum*, ait, *invitatorem habes, fili. Perge ergo ad provinciam tuam, sicut imperatum est tibi; quia coram omnipotenti Deo magnus eris.*

et ventum prædicens secundum fore

21. Postulanti itaque benedictionem sanctus hilariter tribuit. At ipse, accepta ab eo missione, unum secum habens 25 discipulum, sumit etiam unum equum, qui sibi necessaria ad officium missæ et victum illi solum diei sufficientem portaret, sicque iter arripit. Sequenti die, cum simul iter carperent, jamque salum a longe prospicerent, mendicos invenerunt. Quibus eleemosynam petentibus sanctus statim Brioccius, 30 equum illis in nomine Christi misericorditer dedit. Accedens ergo ad mare, videt nautas in portu residentes, qui navigii congruam opperientes [1] horam prosperum dari sibi a Deo

[1] *cod.* operientes.

(1) Hanc vocem, sicut plures alias (v. g. supra, num. 16), a Regula S. Benedicti mutuatus est hujus Vitæ scriptor.

flatum rogabant. Quos vir Dei mœstos aspiciens : *Quare*, inquit, *fratres, tristem geritis faciem?* At illi : *Septimus*, aiunt, *hic est dies ex quo navigare incepimus. Sed nos hic contrarius detinet ventus*. Audiens hoc sanctus et intelligens quod ad
5 *Scene* fluvium (1), navigare volebant, hilari vultu dixit : *In crastinum, Deo gubernante, æquor fiet placabile, ut concite et secure possimus navigare.*

et dæmone repulso

22. Altera vero die, mane surgentes, expansis velis, mari tranquillo, aura in dextram versa partem, transfretare
10 cœperunt. Navigantibus autem illis, cum jam in medio mari essent, subito delphines et aliæ ingentes beluæ obviam illis veniunt, et in navem impetum facientes quasi eam mergere vellent, undique circumdederunt. Tremefacti nautæ omnes viri Dei implorant auxilium. Ille turbatos eos videns, psal-
15 mumque statim in quo est, *Custodit Deus omnes diligentes se, et omnes peccatores disperdet* (2), incipiens : *Animæquiores*, ait, *estote, viri, nihilque formidetis*. Mox ad orationem conversus, dixit: *Domine Deus, qui populum Israeliticum a facie Pharaonis regis Ægypti fugientem, per medium maris Rubri*
20 *siccis pedibus transduxisti, pusillum gregem istum ab istarum impetu beluarum propitius eripe*. Ad ejus vocem protinus beluarum globus disparuit, properatoque in directum Deo volente navigio, ad flumen *Scene* pervenerunt.

in patriam venit [anno circ. 450].

23. Igitur sanctus Brioccius ad patriam divertens, anno
25 ætatis suæ vicesimo quinto cum illo solo comite puero, Deo regente, domum usque patris prospero pervenit itinere. Celebrabatur siquidem die illo quo beatus ad domum patris sui devenit Brioccius, memoratum illud magnumque convivium, quod semper ab eo in kalendis Januarii fieri erat con-
30 suetum. In quo, sicut supra diximus, multæ ludorum et canticorum vanitates exercebantur. Venerabilis itaque mater, cum [1] Brioccium filium suum venientem videret, accurrit in obviam alacris, ruit in oscula, amplexatur et ad patrem

[1] *deest hæc præpositio in codice.*

(1) Sive *Senus*, sive *Sineius*, fluvius Hiberniæ, anglice *Shannon*, sive *Siney*. — (2) Ps. CXLIV, 20.

ducit: *En*, inquiens, *filius noster dilectissimus venit, quem tanto desiderio tam longo tempore videre suspicabamus.* Quod pater audiens, festinus exsurgit, vidensque filium præ gaudio flere cœpit, complectensque et osculans vix sese in pedibus præ immensa lætitia poterat continere. Consident [1] igitur, 5 colloquuntur, exultant ad invicem ultra etiam quam dici potest.

Apud parentes

24. Rogatus a patre ut cum eis de convivio illo comederet, juvenis sacer recusat. Sciscitatus quare, causam humiliter insinuat : *Incongruum est*, inquit, *pater, christianis et Deo* 10 *servientibus gentilium cibis vesci, nisi prius fuerint baptizati.* Taliter eo loquente, cum pater ipsius quid esset baptisma, interrogaret, unus ex ludentibus gestuque nefario saltantibus, fracto femore manuque dextera, cecidit collisus in terram. Videntes hoc alii qui eadem aut forte deteriora gerebant, 15 vanos lusus in verum protinus convertunt dolorem. Tunc sanctus, una cum patre ceterisque convivantium pluribus, ad locum ubi circa seminecem homines congregabantur, ocius venit. Illisque magnopere infelicis casum mirantibus, et aliis flentibus, aliis eum manibus suis erigere conantibus, 20 venerabilis dixit Brioccius : *Cur, fratres carissimi, in vestra semper stultitia perdurare vultis? Quare jocis nefandis quibus verus Deus offenditur vitaque despicitur æterna, sic intenditis? Relinquite, quæso vos, dilectissimi, errores istos, et idola vestra confringite, quæ licet os et oculos, aures videantur habere* [2] *et* 25 *nares, audire sive sentire nihil omnino possunt, neque ad salutem cuiquam proficiunt.*

facto miraculo semel

25. Ad patrem conversus deinde, ait : *Aspice, pater, in cœlum sursum, et in terram deorsum; vide maria et omnia quæ in eis sunt universa; scitoque et intellige quod omnia hæc unus* 30 *et summus ex nihilo creaverit artifex, et præter eum Deus non potest esse.* Et addidit: *Convertimini ergo cuncti, et peccata vestra confitentes baptismum suscipite, et idolis omnibus renuntiate. Si enim hoc feceritis, ego confestim, invocato Christi Domini et Dei mei sancto nomine, istum quem vos et dii vestri non potestis* 35

[1] *cod.* consedent. — [2] *cod.* habeantur videre.

salvare, sospitem reddam, et Dei cœli videbitis gloriam. Aliis igitur omnibus quidquid præcepisset sese facturos esse libentissime devoventibus, solus pater ipsius e contra parentum suorum consuetudinem servari potius debere contendebat. Inveteratæ namque consuetudinis usus difficile valde vixque omnino mutatur. Imperat deinde sanctus vir discipulo, ut aquam oleo mixtam deferat. Quam allatam cunctis abscedentibus benedixit, superque corpus emortuum jacentis illius aspersit, ac manum ipsius apprehendens, dixit : *Dominus erigit elisos, Dominus solvit compeditos* (1). Post quæ verba continuo vir surgit incolumis. Mirantur admodum qui aderant universi; exclamant omnes, magnisque vocibus intonant verum Deum esse quem Brioccius colit.

26. At ipse cum instanter eis monita salutis daret, astruebat frequentius miraculorum signis quod prædicare semper sollicitius studebat. Oportet igitur et aliam ipsius quam prædicatione patravit, narrare virtutem. Mulier quædam canis rabidi morsu vulneratum eaque occasione in insaniam versum ad eum detulit filium; et ut illius misereretur cum lacrimis rogare cœpit. Tanta siquidem furoris rabie pervasus erat, ut ligari ei manus et pedes justa compulisset necessitas. Cum enim aliud non poterat, linguam propriam dentibus suis miser ille laniabat. Hunc cum ante pedes sancti viri mater deposuisset, sicut semper tanquam naturaliter proprium sexus solet habere femineus causa cujuscumque subsidii ad illicita leviter inclinari, sciscitabatur ab eo utrum artem magicam nosset, ut per eam filio subveniret. Quasi vero per potum vitæ contrarium salus amissa valeat reparari: an non potius quæ reperta fuerit, tali poculo etiam cum ipsa vita soleat excludi? Nunquam enim per illicita et nefanda conquiri poterunt salubria et æterna.

et iterum,

27. At ille precantia mulieris mœstæ audiens verba et præ nimio dolore quid diceret ignorantis, ut erat semper mansuetissimus, humiliter coram omnibus ista respondit: *Ego quidem magus non sum neque a magistro meo artem magi-*

ad Christi cultum

(1) Ps. CXLV, 7.

cam didici [1]. *At tu si ex toto corde Christum Jesum verum Deum esse credideris, ad salutem filius tuus redire ipso concedente poterit.* Illa vero secundum verba ejus se pro certo credere confitente, sanctus in os pueri digitum inferens, foras linguam protendere præcepit : signum crucis inprimens benedicit, incolumem tam sensu quam membris omnibus disruptis vinculis matri restituit. 5

Cives suos omnes convertit.

28. Imperat deinde circumsedentibus universis septem dierum spatio jejunium celebrari, et in octavo die omnes ibidem pariter congregari. Interim ipse patri suo verbum 10 salutis prædicat, et ad veræ credulitatis fidem blandis sermonibus invitat. Quid multa? Advenit octavus dies, coadunantur in condicto loco simul omnes, instruuntur fide, regenerantur pariter sacro baptismate. Denique omnes regionis illius incolæ per sanctissimi prædicationem Brioccii 15 ex gentilitate conversi infra breve tempus efficiuntur christiani. Ipse quoque Cerpus christianus factus, dimidiam totius possessionis suæ partem Deo tribuit. Eldruda vero, uxor ipsius, dimittere eum totamque familiam suam, ut filium suum sanctum semper sequeretur Brioccium, ardentissime 20 volebat. Sed amici ejus et vicini indignissimum esse clamantes tantæ personæ mulierem, viro adhuc vivente, manere quasi viduam, constantissime prohibebant.

Ecclesias et monasteria ædificat.

29. Ad christianitatis igitur cultum omnibus adductis [2] comprovincialibus, vir sanctus per totam terram ecclesias con- 25 strui locis imperat opportunis. Ipse vero locum quemdam qui *Landa magna* vocatur, per seipsum specialiter, magnis licet expensis mira tamen industria, brevi ædificavit.

Dæmonem rursus vincit.

30. Porro die quadam cum in tali sedisset loco unde et discipulos legentes audire et lignarios operantes ecclesiæ 30 materiam videre posset, diabolus illi in Mauri cujusdam specie coram astitit, pollicemque manus hominis quasi recenter decisum ei ostendens : *Unum,* ait, *de tuis, o Briocci, modo debilitavi.* At vir sanctus sese statim divino sibi Spiritu revelante diabolum esse intelligens : *O,* inquit, *malorum* 35

[1] *cod.* didisci. — [2] *cod.* addictis.

omnium inventor, cur ad augendam tibi perditionis tuæ pœnam humano generi ab ipsius initio tantopere semper insidiaris? Recede, funeste, a famulis Dei, quos ipso protegente subvertere non valebis. Protinus ad sancti imperium inimicus effugiens, 5 nusquam comparuit. Nec multo post, diabolo abscedente, quidam ab eum veniens, unum de operariis pollicem sibi dolabro abscidisse, et insuper versum esse in phrenesim tristis nuntiat. Surgens illico sanctus ad locum properat; accipiens pollicem manui copulat. Inde signo crucis edito 10 redintegrato vulnere, fit manus sana; nulloque abscissionis vestigio remanente, vir incolumis reparatur ad opera. Mirantur omnes facti virtutem, unaque voce Brioccii tolluntur in laudem. At ille avocatos a se ad Deum potius glorificandum potenter revocat, cujus pro certo insinuabat factum fuisse 15 potentia. Nihil enim meritis suis signorum quæ per ipsum Dominus ostendere dignabatur, sed Dei gratiæ semper vir venerabilis assignabat.

Disciputi multi ad eum conveniunt.

31. Igitur fama sanctitatis ejus longe lateque bonæ opinionis odorem spargente, confluebant ad eum hinc inde 20 plurimi, ipsius desiderantes tam verbis quam moribus informari. Multi vero ex his illi jugiter adhærentes, efficiuntur ejus discipuli. Quorum alii lectioni studiosissime insistebant; alii creberrimæ orationi vacabant; scribebant quidam; quidam laborabant manibus suis, in commune fideliter infe25 rentes quidquid fuissent operati.

A dæmone lacessitur.

32. Ipse autem vir sanctus semper in oratione perseverans, exceptis horis his quibus necessitati corporeæ quantulumcumque consulebat, centies in die et totidem in nocte Deum humiliter precabatur (1). Mane quodam, cum ante altare 30 orationi insisteret, audit diabolum foris juxta basilicam multa nefanda et detestabilia verba jactantem, ac dicentem : *Cur, Briocci, novam legem, novumque religionis morem has nobis in partes advehis?* Tum sanctus per fenestram respiciens, eumque in similitudinem Mauri hominis horribili specie cernens, psal35 mum ubi est, *Discedite a me, omnes qui operamini iniquita-*

(1) Eodem modo prolixius orabant Patricius et alii Hiberni.

tem (1), protinus incipit, extensisque manibus et in cœlum sublevatis oculis, pluribus illum increpans verbis, ut discederet ocius imperavit. Nec mora: ille, fœtorem sui pessimum derelinquens, ut dæmonem illum fuisse pro certo patuerit, per tenues elapsus auras evanuit. Discipulorum quidam qui foris stabant, colloquentium voces audientes, quinam ita sermocinarent inquirunt. Ingressique baptisterium, cum neminem nisi solum reperissent magistrum, admirantes ad invicem inde discedunt.

Cervam a venaticis canibus liberat.

33. Tempore quodam, eunte illo per viam, tyrannus (2) quidam solerter insistens venationi, cervam cum canibus insequebatur. Quæ licet primum celeri evasisset fuga, jugi tamen insectatione diu defatigata, jam prope ut caperetur erat. Hæc Dei hominem in via stare cernens, ad eum accessit, atque ad pedes ipsius lassabunda recumbit. Quam vir sanctus tutaminis a se solatium intelligens petere, elevata manu dextera signum crucis contra venientes efficit canes; jubensque eos recedere, obsequuntur statim; mox illis recedentibus, jam timore seposito cerva desertum petit. Quamvis autem vir Deo plenus tam istam quam ceteras omnes virtutes suas, elationis gratia vitandæ semper occultare maluerit, istud tamen insigne brevi cunctis innotuit.

Miraculo alit pauperes et suos.

34. Orta vero fame, cum per totam illam terram, non modica plurimos victus arctaret inopia, pauperes aliqui illum expetunt, alimoniam vel noctis unius cum hospitii solatio dari sibi deposcunt. Jubet sanctus illico dispensatori in diversorium illos deduci, refectionisque sustentaculum abundanter parari. Respondetur non esse in domo amplius quam quinque panes triticeos. Præcipit omnes dari. Post consummationem itaque vespertinæ synaxeos, omnibus ad cellulas suas redeuntibus, ipse juxta morem psalmos hymnosque cum fletibus reticens [1] solus intra ecclesiam mane usque pernoctat. Facto vero diluculo, pistor et œconomus (3)

[1] *i. e.* silenter retractans.

(1) Ps. VI, 8. — (2) I. e. dominus localis, wallice *tyern*. — (3) Idem vocabulum, cui respondet in Regula S. Benedicti vox *Cellerarii*, invenitur in Actis S. Samsonis et S. Maglorii.

sanctum adeunt; duodecim cophinos tritico plenos se reperisse nuntiant ante pistrinum. Quod divinitus missum nemo dubitaverit, cum foribus clausis et cunctis obseratis aditibus qualiter allatum fuisset, nullus invenerit. Auditis ille ministrorum verbis, præcipit rem silentio tegi. Jubet vocari egenos, sacculosque eorum impleri frumento. Complent jussa ministri; regrediuntur pauperes ad propria læti. Reliquum autem fratrum usui reservatur. Ministratum quotidie sufficienter, non deficit: augetur fide, quod natura non genuit; augmentatur, ut ita dixerim, triticum expendendo; cumulatur acervus jugiter dispergendo; vincitur fide inedia, et usque dum fertilitas rediret, copiosa fratribus non desunt alimenta.

Ab angelo remittitur in Galliam,

35. Talibus tantisque virtutum signis beato coruscante viro, nocte sacra Pentecostes, post expleta divinæ servitutis officia, cum paululum in ipsa basilica tanquam dormitans requievisset, angelus Domini apparuit illi, dicens: *Oportet te, vir sacer, usque Latium trans mare* (1) *peregrinationis laborem arripere, ut et aliis sacræ religionis ritum et bonæ conversationis ostendas exemplum.* Hæc dicens totamque suavissimi odoris fragrantia replens ecclesiam, discessit. Mane itaque surgens heros, refert fratribus quid audisset ab angelo. Hortantur omnes ut sibi imperata citius complere festinet. At ille continuo fratribus valefaciens, sumptis secum centum sexaginta octo viris, navem conscendit.

et dæmone frustra repugnante

36. Media vero nocte, felicibus auris spirantibus medioque jam itineris spatio prospera navigatione emenso, navis repente quasi anchoris arctata restitit. Concurrunt statim nautæ; considerant navem undique; explorant curiosius repentinæ retardationis eventum; nihil occasionis omnino reperiunt. Turbati perterritique sunt omnes; conversas ad sidera tollunt voces. Tamen, quod solum sibi spei remanserat, ad sancti viri recurrunt suffragia; indicant navigationis discrimen; hortantur attentius ad orationem. Illo igitur orante, proreta qui antennam [demittebat] [1], gratia explo-

[1] *hæc vox deest in codice.*

(1) Id est, ad regionem latinam seu romanam et transmarinam.

randi utrum illis flatus immineret adversitas, videt subito instar bestiæ miræ magnitudinis dæmonem in transversum consistere ante navem. Convocat ceteros, ostendit monstrum; aspiciunt omnes, dejectisque mœstitudine in desperationem mentibus immaniter omnes expavescunt. Itaque 5 sanctus, oratione finita, imperat dæmoni concitus ut recedat. Paret adversarius dictis, licet invitus; cedit eumdem locum, evanescit ut fumus. Hoste igitur abscedente sævo, adest pacis angelus; fit ductor viris quibus obstiterat inimicus.

appellit ad insulam quamdam,

37. Vir autem venerabilis sancti angeli sentiens adesse 10 præsentiam, admonet cunctos ut nihil jam formident, sed navigationi confidenter insistant. Ad vocem continuo sancti, attollunt viri animos, omnes resumunt vires instantque navigio. Vertitur æquor remis, venti vela impellunt prosperi, labitur puppis celeri fuga, et quod ponti restabat brevi trans- 15 volant; optati portus quietis et terræ desideratæ incolumis potitur littore (1).

ubi per occasionem novi miraculi

38. Quodam igitur die, beato viro sedente in curru psalmosque decantante (non enim jam præ senectute corporis diu pedestris valebat incedere), antecedentibus illum fratri- 20 bus, tempore vespertino, subito venientium sibi obviam prospiciunt luporum agmen. Exterriti vertuntur in fugam. Lupi vero relictum eum in curru videntes solum, facto impetu circumdederunt illum. Contingere tamen eum penitus non valentes, ad pedes ipsius ceciderunt, quasi veniam po- 25 stulantes. Ipse autem intrepidus manens, fugientes ad se fratres revocat. Redeunt conciti clamantis ad vocem. Erant tamen lupi quasi quoddam sepis obstaculum inter ipsos et magistrum suum.

principem loci Conanum baptizat cum suis.

39. Illis itaque sic inibi remorantibus, contigit regu- 30 lum quemdam, Conanum nomine, cum exercitu suo eadem via jam sole orto transitum habere. Qui videns lupos currum circumdedisse et homines ex alia parte glomeratos stare, stupefactus interrogat suos. *Num*, inquit, *quod ego*

(1) Quæ sit hæc insula, ignoratur. Forsan insula de *Bute* juxta Orcadas, quæ olim erat sub patrocinio S. Brioci.

video et vos cernitis? At illi sese homines et lupos currumque videre respondent. Accedentes ergo ad locum in quo erat sanctus cum suis, quid ibidem cum lupis remorantes expectarent, diligenter inquirunt. Erat autem Conanus vir gentilis.
5 Hic cum et discipulorum fugam et sancti viri constantiam et luporum insuper post facti primi impetus ferocitatem humilitatis sancto postea exhibitæ didicisset abjectionem, protinus de equo cui insederat, ad terram prosiliens, sanctum pronus adorat, suosque homines universos baptizari suppliciter
10 rogat. Quem sanctus hilari intuitus vultu, septem dierum indicit illi suisque jejunium. Domum deinde redire totamque præcipit familiam congregari. Obsequitur miles ad omnia, implet lætus quæ jusserat. Interim sanctus jubet lupos recedere, prohibens constanter ne aliquem præsumant lædere.
15 Discedunt illi continuo ad ejus imperium, et velut agni mansuetissimi nulli nocentes desertum adeunt. Expletis itaque septem jejunii diebus, Conanus a sanctissimo viro instructus fide, cum suis omnibus baptizatur.

Inde in Armorica construit monasterium [anno 500 circiter].

40. Venerabilis deinde vir ejusque socii mare Britannicum
20 navigantes recto cursu dextroque navigio ad regionem devenerunt Armoricam, navemque in portu qui *Achim* (1) appellatur relinquentes, ad fluvium quemdam, *Ioudi* (2) vocitatum, perveniunt. Inspecta igitur loci cujusdam convenientis opportunitate, monasterium ibidem invocato Dei nomine cœperunt
25 construere. Adest illis divinitatis auxilium, incumbunt omnes operi, provenit prospere, brevique perficitur. Fit locus primo despectus et inhabitabilis jam Deo carus. Exit fama per populos, concurrunt hinc inde homines, Christus per famulos operatur virtutes.

Ob morbum in patria grassantem eam invisit,

30 **41.** Interea nuntius quidam de Coriticiana veniens regione, sanctum perquirit Brioccium, invenitque illum quodam in loco secretius orationi intentum. Procumbit illi statim ad pedes; ut patriam suam revisat, lacrimis obortis implorat humiliter : *Omnis*, inquiens, *Coriticiana regio maxima*

(1) Gallice *Port d'Ack*, nunc *Le Conquest* seu *Plouguerneau*. — (2) Gallice *Jaudi*, fluviolus qui alluit Trecorium *(Tréguier)*.

vastatur clade. Mœrent incolæ, tui auxilio destituti; tantamque illis evadendi periculum spes illa sola remansit postrema, si te ad eos reverti tuaque frui benedictione contigerit. Ad hæc sanctus humili ut semper mansuetaque respondens voce : *Non debeo,* ait, *frater, qui pro Christi amore semel peregrinatione* 5 *suscepta reliqui, patriam iterum parentesque repetere carnalibusque curis et mundialibus negotiis me rursum inserere.* Quo legatus audito, rursum preces instaurat; sed jam parum de se confidens, fratrum subjungit auxilia. Adeunt igitur omnes sanctum; prosternuntur illi ad pedes, rogant pariter, 10 tanto discrimini supplices imprecantur solatium. Asseverant insuper hanc solam patriam repetendi causam pro certo esse justissimam Deoque gratam, qua pestis fugatur salusque pristina reparatur hominibus. Tandem victus ille tam ratione quam precibus, acquiescit consilio seque iturum pollicetur. 15

relicto sui vicario.

42. Commendans itaque monasterii curam dilectissimo nepoti suo *Papu-Tugualo* (1), fratresque cunctos ut in melius semper proficere studeant dulcibus exhortans sermonibus, cum præfato nuntio iter arripit [1], et Domino sibi comitante fideliter pervenit ad patriam, visitatque parentes. Nuntiatur 20 ceteris adventus ipsius ; fit concursus undique maximus populorum ; postulant certatim benedictionem, salutisque impendi sibi lacrimabiliter deposcunt remedium. At ille, elevata in sublime dextera cunctos benedicens : *Confitemini,* inquit, *et vere fidei habetote constantiam, nullamque metuatis* 25 *hujusmodi cladem.* Statim itaque omnis lues fugata est, nullumque postea terræ illius habitatores ejusmodi sensere periculum. Porro sanctus confestim ad locum unde venerat, rediit.

Dein monasterio illo cedit,

43. Ergo fratres prædicti monasterii, beatissimum rediisse 30 virum cognoscentes, congregati simul ad eum veniunt; flentesque præ gaudio atque osculantes eum, dicebant : *Ubi tantam, pater sanctissime, moram fecisti?* Largum enim pluribus

[1] *cod.* arripuit.

(1) Est hic S. Tugalus, episcopus Trecorensis, de quo ad diem 30 Novembris.

illorum videbatur si vel die integro illis abesset. Mos est enim valde se invicem diligentibus longum ducere, si vel ad modicum alteri defuerit unus. Quidam tamen ex eis videri sibi incongruum dicebant, si de ministerio [1] quod nepoti suo
5 commiserat, amplius eum mutare vellet. At ille cogitationes eorum intelligens et, ut mansuetissimi erat ingenii, voluntati illorum cedens, recessit ab eis, in pace cunctos dimittens.

44. Profectusque cum octoginta et quatuor viris, devenit
10 ad flumen qui ab incolis terræ vocatur *Sanguis* (1). Ubi cum appulissent, egressi de navi ejiciunt anchoram, colligunt funes, nudatamque ab armamentis omnibus solam terræ insidentem relinquunt scapham. Inde secus ripam fluminis deambulantes, explorant diligentius an alicubi Deo dispo-
15 nente aptus [ad] construendum oratorium inveniretur locus. Itaque lustrantibus illis roboreta maxima curiosius, annosaque fruteta [2] circumquaque perscrutantibus, in vallem binam deveniunt exuberanti fonte irriguam (2); ibique circa marginem pariter residentes, paululum quieti corpora
20 laxant, cum subito Rigualis (3) cujusdam comitis eques eis unus supervenit. Sciscitatus qui essent vel quibus ab oris illas in partes venissent, accipit in responsis homines illos transmarinos esse, unius veri Dei servos et cultores existere. Reversus eques velociter domino suo, prædicto comiti, nun-
25 tiat transmarinos quosdam rubeis indutos ac pelliceis vestibus (4) advenisse, superque *Binæ vallis* fontem residere. Audiens comes militis sui verba, furiosoque infrendens animo, satellitibus suis ire velociter eosque de finibus suis exturbare præcepit festinanter.

et apud Binam Vallem [anno 510?]

30 **45.** Illis ergo raptim proficiscentibus, nuntius repente post eos accurrit, hujusmodi inclamitans vocibus : *Dolor subita-*

principem regionis, Rigualem,

[1] *cod.* monasterio. — [2] *cod.* fructeta.

(1) Britannice *Le Gouet.* — (2) Exstat adhuc iste fons ad quem accurrunt cum pietate fideles. — (3) Gallice *Riwall,* conditor regni Domnoniensis in Armorica. — (4) De colore vestimentorum priscorum monachorum Hibernensium hucusque nihil notum erat.

neus Rigualis modo præcordia penetrans, adeo cor ejus stomachumque discruciat, ut vix se vel in lecto jacens vel alio quolibet modo præ angustia valeat continere. Iis auditis, illi qui ad deturbandos Dei famulos pergebant, domum continuo redeunt ; quem sanum reliquerant dominum suum, maximis attritum doloribus reperiunt. Erat siquidem Rigualis domus in *iliaco* Roboris, id est in campo Roboris, sita (1). Igitur Rigualis idem accito ad se præfato milite, rursus interrogavit cujus essent habitus viri quos viderat. Ille transmarinos homines esse respondit ; rubeas vero ac hispidas habere vestes. Hoc comes audito, statim invitari jubet ad se viros, et concitus de familia quidam alloquitur sanctum et humiliter invitat ad principem.

miraculo sanat,

46. Nec distulit vir beatus ire, de sociis suis duodecim secum ducens, laudabilis vitæ presbyteros. Quem venientem a longe sæpe jam dictus comes intuens : *Hic est,* ait, *consobrinus meus Brioccius, optimus transmarinorum dux, doctorque christianissimus, per quem mihi salus corporis adjuvante Domino reparabitur.* Sanctus itaque Brioccius intrans domum ægrumque de lecto manu allevans, osculati sunt invicem, salutantes alterutrum ; seque inter satis amicabiliter sermocinantes, Deum qui eos sociaverat, satis unanimiter laudabant. Deinde sanctus vir nitidam in vase mundo sibi jubet deferri aquam. Quam allatam cum benedixisset, ægro bibendam tribuit. Bibit ille, licet vix, singultu impediente : statim a totius angoris liberatus dolore, pristinæ restitutus est sanitati.

qui illi totam dat regionem.

47. Deinde beatissimo viro aulam *Campi Roboris* cum universa quæ ad eum perstringebat reddituum possessione tradens, ut ibidem ad Deo perpetualiter serviendum monastico aptum ordini ædificaret (2) habitaculum, ipse ad *Aulam Helyoni* quæ olim *Vetus stabulum* vocabatur cum tota migrans familia, ibi deinceps habitavit (3). His itaque gestis, beatissimus Brioccius cum suo illo presbyterorum religiosis-

(1) Gallice *le Champ du Rouvre.* — (2) Quæ donatio firma permansit usque ad rerum perturbationem in Gallia seculo proxime elapso. — (3) Aula Helyoni, gallice *Hillion,* locus proximus Castro San-Briocensi.

simo comitatu vallem quamdam nemorum amœnitate consertam perambulans, fontem lucidissimis aquis perspicuum divina disponente providentia reperit, ubi cum fratribus, fusa prius ad Deum oratione subsistens, mox ædificandi ora-
5 torium manibus exertis prior ipse imponit initium. Accinguntur omnes operi; diruunt arbores, succidunt fruteta, avellunt vepres spinarumque congeriem; silvamque densissimam in apertam brevi reducunt planitiem. Adest famulis suis gratia Christi; succedunt sibi cuncta ad votum, con-
10 summatur basilica.

Ibi dum discipuli ejus vitam activam

48. Inde omnes pari voto, studiis et utilitatibus insistentes, die noctuque exercitiis spiritualibus occupantur. Erant enim studiosissimi in lectione, frequentissimi in oratione, in vigiliis sobrii, in jejuniis abstinentissimi. Sed et manuum
15 opera secundum apostoli præceptum nequaquam intermittentes, incidebant quidam trabium moles, securibus dedolabant; alii domorum parietibus ligna levigabant, plurimi tectorum laquearia; vertebant plerique glebas ligonibus. Excolebatur deinceps humus sarculis, sulcisque minutissi-
20 mis exarata pulchra varietate formabatur consequenter in areis.

cum contemplativa sociant,

49. Certis semper horis ad explendum opus Dei in oratorio confluebant. Communi et æquali cibo post vespertinam synaxim corpora relevabant. Inde post completorium alti
25 silentii semper intemerata custodia pariter redeuntes ad lectulos, pari studio circa noctis medium surgentes, juxta psalmistæ vocem dicentis: *Media nocte surgebam ad confitendum tibi* (1), devotissimas laudes Deo in hymnis referebant et psalmis. Post quorum completionem iterum corpora paxil-
30 lum [1], quieti reddebant. Rursumque gallicinii tempore, auribus cymbali (2) voce hausta, festini de stratis exilientes, matutinis vota laudibus quotidiano ritu Domino persolvebant, psalmistæ videlicet ejusdem sequentes exemplum, qui

[1] *pro* paululum.

(1) Ps. CXVIII, 30. — (2) Utrum campana hæc esset an aliud vas sonorum, ignoratur.

Domino taliter concinit: *Mane astabo tibi et contemplabor* (1). Post cujus ministerii expletionem, die usque ad horam secundam in oratione et spiritualibus negotiis continuatim expenso, rursus hilariter ad manuum revertebantur labores. Sic igitur quotidiano usu, quasi agonistæ quidam studiosissime decertantes, ad æternæ vitæ bravium bonorum actuum cursu propero festinabant, illud siquidem apostoli attendentes, ubi dicit: *Non coronabitur, nisi qui legitime certaverit* (2). Nihil sibi temporis in otio patiebantur elabi. Hæc quidem Brioccii sancti discipulorum veneranda erant studia; his religiosi conventus jugiter exercebatur frequentia.

S. Briocus jam nonagenarius,

50. At ipse beatissimus vir ætate jam nonagenarius, magnis virtutum meritis sublimiter insignitus, contemplationi frequenter cœpit vacare, orationi cum fletibus perseveranter incumbere, vigiliis et sacræ meditationi infatigabiliter pernoctare, jejuniis etiam supra naturæ modum et ætatis indesinenter corpus atterere; cœlestibus inhianter intentus, terrena sibi cuncta viluerant. Signorum sane assiduitate coruscus, miraculorum potentia famosissimus, humanitatis pietate cunctis existens benignissimus, egenis, prout poterat, victualium semper necessaria ministrabat, infirmantibus curam sollicitus sanitatumque sæpissime præstabat remedia. His quasi per excessum breviter prælibatis, ad ea quæ restant viri sanctissimi gesta narranda, prout subtilius meus poterit stilus redeat.

alio ægroto sanato

51. Eodem tempore duo viri tertium gressu debilem visuque privatum in gestatorio ferentes, cum viam qua ad mansionem suam tendebant errore delusi forte perdidissent, et huc illucque vagabundi ad eam pervenire nocte jam incumbente nullatenus valerent, clamosi flebiliter conquerentes, ad sanctum utcumque perveniunt. Ostendunt illi ægrum, indicant viæ errorem, postulant noctis unius hospitium victusque necessarii sustentaculum. Quos ille flentes conspiciens, tactus compassione: *Relinquite*, ait, *ægrotum mihi hac nocte; vos ad domum vestram abite cum pace*. Elevata deinde manu

(1) Ps. v, 4. — (2) II Tim. II, 5.

viam illis demonstrat. Mox illi gaudentes ægrum ibi relinquunt. Recedunt deinde, domumque ad propriam celeri rectoque itinere perveniunt. Interea sanctus more solito intrans ecclesiam, totus incubat orationi; pulsat precibus 5 cœlum, fletibus invocat Christum. Adest Christus famuli sui precibus, audit rogata, præstat postulata. Redditur ægro membrorum omnium sospitas; redit oculis lux diu peregrina. Mirantur cuncti, subito videntes incolumem quem paulo ante debilem reliquissent. Benedicunt Deum unanimis vocibus, 10 beatique viri meritum immensis efferunt laudibus.

et Riguali pie mortuo.

52. Contigit eodem tempore Rigualem comitem infirmari, gravique detentum molestia penitus lecto prosterni. Cui cum in dies admodum languor ingravesceret, jam factus mortis prope confinium, venerabilem ad visitandum se per inter- 15 nuntios suppliciter evocari facit Brioccium. Dixerat enim Rigualis isdem non se mori posse vel sanitatem recipere, nisi beatum sibi prius Brioccium contigisset videre. Devoverat autem se a nullo alio suscepturum communionem nec, si moreretur, ab alio velle funeris sibi celebrari officium. Erat 20 siquidem vir sanctus valde jam senex, nec nisi vectus curru aut equo longius valebat incedere. Auditis igitur sanctus sermonibus comitis, ascendit ocius currum, viam arripit ad visitandum ægrum. Cumque pergeret more solito psalmos decantans, antecedente illum et subsequente sui illius reli- 25 giosi comitatus multitudine, audivit subito spiritualis organi sonum in cœlo, manuque innuens præcepit stare cunctos. Moxque illis quod audierat insinuans, sanctæ crucis signum fieri, et in eodem loco jubet affigi. Ibique postea multæ super infirmantibus factæ narrantur sanitates. Igitur ad ægrotum 30 perveniens, exitum ejus continuo sacræ communionis munivit viatico. Ipse vero domum propriam cum tota colonia et plebe universa ad eam pertinente sancto viro et ejus monachis perpetualiter habendam contradens, seque eorum humiliter commendans orationibus, in pace quievit.

ipse moritur [515?] et miraculis claret.

35 **53.** Igitur post hæc vir gloriosissimus Brioccius, præsciens sibi diem propinquare supremum, fratres universos in unum convocans pluribusque illos prius exhortans sermonibus,

consequenter deinde iis effatur : *Fratres*, inquens, *sex diebus istis oportet nos psalmis atque orationi solito devotius incessanter insistere, quibus Dominus omnipotens servum suum, sicut promisit, laboris sui mercede disposuit remunerandum.* Quibus devotissime jussa complentibus, ipse paulisper ægrotare incipiens, accersitis iterum fratribus Dominicisque sacramentis munitus, ultimum in pace clausit diem. Quo defuncto suavissimus domum totam ubi sacratissimum jacebat corpus, ita replevit odor ut, donec sanctissimi viri membra aromatibus honorifice condita locarentur in tumulo, omnibus sacri funeris apparatum celebrantibus nullatenus defuisset. Beatissimi itaque viri corpore, prout dignum erat, terræ cum hymnis et laudibus devotissime reddito, spiritum beatis ditatum meritis crebra ad ipsius tumulum facta miracula vivere testantur in cœlo.

Marcanus eum videt in cœlum ferri;

54. Die siquidem ipso defunctionis ejus Marcano cuidam (1), religioso Deumque valde timenti presbytero, talis, cum oraret, divinitus manifestata est revelatio. Vidit angelos quatuor, aquilarum habentes similitudinem, igneis coruscantes alis, beati viri animam in specie gerentes columbæ, cœli arcana [1], magno cum gaudio penetrare.

Simaus vero ultra mare positus, monetur cœlitus,

55. Erat autem et discipulus sancti viri quidam Simaus (2), cognomento Simorus, in patria Coriticiana, quando magistri sui advenit obitus dies [2]. Hic, cum nocte ipsa sese sopori dedisset, vidit in somnis Brioccium scalam quæ cœlum tangere videbatur, ascendere, turba illum angelica antecedente cum hymnis et subsequente. Expergefactus illico, facto mane, versus Britanniam incipit navigare. Cumque media nocte mare illud Britannicum transfretaret, diabolus illum in puppi dormientem ut suffocaret aggreditur. Quem ille statim bina magistri sui repellens nominis invocatione, secunda sibi navigatione Dei misericordia disponente con-

[1] *cod.* archana. — [2] *cod.* diem.

(1) Gallice *S. Marcan*, sub cujus nomine exstat parochia circa confinia Macloviensis castri. — (2) Gallice *S. Cieux*, sub cujus nomine et protectione exstat etiam parochia.

cessa, octavo die obitus ad portum qui *Seson* (1) dicitur, pervenit incolumis.

56. Descendens ergo de navi cum sociis, magistri sui mortem adhuc ignorans, ad monasterium tendebat gressum. Cujus audito adventu, fratres procedunt illi protinus obviam, incumbunt amplexibus, flentesque pariter invicem osculantur. Deinde incipientes [ad] alterutrum sermocinari, inter anhelos gemitus crebrosque suspirationum singultus vix tandem erumpentibus verbis referunt illi patris obitum, sicque ad cœnobium pervenerunt. Igitur Simaus post refectionis levamen, quid de magistro in somnis vidisset, quid sibi etiam in veniendo contigisset, ex ordine cuncta replicans cunctis fratribus diligentius intimavit. At illi, tanto patris sui merito tantæque gratiæ non minimum congratulantes, Deum cujus dona essent, concordi voce benedicunt, et pari votorum desiderio die noctuque laudabant.

adest funeri

57. Tempore vero quodam, cum proxime beati viri solemnitas immineret, confluit undique languentium turba non modica tam recuperandæ sanitatis quam spe stipis publicæ alimoniam percipiendi. Ergo noctis sacræ vigiliis cunctis intensissime vigilantibus, unus inter ceteros affuit ita membrorum officio destitutus, ut femoribus ipsius hærerent suræ; manus, licet de brachiis penderent, nihil omnino tangere valebant. Hunc tanta circumseptum miseria sancti meritum sic absolvit, ut liberum pedes incessum, manus pristinum plenissime recuperarent officium. Huic se miraculo interfuisse præfatus Simaus postea retulit, qui illum et prius debilem et postea incedere vidit incolumem.

et testis est novi miraculi.

58. Beatissimus igitur Brioccius mortalis sarcina levatus carnis, felicibus meritis semper in cœlestibus vivit. Per ejus namque sancti nominis invocationem et gloriosi meriti fidem ad sacratissimum illius tumulum debiles sospitatem, cæci oculorum recipiunt lumen, curantur ad plenum dæmoniaci, gressum recuperant firmissimum paralytici, cunctorumque congrua cum fide poscentium complentur vota, præstante

quod alia hodieque sequuntur.

(1) Portus *Cesson*, nunc *Le Léguer*.

Domino nostro Jesu Christo, cui est cum Deo Patre et Spiritu sancto honor et gloria nunc et per seculorum omnium secula. Amen.

Episcopum (1) quidem beatissimum fuisse Brioccium (gestis ipsius quæ ad nostram pervenere notitiam omnino reticen- 5 tibus), tituli cujusdam testatur inscriptio quæ in marmore quod super sacratissimum corpus ejus antiquitus positum fuerat, litteris exarata veteribus pro certo reperitur.

Qualiter tamen in episcopatu vixerit vel cui specialiter præfuerit civitati, titulus isdem nominatim non exprimit. Hoc 10 tantum loquitur quod rex quidam Britannorum, *Respoius* nomine (2), sacratissima illius ossa ad urbem transtulerit Andecavam ibique in quadam basilica sanctorum Sergii et Bacchi martyrum, quæ juxta præfatæ civitatis mœnia sita est, honore cum digno condidit ; sed et cujus episcopi vel 15 principis tempore translatio eadem facta fuerit, evidentioribus non manifestat indiciis. Unde et nos penitus reticere melius esse judicavimus quam frivolum aliquid sive fictitium ex nostra parte auribus inferre fidelium ; neque cœlestia terrenorum nec vera indigent assertione falsorum. 20

Explicit vita S. Briocii.

RELATIO SACRARUM RELIQUIARUM S. BRIOCI CUJUS FESTUM QUOTANNIS CELEBRATUR DIE DECIMA OCTAVA OCTOBRIS.

Sacrum corpus S. Brioci primo tumulatum fuit cum honore in suo monasterio *Vallis duplicis*, circa quod exordium sumpsit paulatim civitas hodierna episcopalis San-Briocensis. Mediante vero seculo IX (853 ?) a rege Britannorum *Erispogio* translatum fuit partim in civitatem Andegavensem partim in monasterium Lehonense. De qua translatione nullam habemus narrationem. Sed initio seculi XIII relata est aliqua pars dictarum reliquiarum, et de hac relatione exstat breve opusculum fere incognitum, quod hic edere de novo visum est (3).

(1) Hæc appendix adest solummodo in codice Rotomagensi, descriptaque est eadem manu iisdemque characteribus. Verumtamen non pertinet ad scriptorem Vitæ S. Brioci. Auctor ejus videtur scripsisse Andegavi, quo translatum fuit sacrum corpus mediante seculo IX.

(2) Gallice *Erispoe* (filius *Nominoe*), qui regnavit in Britannis ab anno 851 usque ad annum 857.

(3) Invenitur tantum in veteri breviario San-Briocensi anno 1548 impresso, et anquam Appendix ad opusculum clarissimi viri Gaultier du Mottay de Iconogra-

Anno supra millesimum ducentesimo decimo relatæ sunt reliquiæ B. Brioci ad ecclesiam suam Briocensem. Illo siquidem tempore Petrus, Briocensis antistes, vir peritus atque facundus, cum in primo suo adventu a clero suo didicisset corpus beatissimi patroni sui Brioci in ecclesia beatorum Sergii et Bachi Andegavensium retineri, respondit : *Fratres, sustinete patienter; credo enim quod, Deo favente, aliquid de sanctissimo confessore habebimus.*

Præsul igitur venerabilis, accinctus potentia, in Domino confisus, ad Andegaviam propere festinat. At ille, sicut eleganti affabilitate erat præditus litteralique peritia doctus, Andegavensem antistitem, ecclesiæque sanctorum Sergii et Bachi abbatem et monachos, totiusque patriæ magnates universos in eamdem ecclesiam congregavit. Ad quos sermonem de divina proposuit Scriptura, quem adeo taliter fini deduxit ut si magnam portionem monasterii petiisset, monachi ei libentissime concessissent. Dominus enim erat cum illo. Tandem patefacta causa sui itineris, adjecit quod, si præfatus venerabilis abbas sibi de sanctissimo confessore, patrono Ecclesiæ suæ, dignum duxerit impertiri, ecclesiæ beatorum Sergii et Bachi fidum firmaret fœdus subventionis mutuæ Ecclesia Briocensis. At illico pepigerunt ambo prælati. Et ne scandalum inter fratres ejusdem monasterii oriretur (quod absit), assignata fuit hora qua fratres post matutinas horas redeunt ad stratus suos, ut sponsionem firmarent. Qua hora adveniente, illuc comparuerunt qui eorum pacto prius affuerunt.

Venerabilis itaque abbas, aperto cum auxilio Dei et aurifabri sarcophago, introspexit viditque ibi sacrati confessoris inclyta membra, in corio cervino consuta et altare marmoreum (1) talibus verbis exaratum: HIC JACET CORPUS BEATISSIMI CONFESSORIS BRIOCI EPISCOPI BRITANNIÆ, QUOD DETULIT AD BASILICAM ISTAM, QUÆ TUNC TEMPORIS ERAT SUA CAPELLA, ILISPODIUS, REX BRITANNORUM. Quibus perlectis mirati sunt universi, eo quod nomen hujus regis ad eorum notitiam nunquam devenerat. Regnum enim ejus usque ad Vindocinum extendebatur. Tunc miri odoris tanta redolentia naribus eorum qui aderant, fragravit[1] ac si libræ quinquaginta unguenti nardi pistici per ecclesiam funderentur.

Incunctanter venerabilis abbas in magni amoris privilegio duas costas cum brachio et parumper de cervice sancti sui patroni Petro,

[1] *edit.* flagravit.

phia sanctorum Britanniæ. Quod opusculum editum fuit San-Brioci anno 1869 inter *Mémoires* societatis cujusdam archæologicæ localis. — (1) Id est, tabula marmorea.

episcopo Briocensi, contulit. Ipse vero sui voti compos effectus, thesaurum [1] hujusmodi vasculo pretioso recondens, Andegavensi thesaurario, familiari suo, tradidit conservandum. Venerabilis tandem præsul iter arripiens cum suis reliquiis, Andegavensis episcopus cum hymnis et canticis usque ad exitum civitatis cum toto clero eum comitatus est. Quibus nimium exhilaratus, multis amplexibus ab eis valefaciens recessit.

Apparuit autem in somnis beato viro S. Briocus, inquiens ei : *Fili mi, fac ut membra mea, quæ tecum defers, in mea ecclesia honorifice recipiantur.* Qua ex visione magis lætus nuntios ad omnem clerum et populum suæ civitatis præmisit, qui diem eis S. Lucæ evangelistæ qui proximus instabat, receptioni reliquiarum sanctissimi sui patroni assignarent.

Die autem assignata, Brioco comparuit maxima processio cleri popularisque turba, utraque patrono ambiens obviare. Assunt igitur proceres; juvenes occurrunt in obviam; senes et decrepiti cum baculis adducuntur. Inter quos adfuit nobilissimus comes *Alanus,* tunc regens terram istam (1), qui etiam pronus adorans reliquias, in ulnis suis accepit eas, usque ad ecclesiam istam apportans, clero alta voce canente *Te Deum laudamus.* Cum autem ecclesiam intraret, sanctæ reliquiæ sese commoverunt ac si de vasculo vellent exire. Dicebatur enim quod miraculum hoc factum fuerat, quia lætabatur sanctus quod membra sua ibi advenerant, ubi fuerat vivus conversatus.

Quo loco, Domino concedente, usque in diem judicii conservabuntur. Sospitas ibidem diversis ægrotantibus morbis restituitur, pax in patria redditur, sterilitas fugatur, fecunditas propagatur, præstante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus per omnia secula seculorum. Amen.

[1] *edit.* tesorum.

(1) Alanus, comes Penthevriæ, vices ducis Britanniæ tunc agebat pro Alice, ultimi ducis filia et herede, ætate pupillari.

EX VITA S. PAULI LEONENSIS

EDITA A CL. V. CAR. CUISSARD

ex cod. Floriacensi-ad-Ligerim

VARIANTES LECTIONES.

Vitam S. Pauli Leonensis ex codice Parisiensi (inter latinos 12942) edidit anno 1882 R. P. Dom. Fr. Plaine O. S. B. in *Analectis* nostris (t. I, p. 209 sqq.). Eamdem ex codice Floriacensi-ad-Ligerim n. 217 jampridem a se exscriptam vulgavit in periodico *Revue Celtique*, t. V (1883) doctissimus vir Carolus Cuissard, Aureliani litterarum professor. Gratum sane nos facturos rati rerum hagiographicarum studiosis, præcipuas lectiones variantes hujus alterius editionis, eas præsertim unde tectus in *Analectis* nostris editus emendari queat, perpetua collatione inter utrumque textum instituta, hic exhibemus.

Ed. Plaine.	Ed. Cuissard.	Ed. Plaine.	Ed. Cuissard.
P. 210.		P. 214.	
l. 31 et (ea)	ex (ea)	l. 3 desinit	desivit
P. 211.		28 quoniam ejus	quamvis
l. 5 in (præsenti)	mihi (præsenti)	P. 215.	
13 Perphii	Perphirii	l. 23 Gyldam	Gildan
23 studuit	statuit	ib. sagacitate..	sagacitatem..
P. 212.		industria..	industriam..
l. 7 Notalius	Notolius	peritia	peritiam
8 Sicofolla	Sitofolla	29 attestando	inserendo
26 hoc indicens	hoc modo dicens	P. 216.	
33 prudentia	providentia	l. 11 consueverat	consueverant
P. 213.		17 posset	poposceret
l. 6 Demetiarum	Demetarum	20 Dominum	donum
14 cuderat	videret	24 prudentia	providentia
16 eruditus	eruditos	P. 217.	
29 elegantis	eleganter	l. 11 solebat	volebat

Ed. Plaine.	Ed. Cuissard.
P. 217.	
l. 30 nec	non
P. 218.	
l. 6 multum	vultu
8 invitantibus	imitantibus (1)
ib. (*post* recondam)	*add.* miracula
P. 219.	
l. 17 passili	parili
25 (*post* armenta)	*add.* rostrataque per vias aguntur agmina
26 confertim	confestim
P. 220.	
l. 6 talia	talem operari.. virtute (2).
22 ructante veneno	nictante (3), venena
23 ne vertere valeat	vertere ne valeat
24 flumina	flamina
P. 221.	
l. 8 *post* ascriberetur	*adde* deprecabatur
10 hæc	hoc
24 oculos	oculus
32 vivendo	videndo
33 impertita	impertitur
35 nempe	nunc
P. 222.	
l. 3 hæc	hoc
25 (*post* vitæ)	*add.* necessaria
34 ad diem	in diem *et add.* ad finem
P. 223.	
l. 31 primitus unam	primus aviæ

Ed. Plaine.	Ed. Cuissard.
P. 224.	
l. 32 audimus	audivimus
P. 225.	
l. 11 Sic	Sed
26 hoc	hæc
28 peragendi	pergendi
29 gerens	agens (*pro* agerens)
P. 226.	
l. 10 et	aut
17 (*post* reficiebatur) *add.*: Nullam autem pulmenti præter hoc solum quod diximus pinguedinem in usum accepisse legimus.	
19 derisionem	irrisionem
34 Quonomonum.	Quonomorium
P. 229.	
l. 23 signorumque	signorum
26 (*post* adipisci)	*add.* potuit
P. 230.	
l. 1 postulatione	possessione
P. 231.	
l. 4 in te	mente
13 inops	in opus
24 ad	ac
P. 234.	
l. 7 Coquonocum	Toquonocum
14 alio nomine Sittredus	cognomine Siteredus
ib. Wohednovius	Woednovius
16 Wirmanus	Winniavus
17 Toechus	Toetheus
26 ideoque	idemque

(1) Unde legendum forsan : dilectionem Dei et proximi amorem... imitantibus. — (2) Unde legendum videtur : talem operari virtutem. — (3) I. e. vigilante (?) doctiloquo seu doctore.

Ed. Plaine.	Ed. Cuissard.
P. 235.	
l. 10 (*post* teris)	*add.* Non hic tibi sedes
16 Excede hinc	Exire dehinc
26 prora	proram
31 et (navi)	e (navi)
P. 236.	
l. 1 Achmensis	Achniensis
17 Vivehinus *et deinceps*	Junehinus *et deinceps.*
P. 237.	
l. 29 impetraturus	imprecaturus
P. 238.	
l. 17 Wiormanni	Wormawi
22 deprimentes	depromentes (1).
P. 239.	
l. 1 arva	avia
4 raucor	rancor
12 cœtus	coævis (2).
25 ita	tria
26 quæque nunc	quia quæ tunc
31 intercessione	intercessionem
P. 240.	
l. 16 ducitur	ducit
17 in	modo
27 (*post* deflexo)	*add.* et
P. 241.	
l. 5 redomita	edomita
14 jussum	visum
17 idem	id est
ib. Brociana	Brochana
P. 242.	
l. 2 productus	perductus
10 divinas scripturas	divinis scripturis
16 non sunt	insunt

Ed. Plaine.	Ed. Cuissard.
P. 243.	
l. 13 Promontorium	portitor
31 allapsum initio	allapsa mentio
P. 244.	
l. 6 (*post* meritis)	*add.* quamvis
14 discedens	discederem
P. 245.	
l. 8 quominus	quamvis
11 Hirlglas	hirglas
24 complaceri	complacari
P. 246.	
l. 1 modum	motum
5 plane	plana
13 totius	torvis
15 supponit	superponit
19 eadem	eodem
27 quæ talis decretæ	quia talis bestiæ decreta
(*et post* extirpanda)	*add.* sunt
P. 247.	
l. 7 supposuit	superposuit
17 immersus	mersus
27 perimuntur	premuntur
P. 248.	
l. 4 indumentum	induvium
24 agit	egit
P. 249.	
l. 13 (*post* scripturarum)	*add.* continuationem
17 insepibilem	insopibilem
P. 250.	
l. 37 denegat	denegavit
P. 251.	
l. 8 Parisios	Parisius

(1) *Legendum forsan* depromentes. — (2) *Legendum forsan* coactis.

Ed. Plaine.	Ed. Cuissard.
P. 251.	
l. 10 Dyonisi	Dionysi
ib. (*post* monachorum)	*add.* plurimus
15 nummismatis	numismatis
21 (*post* tuo)	*add.* quasi unum de feris animantibus
P. 253.	
l. 11, 17 Judualus	Iudwalus
18 perpetua oblatione	perpetuam oblationem
P. 254.	
l. 2 prænuntiabat	denuntiabat
8 demonstrabat	denuntiabat
22 (*post* devastare)	*add.* et
P. 255.	
l. 14 ipsamque.. novissimum	ipsamque.. novissimam
P. 258.	
l. 12 terram	terreni

VITA
SANCTÆ EUPHROSYNÆ

SECUNDUM TEXTUM GRÆCUM PRIMÆVUM

NUNC PRIMUM EDITA

OPERA ET STUDIO

ANATOLII BOUCHERIE

NUPER IN FACULTATE LITTERARUM MONSPESSULANA LECTORIS.

Vita S. Euphrosynæ, primum græce conscripta, seculo VIII latine reddita ac demum seculo XII, ex versione utique latina, gallicis versibus copioso verborum apparatu exposita (1), latine tantum hactenus edita erat inter *Vitas Patrum* et inde in *Actis Sanctorum* collectionis bollandianæ (2). Hujus recensionis latinæ textum antiquissimum ipse ante paucos annos vulgavi (3); ipsum vero textum græcum, quem reperi in codice græco 1454 Bibliothecæ Nationalis Parisiensis, exarato manu seculi X, diligenter exscriptum jam in lucem profero. Hunc textum inspexerunt Du Cange (4), et qui operam dederunt perficiendo *Thesauro linguæ græcæ* Henrici Stephani (5). Vix igitur ulla spes restat quidquam ex eo colligendi unde augeatur infimæ græcitatis notitia. In quo tamen genere advertenda venit in textu nostro vox σκῆτις, εως, quam *Thesauri* editores prætermiserunt inter testimonia, pauca sane, quibus hanc formam in usu olim fuisse comprobatur: usurpari autem solebat ad significanda monasteria quæ Alexandrinæ civitati circumjacebant.

Ceterum in animo mihi non est emendationes adjicere, ubi in documento nostro occurrunt quædam vocabula aut formæ loquendi a classicorum scriptorum consuetudine abhorrentia : quippe quæ ab ipso Vitæ scriptore intenta sint, utpote ad rationem scribendi ætatis suæ accommodata.

A. BOUCHERIE.

Has notulas una cum subjecto textu græco ad nos transmiserat cl. Boucherie mense martio præterito, Analectis *nostris inserenda, quum ecce ineunte aprili infaustus nuntius ad nos pervenit, doctissimum virum præmatura morte abreptum esse. Nihilominus tamen, consentientibus ultro cognatis et heredibus, opera ipsius ad meliorem, uti confidimus, vitam transgressi nobis et lectoribus nostris frui licebit.*

EDD. BOLLAND.

(1) Cfr. P. Meyer, *Documents mss. de l'ancienne littérature de la France conservés dans les bibliothèques de la Grande-Bretagne (Rapports à M. le Ministre de l'Instruction publique, Première partie)*, 1871, p. 203. — (2) Tom. II Febr., p. 537 sqq. — (3) In *Revue des langues romanes*, tom. II. — (4) Cfr. *Glossarium mediæ et infimæ græcitatis* ad v. σκύλλω. — (5) Cfr. *Thesaur.* Ed. Firmin Didot, ad. v. ὁρμασάμενος.

Βίος καὶ πολιτεία τῆς ὁσίας Εὐφροσύνης καὶ τοῦ ταύτης πατρὸς Παφνουτίου.

I. Ἐγένετο ἐν τῇ Ἀλεξανδρέων με- [fol. 78 r°, col. 1ª] γαλοπόλει ἀνὴρ ἔνδοξος ὀνόματι Παφνούτιος, πάνυ σπουδαῖος περὶ τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ. Οὗτος ἔλαβε γυναῖκά τινα σεμνὴν καὶ ἀξίαν τῆς αὐτοῦ προαι- 5 ρέσεως, γένους καὶ αὐτὴν οὖσαν ἐνδόξου καὶ πλουσίαν σφόδρα· ἦν δὲ στεῖρα καὶ οὐκ ἔτικτεν. Ἐν πολλῇ οὖν ἀθυμίᾳ ὑπῆρχεν ὁ ἀνὴρ αὐτῆς περὶ τούτου ὅτι οὐκ εἶχεν ᾧ καταλείψει τὴν οὐσίαν αὐτοῦ, ἵνα μετὰ τὴν αὐτοῦ ἀποβίωσιν τὰ αὐτοῦ πράγματα καλῶς διοικοῦνται εἰς τοὺς δεομένους. Ἡ οὖν γυνὴ αὐτοῦ θεωροῦσα τὸν ἄνδρα αὐτῆς οὕτως ἀθυμοῦντα, 10 οὐκ ἐπαύετο νυκτὸς καὶ ἡμέρας ταῖς ἐκκλησίαις προσεδρεύουσα καὶ νηστείαις καὶ δεήσεσι τὸν Θεὸν ἱκετεύουσα παρασχεθῆναι αὐτοῖς παιδίον. Πάνυ οὖν πολλὰ χρήματα εἰς τοὺς πτωχοὺς καὶ εὐαγεῖς οἴκους ἀναλώσασα ἐδέετο τοῦ Θεοῦ πληρωθῆναι τὴν δέησιν αὐτῆς. Ὁμοίως δὲ καὶ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς περιερχόμενος ἐζήτει ποῦ ἂν εὕροιεν ἄξιον τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπον 15 ὅστις διὰ προσευχῆς αὐτοῦ δυνήσηται τὰ πρὸς ἐπιθυμίαν αὐτοῖς πρεσβεῦσαι. [col. 2ª] Καὶ δὴ ἀπέρχεται ἔν τινι κοινοβίῳ ἐν ᾧ ἐλέγετο τὸν ἡγούμενον μέγαν ἄνθρωπον παρὰ τῷ Θεῷ τυγχάνειν. Καὶ εἰσελθὼν ἐν αὐτῷ καὶ οὐκ ὀλίγα χρήματα προσενέγκας, συντυχίας πλατυτέρας ἀξιοῦται παρὰ τῷ ἡγουμένῳ καὶ τοῖς ἐκεῖ οὖσιν ἀδελφοῖς. 20

II. Μετὰ πολλὸν οὖν χρόνον θαρρεῖ τῷ ἀββᾷ τὰ τοῦ πράγματος [1]. Καὶ εἴξας αὐτοῦ ταῖς δεήσεσι παρεκάλεσε τὸν Θεὸν δοῦναι αὐτοῖς καρπὸν κοιλίας. Καὶ ἐπικαμφθεὶς ὁ Θεὸς ταῖς τῶν ἀμφοτέρων δεήσεσιν χαρίζεται αὐτοῖς ἓν θυγάτριον. Θεωρήσας οὖν ὁ Παφνούτιος τὴν τοῦ ἀββοῦ πολιτείαν οὐκέτι τοῦ κοινοβίου ἐκείνου ἀφίστατο. Ὅθεν καὶ τὴν σύζυγον 25 αὐτοῦ πολλάκις ἀπήγαγεν εἰς τὸ εὐλογηθῆναι αὐτὴν ὑπ' αὐτοῦ καὶ τῶν ἀδελφῶν. Ἀπογαλακτισθείσης οὖν τῆς παιδὸς καὶ γενομένης αὐτῆς ἑπταέτους, ἐβάπτισεν αὐτὴν καὶ ἐπωνόμασεν τὸ ὄνομα αὐτῆς Εὐφροσύνην. Ἔχαιρον δὲ ἐπ' αὐτῇ οἱ γονεῖς αὐτῆς ὅτι ἦν ἀστεία τῷ Θεῷ καὶ ὡραία τῇ ὄψει καὶ καλὴ τῷ εἴδει σφόδρα. 30

III. Γενομένης οὖν [fol. 78 v°, col. 1ª] αὐτῆς δωδεκαέτους, ἡ μήτηρ αὐτῆς ὑπεξῆλθε τὸν ἀνθρώπινον βίον, ἔμεινε δὲ ὁ πατὴρ αὐτῆς παιδεύων αὐτὴν γράμμασι καὶ ἀναγνώσμασι καὶ τῇ λοιπῇ σοφίᾳ. Ἔτυχε δὲ ἡ

[1] *lacuna? Cfr. versio latina.*

κόρη δεξιᾶς εἶναι φύσεως, καὶ τοσοῦτον ἐγένετο φιλομαθὴς ὡς θαυμάζειν τὸν πατέρα αὐτῆς τὴν τοσαύτην αὐτῆς φιλομαθίαν. Φήμης οὖν πλατυτέρας γενομένης ἐν ὅλῃ τῇ πόλει περὶ τῆς φρονήσεως αὐτῆς καὶ πολυμαθίας, οὐ μὴν ἀλλ' ὅτι καὶ εὐφυὴς ὑπῆρχεν καὶ ἡ διάπλασις δὲ τοῦ σώματος
5 αὐτῆς εὐπρεπείᾳ τε καὶ ὡραιότητι κάλλους διέλαμπεν, πολλοὺς τοίνυν τῶν ἐν ἀξιώμασιν εἰς πόθον εἵλκυσεν λαβεῖν αὐτὴν νύμφην τοῖς υἱοῖς αὐτῶν. Καὶ δὴ πάντων διενοχλούντων τῷ πατρὶ αὐτῆς καὶ φθάσαι τὸ πέρας φιλονεικούντων, αὐτὸς ἔφασκεν· " Τὸ θέλημα τοῦ Κυρίου γενέσθω. „ Εἷς οὖν ὑπερβάλλων πάντας ἐν ἀξιώμασι καὶ δυναστείᾳ
10 προσκαλεσάμενος τὸν πατέρα αὐτῆς, πείθει δοῦναι τὴν θυγατέρα αὐτοῦ τῷ ἑαυτοῦ υἱῷ εἰς γυναῖκα, καὶ διασυντίθεται [1], καὶ γίνον- [col. 2ª] ται τῶν ἀρραβώνων τὰ ἔθη.

IV. Χρόνου δὲ διελθόντος μικροῦ, λαβὼν αὐτὴν ὁ πατὴρ αὐτῆς οὖσαν λοιπὸν ἐτῶν δεκαοκτώ, ἀπέρχεται ἐν τῷ κοινοβίῳ, πάνυ πολλὰ ἀγαθὰ
15 ἀπενέγκας εἰς παράκλησιν τῶν ἀδελφῶν, καὶ συντυχὼν τῷ ἡγουμένῳ ἀναφέρει αὐτῷ ὅτι " Τὸν καρπὸν τῶν εὐχῶν σου ἐνήνοχα, δέσποτα, ἵνα εὔξῃ ὑπὲρ αὐτῆς, ὅτι πρὸς γάμον βούλομαι αὐτὴν ἀγαγεῖν. „ Ὁ δὲ ἐκέλευσε καταλῦσαι αὐτὴν ἐν τῷ ξενοδοχείῳ τοῦ κοινοβίου. Συντυχὼν δὲ καὶ εὐλογήσας αὐτὴν πάμπολλα περὶ ἁγνείας καὶ συμπαθείας καὶ φόβου
20 Θεοῦ διαλεχθεὶς αὐτῇ μεγάλως ὠφέλησεν αὐτήν. Ποιησάντων οὖν αὐτῶν τρεῖς ἡμέρας ἐν τῷ κοινοβίῳ, ἀκρόασιν ἐποιεῖτο τῶν ψαλμῳδιῶν ἑκάστης ὥρας. Καὶ θεωροῦσα τὴν ἑκάστου σπουδαίαν διάθεσιν καὶ πρέπουσαν τῷ μοναχικῷ ἐπαγγέλματι ἐθαύμαζεν αὐτῶν τὸν βίον λέγουσα· " Μακάριοί εἰσιν οἱ ἄνθρωποι οὗτοι, ὅτι καὶ ἐν τῷ βίῳ τούτῳ ὄντες ἰσάγγελοί εἰσι,
25 καὶ μετὰ τῆς ἐντεῦθεν ἀπαλλαγῆς τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν ἀπολαύουσι. „ [fol. 79 r°, col. 1ª] Καὶ ἤρξατο ἡ καρδία αὐτῆς κατανύττεσθαι εἰς ζῆλον θεοσεβείας. Μετὰ δὲ τὰς τρεῖς ἡμέρας λέγει ὁ Παφνούτιος τῷ ἡγουμένῳ· " Δεῦρο, πάτερ πνευματικέ, πρὸς τὴν δούλην σου, ἵνα σε προσκυνήσῃ, καὶ εὔξῃ ὑπὲρ αὐτῆς, ὅτι ἀπελθεῖν θέλομεν ἐν τῇ πόλει. „
30 Ὡς οὖν ἀπῆλθεν, ῥίπτει ἑαυτὴν εἰς τοὺς πόδας τοῦ γέροντος λέγουσα· " Εὔχου ὑπὲρ ἐμοῦ, δέομαί σου, ἵνα ὁ Θεὸς σώσῃ τὴν ψυχήν μου. „ Καὶ ἐκτείνας τὰς χεῖρας αὐτοῦ ὁ ἀββᾶς εἰς τὸν οὐρανὸν εἶπεν· " Ὁ Θεὸς ὁ γινώσκων τὸν ἄνθρωπον πρὶν γενέσεως αὐτοῦ, αὐτὸς καὶ τὰ τῆς δούλης σου ταύτης μερίμνησον, ἵνα εὐάρεστός σοι γενομένη ἀξιωθῇ
35 εὑρεῖν κλῆρον καὶ μερίδα μετὰ τῶν εὐαρεστησάντων σοι. „ Καὶ συνταξά-

[1] *litteras fere deletas restituit manus recentior scribendo* δηασυντίθεται.

μενοι τῷ ἡγουμένῳ ἀπῆλθον ἐν τῇ πόλει. Ὁ οὖν πατὴρ αὐτῆς εἴποτε εὗρε μοναχὸν ἐν τῇ πόλει, ἔφερεν αὐτὸν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ καὶ ἐδεξιοῦτο αὐτὸν καὶ παρεκάλει αὐτὸν εὔχεσθαι ὑπὲρ αὐτοῦ καὶ τῆς θυγατέρος αὐτοῦ.

V. Ἐν μιᾷ οὖν ἐδέησε τὰ μνημόσυνα γενέσθαι τοῦ συστησαμένου τὸ κοινόβιον, καὶ πέμ- [col. 2ª] πει ὁ ἡγούμενος ἀδελφὸν ὥστε προτρέψασθαι τὸν Παφνούτιον εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ ἀββᾶ. Καὶ ἀπελθὼν ὁ ἀδελφὸς ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, μηνύσει ἐχρήσατο. Τῶν δὲ παίδων εἰπόντων ὅτι προῆλθεν, μαθοῦσα ἡ Εὐφροσύνη προσκαλεῖται τὸν ἀδελφόν, καὶ ἤρξατο ἐρωτᾶν αὐτόν· “ Πόσοι εἰσὶν ἐν τῷ κοινοβίῳ ἀδελφοί, κύρι ἀββᾶ; „ Τοῦ δὲ εἰπόντος ὅτι τριακόσιοι πεντήκοντα, ἀποκριθεῖσα λέγει ἡ Εὐφροσύνη· “ Εἴ τις τοίνυν ἔρχεται ἐπὶ τὸ μονάσαι, δέχεται παρὰ τοῦ ἀββᾶ; „ Λέγει αὐτῇ ὁ μοναχός· “ Ναί, εἴ τις θέλει ἐλθεῖν, δέχεται αὐτὸν ὁ ἀββᾶς. „ Ἡ δὲ κόρη λέγει· “ Πάντες οὖν ἐν μιᾷ ἐκκλησίᾳ ψάλλουσι καὶ ἴσως νηστεύουσι; „ Λέγει ὁ μοναχός· “ Τὸ μὲν ψάλλαι ὅλοι ὁμοῦ ψάλλομεν, τὸ δὲ νηστεῦσαι καθὼς βούλεται ἕκαστος. „

VI. Πάντα οὖν τὰ τοῦ μοναχικοῦ βίου περιεργασαμένη λέγει τῷ μοναχῷ· “ Ἤθελον δυνάμεως ἔχειν καὶ ὑπελθεῖν τὸν βίον τοῦτον, ἀλλὰ φοβοῦμαι τὸν πατέρα μου, ὅτι διὰ τὰ μάταια τοῦ βίου τούτου πράγματα βούλεταί με ἐκδοῦναι ἀνδρί. „ Λέγει αὐτῇ [fol. 79 v°, col. 1ª] ὁ μοναχός· “ Μὴ μιάνῃ ἄνθρωπος τὸ σῶμά σου, μηδὲ παραδῷς κάλλος τοιοῦτον πάθει αἰσχύνης, ἀλλ᾿ ὅλην σεαυτὴν νύμφευσον τῷ Χριστῷ τῷ δυναμένῳ χαρίσασθαί σοι ἀντὶ τῶν παρερχομένων τούτων πραγμάτων πᾶσαν τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν. Λάθρα τοίνυν ἀποκειραμένη ἔξελθε τοῦ οἴκου, καὶ ἄπελθε ἐν ἀσκητηρίῳ, καὶ σώζῃ. „ Ἡ δὲ ἀκούσασα τοῦτο πάνυ ἡδέως ἔσχεν καὶ λέγει αὐτῷ· “ Καὶ τίς με ἔχει κουρεῦσαι; οὐκ ἤθελον γὰρ ὑπὸ κοσμικοῦ κουρευθῆναι, ὅτι πιστὰ οὐ φυλάσσουσι. „ Λέγει αὐτῇ ὁ μοναχός· “ Ἰδού, τὸν πατέρα σου ἐπᾶραι ἔχω ἐν τῷ μοναστηρίῳ, καὶ ποιεῖ ἐκεῖ τρεῖς ἡμέρας ἢ καὶ τέσσαρας, καὶ φέρε ἕνα μοναχόν, καὶ ὡς θέλεις συνέρχεταί σοι. „

VII. Ἐν ὅσῳ οὖν ταῦτα ἔλεγεν ὁ μοναχὸς πρὸς τὴν Εὐφροσύνην, ἐπέστη ὁ πατὴρ αὐτῆς, καὶ ἰδὼν τὸν μοναχὸν ἐπυνθάνετο· “ Τί ἐσκύλης; „ Λέγει αὐτῷ ὁ μοναχός· “ Τὰ μνημόσυνα τοῦ πατρὸς τῆς μονῆς ἐστι, καὶ ἀπέστειλέν με ὁ ἡγούμενος πρός σε ἵνα ἔλθῃς καὶ ἀπολαύσῃς τῶν εὐχῶν αὐτοῦ. „ Καὶ περι- [col. 2ª] χαρὴς γενόμενος ὁ Παφνούτιος πολλήν τε ἀφθονίαν χρειῶν λαβὼν εἰσῆλθεν ἐν τῷ σκαφιδίῳ καὶ ἀπῆλθεν ἐν τῷ μοναστηρίῳ. Ἐν τῷ οὖν τὸν πατέρα αὐτῆς ἐν τῷ

κοινοβίῳ ειναι πέμπει ἡ Εὐφροσύνη τινὰ πιστότατον [1] οἰκέτην ἐν τῇ λεγομένῃ Θεοδοσίου ἐκκλησίᾳ, καὶ εἶπεν αὐτῷ· “ Ὃν ἐὰν εὕρῃς ἐκεῖ μοναχόν, φέρε μοι αὐτὸν ὧδε. „ Κατ' οἰκονομίαν δὲ τοῦ Θεοῦ, ἰδού τις γέρων ἐκ τῆς Σκήτεως ἐλθὼν τὸ ἐργόχειρον αὐτοῦ ἐπώλει· ὡς οὖν εἶδε
5 τὸν γέροντα ὁ παῖς λαμβάνει αὐτὸν καὶ ἄγει πρὸς αὐτήν. Καὶ ἰδοῦσα αὐτὸν ἡ κόρη λέγει αὐτῷ· “ Εὖξαι ὑπὲρ ἐμοῦ, πάτερ. „ Καὶ εὐξαμένου αὐτοῦ ἐκαθέσθησαν, καὶ λέγει ἡ Εὐφροσύνη τῷ γέροντι· “ Ἐγώ, κύριέ μου, πατέρα ἔχω δοῦλον τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐν εὐπορίᾳ πολλῇ ὑπάρχοντα. Καὶ ἔσχε γυναῖκα καὶ ἐξ αὐτῆς ἐγέννησέν με, καὶ βούλεται διὰ τὰ ὑπάρ-
10 χοντα αὐτῷ παραδοῦναί με τῷ κόσμῳ τῆς ἀδικίας. Ἐγὼ μὲν οὐ θέλω μιανθῆναι τῷ μιασμῷ αὐτοῦ, καὶ πάλιν παρακοῦσαι τοῦ πατρός μου φοβοῦμαι. Καὶ τί ποιήσω οὐκ οἶδα, πᾶσαν γὰρ τὴν [fol. 80 r°, col. 1a] νύκταν ἄυπνος διετέλεσα παρακαλοῦσα τὸν Θεὸν γνωρίσαι τὸ συμφέρον τῇ ταπεινῇ μου ψυχῇ. Καὶ δὴ πρωΐας γενομένης ἔδοξέ μοι πέμψαι εἰς
15 τὴν ἐκκλησίαν, καὶ ἐνέγκαι ἕνα τῶν πατέρων, καὶ παρ' αὐτοῦ ἀκοῦσαι λόγον. Παρακαλῶ οὖν σὲ ὡς ἀπὸ τοῦ Θεοῦ πεμφθέντα διδάξαι μοι τὰ συμφέροντά μοι. „

VIII. Λέγει αὐτῇ ὁ γέρων· “ Τοῦ Κυρίου λέγοντος Ὅστις οὐκ ἀποτάσσεται πατέρα καὶ μητέρα καὶ ἀδελφοὺς καὶ τέκνα, ἔτι δὲ καὶ τὴν
20 ἑαυτοῦ ψυχήν, οὐ δύναταί μου εἶναι μαθητής, ἐγὼ τί σοι ἔχω εἰπεῖν πλεῖον τούτων; Ἐὰν οὖν οἶδας ὅτι δύνασαι ἐνέγκαι τὰ τῆς σαρκὸς πειρατήρια, ἄφες πάντα καὶ φύγε· τὰ γὰρ πατρῷά σου πράγματα πολλοὺς εὑρήσουσι κληρονόμους· ἰδοὺ ἐκκλησίαι, πτωχεῖα, γηροκομεῖα, ξενῶνες, μοναστήρια, χῆραι, ὀρφανοί, ξένοι, λελωβημένοι, αἰχμάλωτοι·
25 ὅπου ἂν ἀρεστὸν αὐτῷ ἐστι καταλειψάτω, μόνον σὺ τὴν ψυχήν σου μὴ ἀπολέσῃς [2]. „ Λέγει αὐτῷ ἡ κόρη· “ Ἐλπίζω εἰς τὸν Θεὸν καὶ εἰς τὰς ἁγίας εὐχάς σου, ὅτι ἀγωνίσασθαι [col. 2a] ἔχω τοῦ σῶσαι τὴν ψυχήν μου. „ Λέγει αὐτῇ ὁ γέρων· “ Αἱ τοιαῦται προθέσεις εἰς ὑπέρθεσιν μὴ χωρείτωσαν [3]. Οἶδεν γὰρ ὁ χρόνος μεταμέλειαν ἐμποιεῖν. „ Λέγει αὐτῷ
30 ἡ Εὐφροσύνη· “ Κἀγὼ διὰ τοῦτο σὲ ἔσκυλα, ἵνα τελειώσῃς τὴν ἐπιθυμίαν μου. „ Καὶ ἀναστὰς ὁ ἀββᾶς καὶ ποιήσας εὐχὴν κουρεύει αὐτὴν καὶ δίδωσιν αὐτῇ τὸ ἅγιον σχῆμα τοῦ μοναχοῦ, καὶ ἐπευξάμενος αὐτῇ εἶπεν· “ Ὁ Θεὸς ὁ σώσας πάντας τοὺς ἁγίους αὐτός σε διαφυλάξει ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. „ Καὶ ταῦτα εἰπὼν ἐξῆλθεν ὁ γέρων ἀπὸ τοῦ οἴκου.

35 **IX.** Ἡ δὲ Εὐφροσύνη σύννους γενομένη εἶπεν ἐν ἑαυτῇ ὅτι “ Ἐὰν

[1] *cod.* πιστώτατον. — [2] *cod.* ἀπωλέσῃς. — [3] *cod.* χωρήτωσαν.

ἀπέλθω εἰς γυναικεῖον μοναστήριον, ὁ πατήρ μου δι' ἐρεύνης γενόμενος εὑρήσει με καὶ συμβῇ [1] ἀποσπάσαι με διὰ τὸν ὁρμαστόν μου. Ἀλλὰ δίδωμι ἑαυτὴν εἰς κοινόβιον ἀνδρῶν, ὅπου οὐδεὶς ὑπονοεῖ. „ Καὶ ἀποδυσαμένη τὴν γυναικείαν στολὴν καὶ ἐνδυσαμένη ἀνδρείαν, ἑσπέρας βαθείας ἐξῆλθε τοῦ οἴκου, λαβοῦσα μεθ' ἑαυτῆς πεντακόσια νομίσματα. 5 Καὶ [fol. 80 v°, col. 1ª] πρωΐας δὲ γενομένης ἔρχεται ὁ πατὴρ αὐτῆς ἐν τῇ πόλει, κατ' οἰκονομίαν δὲ Θεοῦ εὐθέως εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἀπῆλθεν. Η δὲ Εὐφροσύνη ἔρχεται εἰς τὸ κοινόβιον εἰς ὃ ὁ πατὴρ αὐτῆς εἶχε τὴν γνῶσιν, καὶ καταμηνύει ἑαυτὴν διὰ τοῦ θυρωροῦ λέγουσα· “ Εἰπὲ τῷ ἀββᾷ ὅτι εὐνοῦχος ἀπὸ τοῦ παλατίου ἐστί, καὶ συντυχεῖν ὑμῖν θέλει. „ 10 Εἰσελθὼν οὖν ὁ θυρωρὸς διεσάφησε τῷ ἡγουμένῳ τὸ πρᾶγμα, καὶ κελεύει αὐτὸν εἰσελθεῖν. Καὶ εἰσελθοῦσα ἔβαλε μετάνοιαν, καὶ γενομένης εὐχῆς ἐκάθισαν, καὶ λέγει ὁ ἀββᾶς· “ Τί ἐσκύλη πρὸς ἡμᾶς ἡ θεοφίλειά σου; „ Ἡ δὲ εἶπεν· “ Ἐγὼ τοῦ παλατίου γέγονα, καὶ ἐπεθύμησα τὸν μοναχικὸν βίον. Καὶ ἡ πόλις ἡμῶν ἡ ἁγία οὐ πάνυ οἶδε τοῖς ἀσκηταῖς ἡσυχίαν 15 παρέχειν· ἀκήκοα δὲ περὶ τῆς ἁγιωσύνης σου, καὶ ἦλθον συνοικῆσαι ὑμῖν, εἴγε πληροφορεῖσθε τοῦ δέξασθαί με. Ἔχω δὲ καὶ πράγματα πολλά, καὶ εἰ οἰκοδομηθῶ ἐπὶ τῇ ἡσυχίᾳ, φέρω αὐτὰ ὧδε. „

X. Λέγει αὐτῇ ὁ ἡγούμενος· “ Κα- [col. 2ª] λῶς ἦλθες, τέκνον· ἰδοὺ τὸ μοναστήριον ἐνώπιόν σου· εἴ σοι ἀρέσκει, καθέζου μεθ' ἡμῶν. 20 Τί δαὶ λέγεται τὸ ὄνομά σου; „ Λέγει αὐτῷ ἡ Εὐφροσύνη· “ Σμάραγδος. „ Καὶ λέγει αὐτῷ ὁ ἀββᾶς· “ Ἐπειδὴ νεώτερος εἶ, καὶ καθ' ἑαυτὸν οὐ δύνασαι καθίσαι, δέον ἔτι [2] σοι λαβεῖν ἐπιστάτην, ἵνα σοι διδάξῃ τὰ σύμβολα τῆς μοναχικῆς πολιτείας. „ Καὶ λέγει τῷ ἀββᾷ· “ Ὡς κελεύεις ποιῶ. „ Καὶ ἐξενέγκας ὁ Σμάραγδος τὰ πεντακόσια νομίσματα, δίδωσιν 25 εἰς χεῖρας τοῦ ἡγουμένου εἰπών· “ Λάβε ταῦτα, καὶ ἐὰν ἴδω ὅτι δύναμαι ἡσυχάσαι ὧδε, ἔρχονται καὶ τὰ λοιπά. „ Καλεῖ οὖν ὁ ἀββᾶς ἕνα τῶν ἀδελφῶν ὀνόματι Ἀγάπιον, ἄνδρα ἅγιον καὶ ἀπαθέστατον, καὶ παραδίδωσιν αὐτὸν τὸν Σμάραγδον λέγων· “ Ἰδού, ἀπὸ τοῦ νῦν οὗτος υἱός σου ἐστὶ καὶ μαθητής· τοιοῦτον αὐτὸν ἀπέργασαι ἵνα ὑπερβάλλῃ τὸν διδάσκαλον. „ 30 Καὶ ποιησάντων αὐτῶν γονυκλισίαν καὶ εὐξαμένων παρέλαβεν αὐτὸν ὁ Ἀγάπιος εἰς τὸ κελλίον αὐτοῦ.

XI. Ἐπειδὴ οὖν εἶχε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ κατηγλαϊσμένον τῷ κάλλει [fol. 81 r°, col. 1ª] ὁ Σμάραγδος, ἐν τῷ ἔρχεσθαι αὐτὸν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ ἐν τῷ ἀριστητηρίῳ, πολλοὺς ἐτόξευεν ὁ διάβολος εἰς τὸ κάλλος αὐτοῦ, 35

[1] *cod.* συμβεῖ. — [2] *cod.* ἐτὶ : *leg.* ἐστὶ ?

ὥστε καταγογγύζειν τοῦ ἡγουμένου καὶ λέγειν αὐτῷ· “ Τί τοιοῦτον πρόσωπον κατεδέξω; „ Μαθὼν δὲ τοῦτο ὁ ἀββᾶς, προσκαλεσάμενος τὸν Σμάραγδον, λέγει αὐτῷ· “ Ἐπειδὴ ἡ εὐπρέπεια τοῦ προσώπου σου πολλὴ οὖσα τοῖς ἀστηρίκτοις πτῶσις καθίσταται, βούλομαί σε ἐν τῷ
5 ἀναχωρητικῷ κελλίῳ ἡσυχάζειν, κἀκεῖ ψάλλειν καὶ ἐσθίειν, καθεύδειν τε καὶ ἀπρόϊτον [1] εἶναι. „ Καὶ ἐπιτρέπει τῷ Ἀγαπίῳ τὸ ἀναχωρητικὸν κελλίον εὐτρεπίσαι, ὥστε ἡσυχάσαι τὸν Σμάραγδον ἐν αὐτῷ. Ποιήσας οὖν πάντα ὁ Ἀγάπιος καθὼς προσετέτακτο, παρέλαβε τὸν Σμάραγδον, καὶ ἡσύχαζον ἐν τῷ ἀναχωρητικῷ κελλίῳ, νηστείαις καὶ προσευχαῖς καὶ
10 χαμευνίαις καὶ ἀναγνώσεσι καὶ ψαλμῳδίαις προσεδρεύοντες τῷ Θεῷ νυκτὸς καὶ ἡμέρας, ὥστε τὸν Ἀγάπιον θεωροῦντα τὸ σπουδαῖον αὐτοῦ καὶ ἄγρυπνον θαυμάζειν ἐπὶ τῆς ἀδελφότητος καὶ πάντας ὠφελεῖν εἰς τὰ κατ' αὐτόν.

XII. [col. 2ª] Ὁ δὲ πατὴρ αὐτῆς ἐν τῇ ὥρᾳ τοῦ ἀρίστου ἐλθὼν εἰς
15 τὸν οἶκον καὶ μὴ εὑρὼν τὴν θυγατέρα αὐτοῦ ἤρξατο ἀλλοιοῦσθαι τῷ προσώπῳ καὶ ἀνετάζειν τοὺς παῖδας καὶ τὰς παιδίσκας τὸ τί γέγονεν ἡ Εὐφροσύνη. Τῶν δὲ παίδων εἰπόντων ὅτι “ Ἑσπέρας εἴδομεν [2] αὐτήν, ἀπὸ πρωῒ δὲ οὐκέτι, „ ἐλογίσατο [3] ὁ πατὴρ αὐτῆς μὴ ἄρα ὁ μνηστευσάμενος αὐτῇ ἦλθεν καὶ ἔλαβεν αὐτήν, καὶ πέμψας ἐπυνθάνετο τοῦτο.
20 Ἀκούσας δὲ ὅ τε πατὴρ τοῦ νεανίου καὶ ὁ ὁρμασάμενος αὐτήν, καὶ ἐν ταραχῇ γενόμενοι, δρομαῖοι ἔρχονται εἰς τὸν οἶκον τοῦ Παφνουτίου, καὶ εὑρίσκουσιν αὐτὸν χαμαὶ κείμενον καὶ ἀποδυρόμενον, καὶ λέγουσιν αὐτῷ ὅτι “ Ἀνεστάτωσέν τις αὐτὴν καὶ λαβὼν ἔφυγεν. „ Εὐθέως οὖν ἱππεῖς κατὰ τὴν Αἴγυπτον καὶ Λιβύην ἀπεστέλλοντο, κατοχαὶ πλοίων καὶ ἀναζητή-
25 σεις [ἐγίγνοντο] [4], ἠρευνῶντο οἶκοι, μοναστήρια, φίλοι, γείτονες, ἔρημοι, σπήλαια, καὶ τὸ ζητούμενον οὐχ εὑρίσκετο. Ὡς δὲ διὰ πάσης ἐρεύνης ἐλθόντες ἀπέπιπτον τοῦ σκοποῦ, [fol. 81 vº, col. 1ª] μεταβαλλόμενοι ὡς ἐπὶ νεκρῷ ἐθρήνουν, ὁ πενθερὸς νύμφην [5], ὁ νεανίας τὴν ὁρμαστήν, αἱ δοῦλαι τὴν δέσποιναν. Ὁ πατὴρ τὴν θυγατέρα θρηνῶν ἔλεγεν· “ Οἴμοι
30 τέκνον μου γλυκύτατον! οἴμοι φῶς τῶν ἐμῶν ὀφθαλμῶν! οἴμοι παραμύθιον τῆς ἐμῆς ψυχῆς! Τίς τὸν ἐμὸν θησαυρὸν ἀπεσύλησεν; τίς τὴν ἐμὴν οὐσίαν ἀφήρπασε; τίς τὸν ἐμὸν πλοῦτον ἐσκόρπισεν; τίς τὸν ἐμὸν λύχνον ἔσβεσεν; τίς τὰς ἐμὰς ἐλπίδας ἐχειρώσατο; τίς τοῦ ἐμοῦ οἴκου τὴν εὐπρέπειαν ἔλαβεν; Ποῖος λύκος τὸ ἐμὸν ἐλυμήνατο πρόβατον; ποῖος

[1] *cod.* ἀπρόητον. — [2] *cod.* ἴδωμεν. — [3] *cod.* ἐλογήσατο. — [4] ἐγίγνοντο *deest in cod.* — [5] *legendum videtur* τὴν νύμφην.

τόπος τὸ ἡλιόμορφον ἐκεῖνο ἔκρυψε κάλλος; ποῖον πέλαγος αἰχμάλωτον ἔχει τὸν βασιλικὸν χαρακτῆρα; Ἐκείνη μου τοῦ γένους ἡ σύστασις, ἐκείνη τοῦ γήρως ἡ βακτηρία· ἐκείνη τῶν κακῶν ἡ λύσις, ἐκείνη τῶν ὀδυρμῶν ὁ κουφισμός. Γῆ, μὴ ἐπικαλύψῃς ἐφ' αἵματι σαρκός μου [1] ἕως ἂν γνῶ τίς τὴν ἐμὴν Εὐφροσύνην πένθους πάρεργον ἐποίησεν. „ [col. 2a] 5 Ἀκούοντες δὲ ταῦτα τὰ ῥήματα οἱ παρόντες φίλοι θρηνώδη φωνὴν ἀνέπεμπον, ὥστε πᾶσαν τὴν πόλιν δακρύειν ἐπὶ τῇ αἰφνιδίῳ ἀπωλείᾳ τῆς κόρης.

XIII. Μὴ φέρων οὖν ὁ πατὴρ αὐτῆς τὴν λύπην, ἀπέρχεται ἐν τῷ κοινοβίῳ καὶ προσπίπτει τοῖς ποσὶ τοῦ ἀββᾶ λέγων· " Δέομαί σου, μὴ 10 παρασιωπήσῃς, ἀλλ' εὖξαι περὶ ἐμοῦ τοῦ ἁμαρτωλοῦ ἵνα εὑρεθῶσιν οἱ κόποι τῶν σῶν εὐχῶν. Ἀνάρπαστος γὰρ ἐγένετο ἡ θυγάτηρ μου. „ Ὡς οὖν ἤκουσε ταῦτα ὁ ἡγούμενος ἐλυπήθη καὶ ἐκέλευσεν κροῦσαι τὸ ξύλον ἵνα συναχθῶσιν οἱ ἀδελφοί, καὶ ὡς ἦλθον, λέγει αὐτοῖς ὁ ἀββᾶς· " Ποιήσατε ἀγάπην, ἀδελφοί, καὶ κοπιάσατε, καὶ νηστεύσατε μίαν ἑβδομάδα, καὶ 15 παρακαλέσατε τὸν Θεὸν ὅπως φανερώσῃ ἡμῖν ποῦ ἐστιν ἡ θυγάτηρ τοῦ κυροῦ Παφνουτίου. „ Καὶ νηστεύσαντες οἱ πατέρες τὴν ἑβδομάδα ηὔχοντο περὶ τούτου, καὶ οὐδενὶ κατάδηλον ἐποίησεν ὁ Θεός· αἱ γὰρ εὐχαὶ ἐκείνης ἐνίκων τὰς πάντων εὐχάς· ἐδυσώπει γὰρ τὸν Θεὸν μὴ φανερωθῆναι [fol. 82 r°, col. 1a] αὐτὴν ἐν τῇ ζωῇ αὐτῆς. Πάντων οὖν ἀμηχανούντων 20 περὶ τοῦ πράγματος, ἤρξατο ὁ ἡγούμενος παραινεῖν τῷ Παφνουτίῳ λέγων· " Μὴ ὀλιγώρει, μηδὲ ἀθύμει, ἀλλ' εὐχαρίστει τῷ Θεῷ, καὶ ὅταν βούλεται γινώσκεις [2] τὰ κατ' αὐτήν. Ἵνα γὰρ οἶδας ὅτι οὐκ ἐπὶ κακῷ ἑαυτὴν ἐξέδωκεν ἀλλ' ἐπὶ ἀγαθῷ, καὶ διὰ τοῦτο ὁ Θεὸς οὐκ ἐπληροφόρησέν τινα [3] ἐξ ἡμῶν. Εἰ γὰρ ἐπὶ κακῷ ἦν ἐκδοῦσα ἑαυτήν, οὐκ ἂν ὁ 25 Θεὸς παρεῖδεν τοὺς κόπους σου οὓς ἐπεδείξω διὰ τὸ ὄνομα αὐτοῦ εἰς πάντας τοὺς ἁγίους, ἐξαιρέτως δὲ εἰς ἡμᾶς, ἀλλὰ πάντως ἐφανέρου τὸ πρᾶγμα. „ Ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Παφνούτιος καὶ πιστεύσας μικρὸν ἀπῆλθεν ἐν τῇ πόλει εὐχαριστῶν τῷ Θεῷ καὶ εὐχόμενος ἀγαθῆς πολιτείας ἀξιωθῆναι αὐτήν. 30

XIV. Δι' ὀλίγου δὲ χρόνου πάλιν ἀπήρχετο εἰς τὸ κοινόβιον καὶ ἠσπάζετο τοὺς ἀδελφοὺς καὶ πάλιν ἀπῄει [4] ἐν τῇ πόλει. Ἐν μιᾷ οὖν ἐλθόντος αὐτοῦ εἰς τὸ κοινόβιον, λέγει αὐτῷ ὁ ἡγούμενος· " Θέλεις συντυχεῖν καλῷ ἀδελφῷ ἀπὸ τοῦ παλατίου τοῦ βασιλέως Θεοδοσίου

[1] *hæc corrupta videntur.* — [2] *cod.* γινώσκῃς. — [3] *cod.* ἐπληρωφόρησεν τινά. — [4] *cod.* ἀπίει.

ἐλθόντι; „ Λέγει [col. 2ª] αὐτῷ ὁ Παφνούτιος· “ Ναί, παρακαλῶ. „ Καὶ μεταστειλάμενος τὸν ἀββᾶν Ἀγάπιον λέγει αὐτῷ· “ Λάβε τὸν κύριν Παφνούτιον καὶ ἀπάγαγε πρὸς τὸν ἀββᾶν Σμάραγδον, ἵνα ὠφεληθῇ παρ' αὐτοῦ. „ Καὶ λαβὼν αὐτὸν ὁ Ἀγάπιος ἀπήγαγε πρὸς αὐτόν. Ὡς οὖν εἶδε
5 τὸν ἑαυτῆς πατέρα, ὅλη δακρύων ἐπληρώθη. Ὁ δὲ ἐνόμιζεν ὅτι χάριν κατανύξεως οὕτως ἐστίν· ὅλως γὰρ οὐκ ἐγνώρισεν αὐτὴν διὰ τὸ μαρανθῆναι τὸ κάλλος αὐτῆς ὑπὸ τῆς ἐγκρατείας καὶ ἀφάτου χαμευνίας. Τῷ οὖν κουκουλλίῳ κατεκάλυπτεν τὸ πρόσωπον αὐτῆς, ἵνα μὴ διά τινος συσσήμου ἀναγνωρισθῇ αὐτῷ.

10 **XV.** Γενομένης δὲ εὐχῆς ἐκάθισαν, καὶ ἤρξατο λαλεῖν ὁ Σμάραγδος περὶ ἐλεημοσύνης καὶ σωφροσύνης καὶ ἀγάπης. Ἐν τῷ οὖν διαλέγεσθαι τὸν Σμάραγδον ταῦτα ἡ καρδία τοῦ Παφνουτίου ἰλιγγία, καὶ ὅλος ἐπληροῦτο δακρύων καὶ χαρᾶς, καὶ ὥρμησεν περιπλακῆναι θέλων αὐτῷ καὶ συναποθανεῖν, ᾐσχύνετο δέ πως καὶ κατεῖχε τῆς ψυχῆς τὰ βουλεύ-
15 ματα. Πολλὰ [fol. 82 v°, col. 1ª] τοίνυν διαλεχθέντες περὶ ψυχωφελῶν [1] πραγμάτων, ἀνεχώρησεν ὁ Παφνούτιος τοῦ Σμαράγδου, καὶ λέγων [2] εἰς τὸν ἡγούμενον λέγει αὐτῷ· “ Εἷς Θεός, δέσποτα, τί ὠφελήθην εἰς τὸν ἄνθρωπον τοῦτον; Οἶδεν ὁ Θεὸς ὅτι οὕτως προσετέθην αὐτῷ οὔτε [3] εἰ ἦν τὸ τέκνον μου. „ Καὶ συνταξάμενος τῷ ἡγουμένῳ καὶ τοῖς ἀδελφοῖς
20 ἀνεχώρησεν.

XVI. Ποιήσας οὖν ὁ Σμάραγδος ἐν τῷ κοινοβίῳ τριάκοντα ὀκτὼ ἔτη ἠρρώστησεν ἀρρωστίαν δι' ἧς καὶ ἐτελεύτησεν. Ἐν τῷ οὖν ἀρρωστεῖν αὐτὸν ἔρχεται ὁ Παφνούτιος ἐν τῷ κοινοβίῳ, καὶ μετὰ τὴν συνήθη συντυχίαν λέγει ὁ Παφνούτιος τῷ ἡγουμένῳ· “ Ἄφες, δέσποτα, ἴδω τὸν
25 ἀδελφὸν Σμάραγδον, ὅτι πάνυ ποθεῖ αὐτὸν ἡ ψυχή μου. „ Καὶ μεταστειλάμενος ὁ ἡγούμενος τὸν Ἀγάπιον, λέγει αὐτῷ· “ Ἆρον τὸν κύριν Παφνούτιον πρὸς τὸν ἀδελφὸν Σμάραγδον, ὅτι νομίζω οὐκέτι αὐτὸν ὁρᾶν. „ Ἀπελθὼν οὖν ὁ Παφνούτιος καὶ ἐπιπεσὼν τῷ σκιμπ[οδίῳ] [4] ἐν ᾧ ἀνέκειτο ὁ Σμάραγδος, κατεφίλει αὐτὸν λέγων· “ Εὖξαι ὑπὲρ ἐμοῦ,
30 κύρι [col. 2ª] ἀδελφέ, ἵνα δώῃ μοι ὁ Θεὸς παραμυθίαν περὶ τοῦ τέκνου μου, ὅτι οὔπω ἀπεθεραπεύθη ἡ ψυχή μου τῆς λύπης. „ Καὶ εἶπεν αὐτῷ· “ Μὴ λυποῦ μηδὲ δάκρυε, ὁ γὰρ Θεὸς ὡς ἔτι εἶ ὧδε πληροφορεῖ σε [5] ἕνεκεν αὐτῆς· ἀλλὰ παρακαλῶ σε, κύριέ μου, παράμεινον ὧδε τρεῖς ἡμέρας, καὶ μὴ ἀποστῇς ἀπ' ἐμοῦ. „ Καὶ λέγει ὁ Παφνούτιος· “ Ἐκέ-
35 λευσας. „

[1] *cod.* ψυχοφελῶν. — [2] *leg.* ἐλθὼν? *an* βλέπων? — [3] *ita cod.: legendumne* ὥσπερ? — [4] *cod.* σκημπ *deficientibus quatuor litteris.* — [5] *cod.* πληροφορῆσε.

XVII. Ὡς οὖν ἔγνω ὅτι μέλλει λοιπὸν πρὸς Κύριον ὑπάγειν, προσκαλεῖται τὸν ἑαυτῆς πατέρα καὶ λέγει αὐτῷ· “ Ἐπειδὴ ὁ Θεὸς ᾠκονόμησεν τὰ κατ' ἐμὲ ὡς ἠθέλησεν, καὶ ἐπλήρωσεν τὴν ἐμὴν ἐπιθυμίαν, βούλομαι λοιπὸν ἄλυπον εἶναί σε ἀπὸ τῆς σήμερον χάριν τῆς θυγατρός σου Εὐφροσύνης. Ἐγὼ γάρ εἰμι ἡ ταπεινή, καὶ ἰδού, εἶδες καὶ ἐπληρο- 5 φορήθης, ἀλλὰ μηδεὶς γινωσκέτω τέως, μηδὲ ἀφῇς ἄλλον συστεῖλαι τὸ σῶμά μου, ἀλλὰ σὺ αὐτὸς τοῦτο ποίησον. Ἐπειδὴ δὲ συνεταξάμην τῷ ἡγουμένῳ ὅτι ἔχω πράγματα πολλὰ καὶ εἰ οἰκοδομηθῶ δίδωμι αὐτὰ εἰς τὸν τόπον τοῦτον, δὸς αὐτὰ τῷ κοινοβίῳ· οἶδας γὰρ καὶ αὐτὸς ὅτι εὐσεβῶς διοικοῦνται τὰ ὧδε. Καὶ [fol. 83 r°, col. 1ª] εὔχου ὑπὲρ τῆς 10 ταπεινώσεώς μου. „ Καὶ ταῦτα εἰποῦσα παρέδωκεν τὸ πνεῦμα τῷ Χριστῷ.

XVIII. Ὡς οὖν ἤκουσεν ταῦτα ὁ Παφνούτιος, ὑπὸ τῆς ἐκπλήξεως παρελύθη καὶ ἔπεσεν χαμαὶ ὡσεὶ νεκρός. Δραμὼν δὲ ὁ Ἀγάπιος καὶ ὕδωρ προσενέγκας αὐτοῦ τῇ ὄψει, ἀνέστησεν αὐτὸν λέγων· “ Τί ἔχεις, κύρι; „ 15 Ὁ δὲ εἶπεν· “ Ἐάσατέ με ὧδε ἀποθανεῖν, ὅτι εἶδον παράδοξα πράγματα σήμερον. „ Ἀναστὰς οὖν καὶ ἐπιπεσὼν τῷ ἁγίῳ αὐτῆς προσώπῳ καὶ δάκρυσι τοῦτο βρέχων, ἐβόα λέγων· “ Οἴμοι, τέκνον μου γλυκύτατον, διὰ τί μὴ πρὸ καιροῦ ταῦτά μοι ἐθάρρησας, ἵνα κἀγὼ συναπέθανόν σου τῇ προαιρέσει· βαβαί, πῶς ἔλαθες τοῦ ἐχθροῦ τὴν πονηρίαν; πῶς 20 παρῆλθες τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας, ὦ τέκνον, καὶ εἰσῆλθες εἰς τὴν αἰώνιον ζωήν; „

XIX. Ταῦτα ἀκούσας ὁ Ἀγάπιος καὶ ἐνεὸς γενόμενος, κλαίων ἔδραμε πρὸς τὸν ἡγούμενον τὰ τοῦ πράγματος ἀναγγέλλων. Ἐλθὼν οὖν ὁ ἡγούμενος ἐν σπουδῇ καὶ ἐπιπεσὼν τῷ ἁγίῳ αὐτῆς σκηνώματι, ἔκραξεν 25 λέγων· “ Νύμφη Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν [col. 2ª] καὶ θύγατερ τῶν ἁγίων, μὴ ἐπιλάθῃ τῶν σῶν συντρόφων μηδὲ τῆς ἱερᾶς ταύτης μάνδρας, ἀλλ' εὔχου καὶ ἡμῖν δοθῆναι σύνεσιν ἀνδρείαν, ὡς πολιτευσαμένοις οὕτως φθάσαι τὸν τῆς ζωῆς λιμένα καὶ σὺν σοὶ ἀπολαῦσαι τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν. „ Καὶ κελεύει κροῦσαι τὸ ξύλον, ἵνα συναχθῶσι τὰ 30 μοναστήρια, καὶ μετὰ πολλῆς δόξης προκομισθῇ τὸ τίμιον αὐτῆς λείψανον. Ὡς οὖν ἦλθον πάντες καὶ ἔμαθον τὸ πρᾶγμα, θάμβει συσχεθέντες ἐδόξασαν τὸν Θεὸν τὸν ποιοῦντα παράδοξα.

XX. Εἷς οὖν τῶν ἀδελφῶν, ἕνα ἔχων ὀφθαλμόν [1], ὡς ἦλθεν περιπτύξασθαι τὸ ἅγιον αὐτῆς σῶμα, ὡς μόνον ἐπέπεσεν τῷ ἁγίῳ αὐτῆς προσώπῳ, 35

[1] *versio latina addit* extinctum.

εὐθέως ἀνέβλεψεν, καὶ ἰδόντες πάντες τὸ γεγονὸς ἔλεγον· “ Δόξα σοι, ὁ Θεός, ὁ ποιῶν πάντοτε παράδοξα πράγματα καὶ διδοὺς ὑπογραμμοὺς σωτηρίας πᾶσι τοῖς βουλομένοις προσέχειν τοῖς οἰκτιρμοῖς. „ Καὶ μεγάλως ὠφεληθέντες κατέθεντο αὐτὴν ἐν τοῖς μνήμασι τῶν πατέρων.

5 **XXI.** Ὁ δὲ πατὴρ αὐτῆς πάντα τὰ [fol. 83 v°, col. 1ª] πράγματα αὐτοῦ ἐκκλησίαις καὶ μοναστηρίοις καὶ ξενῶσι καὶ πτωχοῖς προσενέγκας ἀπετάξατο καὶ αὐτὸς ἐν τῷ κοινοβίῳ, καὶ τὸ πλεῖστον μέρος τῆς οὐσίας αὐτοῦ ἐν αὐτῷ καταλείψας, καὶ μεγάλως παραμυθούμενος ἐπὶ τῷ ψιαθίῳ ἐν ᾧ ἑαυτὴν ἐπὶ τοῦ ἐδάφους περιϊοῦσα ἐτίθει, ζήσας καὶ αὐτὸς ἐν τῷ 10 κοινοβίῳ δεκαετῆ χρόνον, πρὸς οὐρανὸν μετέστη, καταλείψας τὰ ἐπίγεια, καὶ ἐτάφη πλησίον τῆς ἑαυτοῦ θυγατρὸς Εὐφροσύνης, τὸν χρόνον τῆς ζωῆς αὐτοῦ πάντα τῷ Θεῷ ἀναθείς, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, μεγαλωσύνη τε καὶ μεγαλοπρέπεια εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

PASSIO
SANCTI THEOGENIS
EX COD. BRUX. 207.

Passioni S. Theogenis a Bollando editæ ad diem 3 januarii (tom. I, p. 134) inter *Acta sincera martyrum* locum dare visum non est Ruinartio. Antiquitatis tamen notas quasdam præ se fert. Deterruerunt forte Ruinartium nimia copia miraculorum et formæ quædam scribendi recentiorem ætatem sapientes. Paulo sincerius videri potest vel ex sinceriori typo expressum (utrumque enim ex græco latinum factum facile judicabis) alterum ejusdem Passionis exemplar a nobis repertum in codice bibliothecæ regiæ Bruxellensis signato n° 207, seculi XIII. In quo non leguntur duo prodigia maxime insignia, angelorum videlicet turmæ vestibus albis in carcere idololatrarum conspectui apparentium et carnificum per splendidam lucem cæcitate affectorum, quod utrumque ab exscriptore medii ævi prætermissum fuisse probabile non est. Præterea codex noster exordium præbet epistolæ de martyrio conscriptæ ejusdumque subscriptionem, ubi scripta fuisse indicatur ab Eutychio illo qui unus fuerit ex iis qui sacro martyris corpori parentarunt. Istud igitur exemplar *Analectis* nostris inserendum duximus jamque lectoribus exhibemus.

Incipit passio sancti Theagenis [1] martyris.

1. Cognoscite, fratres, quanta fecit Deus signa et prodigia et bona in natione nostra tempore illo quo edictum tyranni Licinii exiit in omnem regionem orientalem quæ sub imperio ejus erat, ut omnes in quocumque officio essent militantes 5 ad sacrificia vocarentur, diabolo hoc eum instigante, et contra Dei famulos suggerente. Ex quibus unus erat beatus Theagenis, qui magnis passionibus suis sicut athleta fortissimus diabolum primus elisit. Comprehensus enim in tirannicidio [2] venit in Frigiam in legione cognominata Secunda 10

[1] *ita constanter in nostro codice.* — [2] *sic.*

Trajana sub tribuno Zelicentio et præposito Possidonio. Hæc legio habebat sedes in loco Hellesponti. Adductus ergo Theagenis ad tribunum et ad præpositum cogebatur suscipere militiam. Ille autem cum esset fidelis et Deo reple-
5 tus, dixit in medio legionis : *Ego christianus sum, et et probatus sum magno imperatori, regi regum. Ipsi milito, et non possum alii militare.* Zelicentius dixit : *Militare, et accipe chlamydem et balteum et arma, et esto miles Licinii, magni regis.* Theagenis dixit : *Ego milito regi meo, et alii militare non pos-*
10 *sum.* Zelicentius dixit : *Non tibi videtur Licinius rex esse?* Theagenis dixit : *Ego nescio ; christianus sum, non mihi licet negare meum regem.* Zelicentius dixit : *Hi astantes numquid non sunt christiani et militant?* Theagenis dixit : *Nescio. Unusquisque scit quomodo militet. Ego tamen scio quid susceperim.*
15 *Non enim mihi licet negare meum, et non me oportet alii regi militare absque eo cui milito.*

2. Zelicentius dixit : *Numquid dii te deridunt?* Theagenis dixit : *Qui sunt dii? Non novi nisi unum solum Dominum et Filium ejus Jesum Christum, qui est rex regum.* Possidonius
20 præpositus dixit : *Ergo Deus tuus filium habet?* Theagenis dixit : *Habet filium verbum veritatis suæ.* Zelicentius dixit : *Possumus cognoscere eum?* Theagenis dixit : *Utinam det vobis Deus talem intellectum ut cognoscatis eum.* Possidonius dixit : *Et si cognoverimus eum qui sit, numquid possumus relinquere*
25 *regem nostrum et ad illum transire?* Theagenis dixit : *Potestis. Nihil enim est quod impediat vos ut derelinquatis tenebras et fiduciam temporalem quam habetis in eum qui non est rex, et accedatis ad Dominum vivum, regem seculorum, et serviatis ei sicut ego et vivatis in æternum.*

30 3. Zelicentius tribunus furore correptus stridere dentibus cœpit, et dixit ad legionem ut sub nocte in campum duceretur, et jussit ibi figi quatuor palos et tendi illum et cædi fustibus. Cum autem mutassent octo centuriones, dixit ad eum Zelicentius : *Militare, Theagenis.* Theagenis dixit voce
35 magna : *Milito regi regum, Domino Jesu Christo, Filio Dei vivi, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et nemo regum vel principum vel potentium qui eum possit effugere.*

4. Iterum autem jussit tribunus cædi eum. Cumque cæderetur, psallebat, et vultus ipsius in hilaritatem magis et in gaudium mutabatur. Et cum mutassent XVIII centuriones fustes cum quibus cædebantur carnes ejus, sicut paleæ minutatim confringebantur. Ipse vero magis accipiebat vir- 5 tutem, gaudens et dicens : *Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, et benedictus Jesus Christus Filius ejus, conditor cœli et terræ, infernorum quoque, visibilium et invisibilium, moderator et rector, qui me dignatus est pro nomine suo hæc pati, et consortem me sanctorum suorum martyrum* 10 *fieri.*

5. Cum adhuc loqueretur, putabat tribunus et præpositus et omnis legio quia rogaret ut dimitteretur, et dixit Zelicentius : *Quid dicis? Vis militare?* Athleta autem Christi Theagenis dixit : *Jam vobis dixi, et nunc iterum dico, christianus* 15 *sum et milito regi regum, et ideo non possum deserere Dominum meum regem et transire ad æternas pœnas et mortem. Cruciatus autem istos quos mihi inferre te putas, nihil sunt.* Zelicentius dixit : *Ergo nondum sentis pœnam?* Theagenis dixit : *Non patior pœnam nec potes mihi aliquid facere. Carnis* 20 *solius nam potestatem habes; cruciare illam sicut vis. Affer enim fustes majores et operarios fortiores evoca. Quidquid libet facito, non potes avertere a meo rege.*

6. Cum hæc dixisset, jussit eum duci in civitatem. Erat autem hora fere nona, et tetendit illum publice in foro. Et 25 erat extensus ad quatuor columnas. Transiens autem optio legionis et videns, dixit : *Ubi est Deus tuus, et rex cui militaris? Cur te de hac pœna non eruit?* Ait ad eum Theagenis : *Dixi vobis jam quia non sentio hanc pœnam istam. Dominus enim meus et rex meus Jesus Christus in conspectu meo stat,* 30 *acrisque pœnæ mitigat cruciatus. Tu illum non vides, quia cæcus es oculis animæ.* Dixit ei optio : *Si haberem jus gladii, conciderem te nunc particulatim, canibusque mitterem.* Respondit ei Theagenis : *Tu quidem mihi nunc potes facere; venient autem dies non post multos hos cum tua et tribuni crura proji-* 35 *cientur in desertum et sole cremabuntur et carnes vestræ a bestiis comedentur et omnium vestrum qui non crediderunt Domino*

meo regi crucifixo, et erit tribulatio vobis et mœror omnibus qui videmini militare et interitus magnus.

7. Cum hæc dixisset Theagenis, jussit eum tribunus in carcerem mitti et extendi in nervo in quarta uncia, et signa-
5 vit ostium carceris et dimisit eum ibi fame mori. Theagenis vero a Spiritu sancto nutriebatur. Ipsa autem nocte astitit ei Dominus et dixit ei : *Theagenis, confortare, ego enim tecum ero; ne accipias escam vel potum ab omnibus istis. Erit enim tibi vita incorrupta mecum in cœlis.* Cum autem recessisset
10 Dominus, Theagenis psallere cœpit et exultare. Erant autem ei respondentes turbæ multæ. Audierunt itaque vocem Theagenis custodes carceris et respondentium ei, et surgentes cucurrerunt ad ostium carceris, et ostium quidem clausum invenerunt et signaculum salvum, audieruntque vocem psal-
15 lentium cum Theagene.

8. Tunc fecit tribunus in circuitu carceris stare milites armatos scutis et armis, et aperiens ingressus est, putans quoniam christiani intus essent cum eo. Ingressus ergo neminem vidit nisi tantum Theagenem iu nervo extensum,
20 psallentem, et continuo apprehendit eum tremor magnus. Similiter autem et turbam militum quæ simul venerat cum tribuno, comprehendit metus magnus, et claudentes ostium recesserunt. Jussit autem tribunus unciam panis et paululum aquæ dari ei. Sed juxta quod scriptum est : *Justus ex*
25 *fide vivit,* vel ipse Dominus dixit : *Ego sum panis qui de cœlo descendi,* cum hic a Domino nutriretur, noluit accipere quidquam, dicens : *Me pascit Dominus meus et rex meus.*

9. Facta autem luce, indicavit regi tribunus omnia quæ Theagenis fecisset, nolens militare. Scripsit autem rex ut
30 mitteretur in mare. Theagenis audiens præceptum tyranni clarificabat Deum omnipotentem et Dominum Jesum Christum, dicens: *Benedico te, Domine, quia non dereliquisti me famulum tuum.* Pridie autem Nonas Januarii missus est in mare. Fuit autem in carcere dies XL, nihil gustans neque
35 aquam bibens. Ibat ergo gaudens et exultans ad æternam vitam in quam eum Dominus vocaverat, et erat omne corpus ejus tamquam a balneo aut a prandio exiret.

10. Cum autem venisset ad locum in quo eum in mare missuri erant, rogavit nautas et milites ut adorandi spatium ei darent. Cumque continuis tribus horis orasset, nautæ et milites timere cœperunt. Ipse vero adjurans eos dixit: *Quod vobis præceptum est, facite, et redeuntes in civitatem credite in* 5 *Dominum, ut habeatis vitam æternam.* Hæc cum dixisset, miserunt eum in mare.

11. Venientes autem in civitatem, narraverunt omnia quæ viderant fecisse sanctum martyrem Theagenem, et crediderunt in Domino. Præterea et alia turba de ipsa legione 10 credidit Domino. Post dies autem XL Zelicentio et honoratis ejus ad duodecimum milliarium civitatis jussum est a rege crura frangi, insuper et legio cum iret ad bellum trucidata est.

12. Post dies autem tres quam missus fuerat in mare, concurrentes fratres Euticus et Eustochius et Zoticus et 15 Germanus et alii fratres sustulerunt illum occulte de mari. Et cum vestissent eum, miserunt eum in loculum et perduxerunt per noctem et posuerunt secus muros civitatis in locum villæ Adamanti cujusdam, fidelis viri. In quo loco nunc fiunt multæ sanitates; dæmoniaci enim purgantur, 20 febricitantes curantur et aliæ fiunt virtutes ibi multæ.

13. Scripsimus ergo hoc ecclesiis Dei, ut, cum hæc leguntur, beati martyris exemplis ceteri confirmentur. Cognoscite, fratres qui præestis ecclesiis Dei, quoniam per revelationem Christi Jesu scripsi hæc ego, humilis servus Dei, Euticus. Si 25 quis ergo qui præest ecclesiis Dei, neglexerit ut non legantur hæc, habebit judicium et nunc et in futuro seculo. Cum autem legeritis vel audieritis, orate pro me et pro his qui laboraverunt in sanctum martyrem fratribus. Consummatus est autem beatus martyr Theagenis II Nonas Januarii in 30 foro Hellesponti. Amen.

PROLOGUS ALTER

AD VITAM S. ADELHEIDIS.

Prologum istum, a Surio prætermissum, desideratum a majoribus nostris ubi Vitam S. Adelheidis, abbatissæ Vilicensis in Germania inferiore seculo XI, ediderunt ad diem 5 Februarii (1), suppeditavit nobis codex Bruxellensis 98-100, seculi XIII, maxime dignum utique qui diligenter requireretur et inventus luci proferretur. Certiores enim nos reddit Bertam illam, cui Vitam S. Adelheidis debemus (2), fuisse inter canonicas Vilicenses a teneris annis enutritam, sanctæ abbatissæ supparem et multa de illa didicisse ex alia sanctimoniali quæ cum eadem familiariter vixit. Unde constat quam recens esset memoria eorum omnium quæ in Vita consignata sunt quamque proinde fide sit digna.

Salubre documentum nec non et dulce nutrimentum vestræ maternitatis quibus perveneram in robur præsentis animi et ætatis, hoc exigunt a me, hoc procul dubio, o dominæ matresque venerandæ, me vobis faciunt debere
5 ut, si forte in me parvi cujuslibet boni scintilla sermone vel opere declaratur, vestris non immerito laudibus ascribatur. Unde et nunc imprimis largitati muneris divini deinde et vobis censeo non immerito ascribi, quod votum animi diu deliberatum nunc tandem effectu operis gaudeo esse confir-
10 matum. Nam vitam et virtutes celeberrimæ virginis sanctæ Adelheydis litteris commendavi, quia has silentio tectas oblivione deleri nefas putavi. Hæc igitur ut invicta veritatis tuerentur ratione, partim vestrarum ejus adhuc in carne viventis doctrina vel exemplis instructarum usa sum
15 assertione, partim et cujusdam mulieris, ejus scilicet cubi-

(1) Tom. I Febr., p. 714 sqq. — (2) Ibid., p. 714, Comment. præv. num. 9.

culariæ fidelis, nomine scilicet Engilrada, vos, ut ipsæ melius nostis, ætate longe transcendentis et ob hoc melius uberiusque omnia ad memoriam reducentis, quæ et mihi regalem prosapiam sui progenitorum et plura retulit insignia meritorum. Quæ omnia postquam meæ tantillitatis stilus diligenter 5 exaravit, hæc eadem verax testis præsentis ævi curricula feliciter consummavit. In quo plane datur intelligi quod hanc plenam dierum ideo in hoc seculo tamdiu durare disposuit divini consilii inscrutabilis altitudo, ut ejus testimonio tanta virtutum mundo innotesceret claritudo. Testis enim mihi 10 erat conscientia quod mea ad hoc opus nequaquam assurgere quivisset insipientia. Attamen id non virium præsumptione sed potius humili subire tentaveram devotione, ut, si forsan quisquam fidelis hoc postmodum elegantiori stilo elucidare voluisset, omnem rei veritatem sibi præscriptam inve- 15 nisset. Hoc enim opus nullo dictaminis fulcitum lepore ne vestræ auctoritatis censura contemnendum judicaret, ob vilitatem mei videlicet non immerito despicabilis personæ, offerendum decrevi quibusdam probabilibus viris liberalium artium scientia satis peritis, a quibus sæpe legendo et rele- 20 gendo probatum, dignum in publicum afferri ab illis est judicatum. Verumtamen priusquam publicetur, ad sinus vestræ pietatis confugio, quia adhuc nec vestrarum alicujus, si tantum caritate dictante fiat, emendationem refugio, humillime rogans ut, si stilus in hoc incultus nullo dictami- 25 nis genere fultus vel præsumptuosa mei reprobatur temeritas, descripta rerum saltem approbetur veritas, et si repulsa peccatis non consortio vestri, scilicet filiarum ejusdem beatissimæ matris, hujus mei laboris promerente emolumento, vel ultimæ parti ancillarum ascribi merear vestri oraminis 30 fulta interventu.

EXCERPTORUM
EX LIBRO ARMACHANO
PARS TERTIA (1).

[ADDITAMENTA AD COLLECTANEA TIRECHANI.]

NOTA. Quæ sequuntur, ex aliis antiquis Vitis S. Patricii a Ferdomnacho, totius codicis scriptore, collecta suspicari licet; perinde atque indicem hibernico idiomate conceptum qui legitur codicis folio 18 *bb* et 19: si tamen his non potius alias notas circa Patricii historiam quam indicem contineri judicandum sit.

* Incipiunt (*a*) alia pauca serotinis temporibus inventa suisque locis narranda curiossitate heredum (*b*) dilegentiaque sanctitatis quae in honorem et laudem Domini atque in amabilem Patricii memoriam usque in hodiernum diem con-
5 gregantur. [* *Fol. 16 ab.*]

1. Quando autem Patricius cum sua sancta navigatione ad Hiberniam pervenit, sanctum Lommanum in hostio *Boindeo* (*c*) navim custodire reliquit XL diebus et XL noctibus, ac deinde alium quadragensimum post obòedentiam Patricio
10 mansit. Deinde secundum imperium sui magistri in sua navi contrario flumine usque ad vadum *Truim* (*d*) in hostio *areis* [1] (*e*) *Feidilmedo* (*f*) filii *Loiguiri* Domino gubernante

[1] *In margine signum* **z**.

(*a*) Quæ sequuntur usque ad finem folii 16 *bb*, edita sunt a Todd cum versione anglica, *St. Patrick*, p. 257-262. Eadem, præter ultimas lineas a fol. 16 *bb* init. (Haec est autem...), leguntur fere ad verbum in Vita Tripartita hibernica (ap. Cusack, p. 394-395). — (*b*) *Comarbe Patricc* = heres Patricii. Quo nomine designari solebat archiepiscopus Armachanus. — (*c*) Cfr. Vitam Patricii auctore Muirchu Maccumachtheni, num. 13 (*Analect. Boll.*, tom. I, pag. 560), et Collectanea Tirechani, num. 16 (*Analect.*, t. II, p. 43). — (*d*) Hibernice *Ath-Truim*, i. e. *Vadum Sambuci* (cfr. Joyce, *Irish Names of places*, p. 456). Perperam interpretatus est hoc nomen Todd (*St. Patrick*, p. 150), aiens *Truim* esse casum genitivum vocis *drum* (i. e. *dorsum*; cfr. Joyce, p. 465). Vocis *drum* seu *druim* casus genitivus est *drommo* (Zeuss, p. 296). Vide *druim*, *druimm*, *drommo* (Lib. Arm., fol. 15 *ba*, 17 *ab*). — (*e*) I. e. in ostio mansionis. Cfr. *aras*, *domus*, apud O'Donovanum in Supplemento, et *ro-airis*, *mansit*, apud Stokes, *Togail Troi*, lin. 2093. In Trip. hibernica dicitur *dun Fedelmedo* (Cusack, p. 394). In Lib. Armach. hic legi potest *areis* vel *arois*. — (*f*) *Fedelmid*, gen. *Fedelmedo* (ut hoc loco et num. 3 mox) et *Fedelmtheo* (paulo inferius).

(1) Cfr. *Analect. Boll.*, tom. I, p. 531 sqq., et tom. II, p. 35 sqq.

pervenit. Mane autem facto *Foirtchernn* filius *Fedeilmtheo* invenit evanguelium recitantem, et ammiratus aevanguelium et doctrinam ejus confestim credidit et aperto fonte in illo loco a Lommano in Christo babtitzatus est, et mansit [1] cum illo donec mater ejus quaerere eum pervenit et laeta facta 5 est in conspectu ejus, quia Brittonissa erat. At illa similiter credidit, et iterum reversa est in domum suam, et nuntiavit marito suo omnia quae accederant illi et filio suo. At vero *Fedelmidius* laetificabatur in adventu clerici, quia de Brittonibus matrem habuit, id est filiam regis Brittonum, id est 10 *Scoth noe*[2] (*a*). Salutavit autem *Fedelmidius* Lommanum lingua brittannica, interrogans eum secundum ordinem de fide et genere. Respondit ei: *Ego sum Lommanus Britto, christianus, alumpnus Patricii episcopi, qui missus est a Domino babtitzare populos Hibernensium et convertere ad fidem Christi, qui me* 15 *missit huc secundum voluntatem Dei.* Statimque credidit

* *Fol. 16 ba.* Fedelmidius cum omni familia sua, * et immolavit illi et sancto Patricio regionem suam cum possessione sua et cum omnibus substantiis suis et cum omni progenie sua. Haec omnia immolavit Patricio et Lommano et Foirtcherno filio 20 suo usque in diem judicii. Migravit autem *Fedelmid* trans amnem *Boindeo* et mansit *hi Cloin Lagen* (*b*). Et mansit *Lomman* cum Foirtcherno in vado *Truimm* usque dum pervenit Patricius ad illos et aedificavit aeclessiam cum illis, xxv [3] anno antequam fundata esset aeclessia Alti 25 Machae (*c*).

[1] *post* mansit *scripta est littera* m, *sed duplici puncto deleta.* — [2] *Perperam apud Usserium* Scothnoesa. — [3] *Perperam apud Usserium et Todd* XXII.

(*a*) An *Schothnoe* = Scoth navis, quia in Hiberniam venit navi magna et pulchra vecta? Cfr. Zeuss, p. 56, *sainêcosc noe* = singulare genus navis; et *Tiboid na long* = Theobaldus navium, ap. Quatuor Magistros, ad an. 1599. — (*b*) *Cluain-Lagen* seu, ut videtur, *Cluain-Lighean*, hodie *Clonlyon* in parochia de *Clonmacnoise*, in comitatu Regis. Cfr. *Registrum Clonmicnoisi a Mac Firbiso anglice redditum*, editum ab O'Donovano (*Kilkenny Archæol. Journal*, 1856-57, p. 440). — (*c*) I. e. *Aird-Machæ*. Secundum Annales Cluanenses et Quatuor Magistros fundata est Ecclesia Ard-Macha anno 457. Præcessisse autem intervallo 25 annorum fundationem ecclesiæ Truimensis, testatur etiam Jocelinus, sicut et Vita Tripartita hibernica et latina.

2. Progenies autem Lommani de Brittonibus, id est filius Golli [1], germana autem Patricii mater ejus. Germani autem Lommani hii sunt : Episcopus *Manis* [2] *hi Forgnidiu la Cuircniu* [3] (*a*), *Broccaid* [4] *in Imbliuch* (*b*) equorum apud
5 *Ciarrige Connact* (*c*), Broccanus *im Brechmig* (*d*) apud nepotes *Dorthim* (*e*), *Mugenoc hi Cill Dumi Gluinn* (*f*) *in Deisciurt Breg* (*g*). Haec autem progenies Patricii propria est consanguinitate et gratia, fide et babtismate et doctrina, et omnia quae adepti sunt de terra de regionibus, aeclessiis et omnibus
10 oblationibus propriis sancto Patricio in sempiternum obtullerunt.

3. Post aliquantum autem tempus adpropinquante Lommani exitu perrexit cum alumpno suo Foirtchernno ad fratrem suum Broccidium fratrem salutandum; perrexerunt

[1] *in cod.* Gollit, *sed ultima littera* t *puncto superposito deleta.* — [2] *sic in cod. hoc loco; at fol. 19 aa (et in Vita Tripartita hibernica et latina)* Munis, *apud Mac Firbis* Muinis. — [3] *Perperam apud Todd* Ciurcniu. — [4] *Perperam apud Todd* Broccaide.

(*a*) I. e. in *Forgnide* (nunc *Forgney*, in comitatu *Longford*) apud Cuircneos, de quorum finibus cfr. O'Donovan, *Book of Rights*, p. 181, not. *h*. — *Forgnidiu* est in casu dativo singulari (vel acc. plur.?), *Cuircniu* in accusativo plurali post *la (inter* vel *apud*. Cfr. Zeuss, p. 643). Todd perperam utramque vocem ait esse in casu ablativo *(St. Patrick*, p. 260). — (*b*) Hodie *Emlagh* in comitatu *Roscommon*, non vero in comitatu *Mayo*, ut censebat Todd *(St. Patrick*, p. 260), sequens O'Donovanum (vidè M. F. Cusack, p. 394, not. 5). Vocabatur etiam *Imleach-ech* seu *Imleach equorum*, ut hoc loco, et *Imleach Brocada* (cfr. ibid.). — (*c*) Sic. In Connactia erant *Ciarrige-Aei* et *Ciarrige-Airtich* (in comitatu *Roscommon)* et *Ciarrige-Airne* (in comitatu *Mayo)*. Cusack, ibid. — Post hoc nomen *Ciarrige-Connact* in margine ad lævam lineæ sequentis leguntur hæ voces a Toddio prætermissæ: *ammaith nî and la atrich* vel forte *ammaith in ârd la athic* (aut *atnich)*. Quas, salvo meliori judicio, sic verto : *non-bona res ibi apud suum dominum (triach* seu *triath* = *dominus* vel *collis*, O'Reilly, *Dict.; an = non*, Zeuss, p. 860). Vel sic : *mala res* [est] *ibi situs (lâtrach)*. — (*d*) An idem quod *Bregh-magh* seu *Magh-Bregh*. i. e. campo Bregiæ (cfr. supra, fol. 10 *aa*), ut censet Todd? Vel Brechmach, hodie *Breaffy* in comitatu *Mayo* (Mac Firbis, *De quibusdam episcopis*, ed. ab Hennessy). — (*e*) *Ui-Dortain* seu *Tortain* in comitatu *Meath*. Cfr. Tirechan., n. 51. — (*f*) In cella *Dumi-Gluinn*, hodie *Kilglin* in comitatu *Meath*, *Cill-Dumha* apud Quat. Mag., *Cille-duma-gloinn* in Annal. Ultonianis (Annal. Quat. Mag., ed. O'Donovan, tom. I, p. 449, not. *x*). — *Duma*, gen. *dumi*, = tumulus; *glonn*, gen. *gluinn*, = vitulus. Usserius perperam censet *forgnidiu, cuircniu, hicill, dumi* et *gluinn* fuisse episcopos (Opera, tom. VI, p. 382, ed. Elrington). — (*g*) I. e. *in parte australi* (vid. Zeuss, p. 612, not.) *Bregarum;* non *in parte orientali*, ut est apud Todd. — Apud Mac Firbis, op. cit., p. 95 : *Mogenog epscop ô cill dumha gluinn i ndescirt breg.*

autem ipse et alumpnus ejus *Foirtchernn*. Commendavitque sanctam aeclessiam suam sancto Patricio et Foirtcherno; sed recussavit *Foirtchernn* tenere hereditatem patris suae [1] quam obtulit Deo et Patricio, nisi Lommanus dixit : *Non accipies benedictionem meam nisi acciperis principatum aeclessiae meae.* 5
Tenuit autem post obitum magistri sui principatum III. diebus, usque dum pervenit ad vadum *Truimm*, ac deinde statim *Cathlaido* perigrino [2] distribuit suam aeclessiam. Hae sunt autem oblationes *Fedelmedo* filii Loiguiri sancto Patricio et
* Fol. 16 bb. Lommano et Foirtcherno : id est, vadum * *Truim* [3] in finibus 10
Loiguiri Breg, *Imgae* (*a*) in finibus *Loiguiri Midi* (*b*).

4. Haec est autem [4] aeclissiastica [5] progenies *Fedelmtheo :* Foirtchernus [6], Aed magnus, Aed parvus, Conall, Baitân, Ossân, Cummene, Sarân. Hii omnes episcopi fuerunt et principes, venerantes sanctum Patricium et successores ejus. 15

Plebilis [7] autem progenies ejus haec est : Fergus filius Fedelmtheo (*c*), Feradach filius Fergosso, Cronân filius Feradig, Sarân filius Cronâin, Failân filius Sarâin, Failgnad filius Failâin, Forfâilid filius Failgnaith, Segene filius Forfâilto, Sechnassach filius Sêgeni.,.,.,. [8] 20

* Fol. 17 aa. 5. * Colmanus episcopus aeclessiam suam, id est *Cluain câin in Achud* (*d*) Patricio episcopo devotiva immolatione in sem-

[1] *sic in cod., lege* sui. — [2] *minus accurate apud Todd* peregrino. — [3] *apud Todd* Truimm. — [4] *om. apud Todd.* — [5] *apud Todd* ecclesiastica. — [6] *ap. Todd* Fortchernus. — [7] *i. e.* laica, *ut interpretatur Todd.* — [8] *ita in codice adjecta interpunctio. Reliquum dein fol. 16 bb completur nota quam descripsimus supra in Præfatione nostra.* (Analect. *tom. I, pag. 534, lin. 1-8*).

(*a*) Hunc locum hactenus definiri non potuisse, ait Todd. Videtur esse *Causestown* in comitatu *Meath* (Cusack, p. 395, not. 8). — (*b*) In Vita Trip. hibernica ms., p. 38, sic legitur hic locus (verba compendiata adjecto puncto post ultimam litteram pro lineola voci superposita notavimus) : " *Fedelmedo* filii *leoi.* sco. patricio " et Lommano et fortcherno i. e. *Ath-truim i cch. leogairi breg, imgae i cch. loiguiri* " *midi*, pro se et pro omnibus regibus majoribus et minoribus usque in diem " judicii " (cfr. cum his quod legitur in nota Calvi Perennis quam modo indicavimus). — Ubi *i cch.* = *i crich* vel *i crichaib* = *in fine* vel *in finibus :* cfr. Zeuss, pp. 241 et 245. — (*c*) Nota hunc et sequentes genitivos casus, unde illustrari possunt declinationes hibernicæ; præsertim elisionem in *forfailto*, quam cfr. cum " campo " *Nento* " (ex *Nenad ?)* et *Santo* (ex *Sanad ?)* paulo inferius, et cum *cumsanto* ex *cumsanad* ap. Zeuss, pp. 239 et 803. — (*d*) Plurima sunt loca nomine *Kilcolman* seu *ecclesiæ Colmani*, plurima item *Cluain caoin* nuncupata. Putarim hoc loco designari

piternum obtulit, et ipse eam commendavit sanctis viris, id est, prespitero *Medb* et prespitero *Sadb* (*a*). Item campum aquilonis inter *Gleoir* (*b*) et *Ferni* (*c*) cum servis in eo sibi famulantibus filii *Fiechrach* (*d*) Patricio in sempiternum 5 ymmolaverunt.

Item .VII. filii *Doath* (*e*) *Clûain Findglais* et *imsruth Cul cais* et *deruth mar Cule cais* et *Cenn locho* (*f*) Deo et sancto Patricio fideliter obtulerunt.

Filii item *Conlaid* .VIII. campi pondera, id est vaccas campi 10 .VIII. in hereditate sua, id est *cach indlea* (*g*) *odibcarnib* (*h*) usque ad montem *Cairnn* (*i*) Deo et Patricio in sempiterna saecula obtulerunt.

Has omnes oblationes Ciarrichi (*j*) superni eorum reges Patricio per aeterna saecula obtulerunt.

15 6. Sanctus Patricius familiam suam in regione *Ciarrichi*, per Spiritum sanctum praevidens eam esse undique cassatam, id est episcopum Sachellum (*k*) et Brocidium (*l*) et Loarnum (*m*) et prespiterum *Médb* et Ernascum (*n*) in unitatem pacis aeternae cum uno fidei ritu sub potestate unius heredis 20 suae apostolicae cathedrae Alti machae (*o*) sub benedictione sua unanimiter conjunxit.

Kilcolman et *Cloonyquin* et *Achad cain*, hodie *Achonry* in diœcesi Achadensi in comitatu *Sligo*. — *Achud* est in casu dativo. — (*a*) Utrumque nomen ἅπαξ λεγόμενον. Invenire non est in *Triade Thaumaturga*, nec in *Félire* Oing. Cfr. *viri medbu*, fol. 13 *ab*. — (*b*) Nunc *Culleen* et *Liffony* in *Tir Fiachrach Muaidhe*, Co. *Sligo* (cfr. *Hy-Fiachrach*, p. 109). — (*c*) Nomen rivuli, ut videtur, vel vallis. Cfr. *Glennferna* prope *Manorhamilton* in comitatu *Leitrim*, et " vadum *ferni* " in Martyr. Dungal., p. 47. — (*d*) *Ui Fiachrach* in comitatu *Sligo*. — (*e*) Forsan *Cenêl Dobtha*, hodie *Doohy* et *Doohy Hanly*. Eorum regio continet parochias de *Kilglass*, *Cluain Tuaisceirt* et *Termonbarry*, in diœcesi de *Elphin*, in comitatu *Roscommon*. — (*f*) Id est *pratum albi rivuli* et *circa rivum Culcais* et *ex rivo* (de[s]ruth) *Culcais* et *caput lacus*. — (*g*) Id est unumquodque pecus, vel unusquisque pecus, vel unusquisque portionem (scilicet pro parte obtulit), vel quisque qui solvere potuit. Cfr. *indile* = pecus, augmentum, *indra*, hortus (*Manners and Customs*, O'Curry, p. 488, l. 5, *indlach* = sectio (ap. Zeuss), *indola* = quod potest solvi (O'Reilly, Diction.). — (*h*) Id est, ex duobus tumulis. — (*i*) *Sliabh Carna* prope *Castlebar* in comitatu *Mayo*. In tabula geographica indicantur bini colles juxta *Carna*, qui fortasse sunt *bini tumuli*. — (*j*) Incolebant regiones quæ hodie vocantur baroniæ de *Costello* et de *Clanmorris* (in comitatu *Mayo*) et de *Castlerea* (in comitatu *Roscommon*). — (*k*) De *Baisleac Môr* in diœcesi de *Elphin*. — (*l*) De *Emlach Brocada* seu *Emlagh* prope *Castlerea*. — (*m*) De *Achad Môr*, hodie *Aghamore*. — (*n*) Cfr. supra, fol. 13 *ab*. — (*o*) I. e. *Ardmachae*. Cfr. paulo supra, num. 1, et Vitam Patricii auctore Muirchu Maccumachtheni, n. 24.

* Fol. 17 ab. **7.*** *Bineân* filius *Lugni*, scriba atque sacerdos necnon anchorita filius filiae *Lugaith* (*a*) *innêtach* [1] (*b*), fuit, cui dedit Deus genus matris suae hereditatem, in qua fundavit aeclessiam Deo consecratam Patricioque immolatam. Et sanctus Patricius signavit locum sibi suo baculo, et ipse primus corpus et 5 sanguinem Christi obtulit postquam gradum accepit Bineanus ab eo. Et benedixit illum et reliquit post se in suo loco.,.. [2]

8. Veniens Patricius in finem *Calrigi* (*c*) babtitzavit filium *Cairthin* et Caichanum, et postquam babtitzavit. obtulerunt filius *Cairthin* et *Caichân* quintam partem *Caichâin* Deo et 10 Patricio, et liberavit rex Deo et Patricio. Hae sunt fines quintae partis :

(1) .i. coicid caichâin otha glais telchæ
berich abraidne conrici forcuisin

i. e. quintæ partis Caichani (*d*) a rivo collis
Berachi (*e*) dicimus (?) usque ad *Forcuisin*

[1] *vel* mnêtach. — [2] *sic.*

(*a*) Cfr. Vit. Sept., n. 27 extr., apud Colganum p. 204 : " Et in illo loco fundata est „ civitas sancti Benigni, nempe in *Dun-Lugaidh*, seu in Duno Lugadii filii Nietae. „ Hi sunt autem alumni S. Benigni, id est Callianus filius *Nietach*.... [n. 30] Lugadius filius Nietae contulit ipsis suam arcem cum praedio adjacente, ut ibi ecclesiam extruerent... quae olim ex Lugadii nomine *Dun-Lugaidh*.. dicebatur, et „ hodie *Kill-Beinein*, i. e. Cella Benigni appellatur. „ — Cfr. etiam Oengussii *Fêlire* (ed. Stokes, p. xxxiv) : " Diarmait mac Lugnai m. Lugdach „ et *Leabhar na g-Ceart*, pp. III et 28 " Benean mac Sescnen filius Laei. „ Ibi vocatur patronus specialis Connaciæ. Fortasse erat filius *Lugni* filiæ *Lugaith*. — (*b*) *Innetach* = heres ? (cfr. lin. seq. *hereditatem)* et O'Reilly, Diction. v. *ionnadach,* a representative (vicarius). Vel fortasse *in Netach* (cfr. not. præc. init.). — (*c*) Hodie *Calry* in comitatu *Sligo* (Cusack, *Life of St. Patrick*, p. 431). — Erant etiam *Ui-mic-Cairthin* in terra Cairthin (anglice *Tirkeerin*) in *Derry* (*Leabhar na g-Ceart*, p. 122); et in vicino comitatu de *Antrim*, *Derrykeighan (Doire Caichain?)* parochia in *Lower Dunlucc* et etiam *Keighan* juxta *Cootehill;* sed vide not. *d* infra. — (*d*) Est ecclesia de *Dunkeeghan* in hodierna baronia *Erris*, Co. *Mayo* (cfr. *Parliamentary Gazetteer*, vol. II, p. 380). Juxta sunt *Dun Carthin* et *Traigh Carthin*, hodie *Doon-Carton*. — *Ui mic Caichain* et *Duma Caichain* sunt in eadem baronia *Erris*. Cfr. *Map of Hy-Fiachrach*, ed. ab O'Donovano. — (*e*) An S. Berachi ? cujus atavus erat Doath seu Dobtha, teste O'Flaherty, *Ogygia*, p. 375. An collis *Beel-Berry* in baronia *Murrisk* (Co. *Mayo) ?*

(1) Deinceps iterum singulis lineis textus hibernici respondent singulæ lineæ in editione nostra, excepto quod a voce *conggab* (quæ mox occurrit, pag. seq.) usque ad finem num. 9, singulis lineis codicis respondent binæ lineæ nostræ.

tuilgos [1] disleib Otha glais conacolto
curreiriu ocus [2] ôtha crích drommo .nit.
cuglais tamlachtæ dublocho lagglais
cugrenlaich fotelaront [3] timmchell
5 nasanto cosescen indacor a sescunn
dacor ladescert lêni lafur conrici
hucht noinomne condairiu môr con
dairiu medôin condairiu fidas con
dairiu mêil condruim toidached lag
10 glais conrici conaclid Atrôpert
flaith ocus aithech inso huile itosuch iar
tabuirt baithis duaib
Conggab patricc iarnaidpuirt in

Tuilgos (*a*) de monte. De rivo *Conaclid*
ad *Reire* et de fine *Druim Nit* (*b*)
usque ad rivum Tamlachtæ nigri lacus (*c*) juxta rivum (*d*)
Cugrenlaich Fotelaront circum
5 *Sant* (*e*) cum (ad?) palude binorum collium rotundorum (*f*). A palude
duorum collium ad meridiem *Leni* cum *Fur* (*g*) usque ad
collem novem quercuum cum *Daire Mor*, cum
Daire Medoin, cum *Daire Fidas*, cum
Daire Meil, cum *Druim Toidached* juxta
10 rivum usque ad *Conaclid*. Donavit
dominus et vassallus hoc omne in initio post
collationem baptismi ipsis.
Consedit (*h*) Patricius post suam oblationem in

[1] *In margine signum* ꝣ. — [2] *conjunctio copulativa, hibernice* ocus, *latine* et, *hic et alibi in codice notatur signo* ⁊. — [3] *videntur punctis terminari* forte *et* laront.

(*a*) *Forcuisin tuilgos* = *pedem cataractæ?* vel *æstuarium dejectus aquæ?* — (*b*) Non est *Druim Nit* (dorsum nidi) in *Leitrim*, ut censet cl. Stokes, sed fortasse *Druimni* prope *Leenan* in Com. *Galway*. Cfr. O'Donovan, *Hy-Fiachrach*, p. 401. — (*c*) *Dubloch* est pulcher lacus in baronia *Murrisk*, Co. *Mayo*. Cfr. ibid., p. 489. — (*d*) Stokes non vertit *lagglais* hoc loco, sed vertit paulo inferius (lin. 9-10). — (*e*) *Sant*. Sic Stokes, sed nonne *Sanad?* ut *cumsanad, cumsanto*, apud Zeuss, pp. 239, 803. Cfr. supra, num. 4, not. *c*. — (*f*) *dacor* i. e. *binarum gruum*, ait Stokes; sed fortasse vertendum *duarum lacunarum* vel *duorum gibborum*. — In eadem parochia *Kilcommon* (bar. *Erris*) est *Corr-Sliabh* = *gruum mons* (*Hy-Fiachrach*, p. 487). Cfr. Joyce, *Irish Names of places*, pp. 384, 470. — (*g*) *lafur* = *cum Fur*. Sic Stokes; nonne *apud Fur?* — (*h*) *Conggab* = *consedit*. Ita Zeuss, p. 462. Stokes vertit *set up*.

druimm daro .i. druim lias Fâcab pat
ricc adaltae .n. and benignus
aainm ocus fuitinse xvii. annis Gabais caille
lapatricc lasar Ingen anfolmithe
dicheniul caichâin Baiade and tarêsi ·m· 5
benigni trifichtea bliadne

9. Issî inso coibse fêtho fio ocus aedocht dibliadin
rembas dâu dumanchuib drommo lîas ocus dumaithib
callrigi iter crochaingil ocus altôir
drommo lîas nad confil finechas fordruimm 10
leas act cenêl fêtho fio ma
beith nech besmaith diib [1] bes crâibdech bes
chuibsech dinchlaind manipê duêcastar
dûs inêtar dimuintir drommo lîas vel

Druim Daro, i. e. *Druim Lias* (*a*). Reliquit Pat
ricius suum alumnum inibi, Benignus
ejus nomen, et fuit inibi xvii annis. Sumpsit pallium
apud Patricium Lassar filia (*b*) Anfolmidi
de genere Caichani. Fuit hæc inibi post 5
Benignum (*c*) ter vicenos annos.

9. Est hæc ista confessio Fethi Fii, et ejus testamentum duobus annis
ante mortem ejus, monachis Drummi Lias et optimatibus
Callrigiorum et (*d*) cancello et altari (*e*)
Drummi Lias : Ne sit hereditas super Druim 10
Lias nisi genus Fethi Fii, si
sit aliquis qui sit bonus ex eis, qui sit devotus, qui sit
religiosus de ea familia; si non sit is, cernetur
si forte inveniatur de familia Drummi Lias vel

[1] *vel* dub.

(*a*) " Consedit Patricius postea in domo quadam in Dr. D., Zeuss, p. 225. *Indruim daro* = *in dorso quercus, i. e. in dorso tuguriorum. Drumlease* est in Com. *Leitrim.* — (*b*) *Kill-Lasser* est parochia in Com. *Mayo*, hibernice *Cill-Lasrach.* Hujus virginis nomen invenire non est in Martyrologio Dungallensi. — Betham et O'Reilly censebant omnia usque ad *Conggab Patricc* esse nomina propria, et quæ sequuntur ita vertunt : *Congabb iarnaidpuirt* = ædificavit domum; et *fuit inse XVII annis* = fuit ibi cum septem monachis; dedit pallium Lasaringæ doctæ. — (*c*) Vel *pro Benigno* aut *in loco Benigni.* Post vocem *tarêsi* ponitur genitivus et habetur eclipsis, de qua Zeuss, p. 184; et cfr. supra (fol. 10 *ba*), *im-Mruig* = *in Bruig.* — (*d*) *Callrigi* videtur esse parochia *Crossmolina* in Com. *Mayo* vel *Callry* in *Sligo.* — (*e*) Id est, laicis et clericis.

diamanchib Maniêtar dubber dêc
rad dimuintir [1] pâtricc inte.., [2]
10. * Nâo et nâi filii fratris patricii et
daal filius hencair quos reliquit
5 ibi patricius adopart teoraleth
indli treathîr patricio in sempiternum
Et obtulit patricio filium suum con
derc filius filius Daill
Marii obtulit teoralethindli triathîr et obtu
10 lit patricio filium mac rîmæ et bab
titzavit eos Patricius, et aedificavit
aeclessiam in hereditate eorum, et regnum of
ferebat cum eis coirpre patricio
11. Immrâni ernêne docummin ocus doalich
15 ocus doernin tîr gimmæ ocus muinę bua

* Fol. 17 ba.

de ejus monachis. Nisi inveniatur, pone so-
dalem de familia Patricii inibi.
10. *Nao* et *Nai*, filii fratris Patricii, et
Daal filius *Hencair*, quos reliquit
5 ibi Patricius, obtulit tria semi-
indlia (*a*) per suam terram Patricio in sempiternum,
et obtulit Patricio filium suum. *Con-
derc* filius filii (*b*) *Daill
Marii* obtulit tria semi-indlia per suam terram et obtu-
10 lit Patricio filium (suum) *Mac Rimæ*. Et bap-
tizavit eos Patricius, et ædificavit
ecclesiam in hereditate eorum : et regnum of-
ferebat cum eis *Coirpre* Patricio (*c*).
11. Legavit (*d*) Ernene Cummenæ (*e*) et Alachæ
15 et Ernenæ *Tir Gimmæ* et *Muinæ Bua*

[1] *Hanc vocem prætermisit Stokes.* — [2] *sic in cod.*

(*a*) Stokes vertit *indles*; sed cfr. *indlach* = divisio, et *tre indlach* = per diæresim, apud Zeuss, p. 855. — (*b*) Sic videtur legendum vel interpretandum. Filius filii = *mac maic*, i. e. de genere. — (*c*) Hæc videntur facta esse juxta *Killaspuigbrone* in *Coirpre* seu baronia *Carbry* in *Sligo*, non vero juxta *Granard*, ubi habitabant filii Coirpri. — (*d*) Ita Zeuss, pp. 463, 464; secundum Stokes, *assignavit*. Apud Zeuss, p. 876, *immerâni* = delegavit. — (*e*) In casu dativo, sicut et duo nomina sequentia.

chaele ocus tamnich Immransat in
na ·III· caillechaso innatîreso du
patricc cullae ·m· brâtho
Dirrôggel cummen ocus brethân ochter nachid
conaseilb it*er*fid ocus mag ocus lenu conallius 5
ocus allubgort Ôgdiles di*n* duchummin
leth indorpiso indoim induiniu conrîc
catar asêuit [1] frie ·I· III· ungai ar
gait ocus cann [2] argit ocus muince [3] ·III·
nungae condroch ôir senmesib 10

chaele (*a*) et *Tamnich* (*b*). Legaverunt hæ
tres moniales (*c*) ipsæ has terras ipsas
Patricio usque ad diem judicii.
Vendiderunt (*d*) Cummenæ et Brethano *Ochter n-Achid* (*e*)
cum ejus possessione (*f*), tam silvam quam campum et prata cum suo septo (*g*) 5
et suo horto. Erat proprium omnino (*h*) Cummenæ
dimidium hereditatis (*i*) illius in domo, in homine (*j*), ita ut sol-
verentur sua pretia ipsi, id est, tres unciæ ar-
genti et urceus argenti et monile trium
unciarum cum circulo auri [in] antiquis lancibus 10

[1] *vel* aseûit. — [2] *cod.* crann, *sed littera* r *deleta superposito puncto. — In margine signum* z. — [3] *Stokes legit* muirce. *Sed cfr.* muince aircit imbrâgait, *ap. O'Curry,* Manners and Customs, *etc., vol. III, p. 147.*

(*a*) *Muinæ Bua chail* = Spinum Armentarii (Stokes) vel Dumetum Bubulci (cfr. Joyce, *Irish Names of places*, p. 479); fruticetum (*Hy-Fiachrach*, p. 420). — (*b*) *Tamnach* est fortasse ecclesia et parochia in *Tir-Ailello*, Co. *Sligo*. — (*c*) *Caillecha* = velatæ, quæ habent pallium. In hymno S. Brocani B. V. Maria et S. Brigita vocantur *di chaillig*, duæ moniales in cœlo. — (*d*) Ita Stokes; sed secundum Petrie (*On Tara hill*, p. 195 et *Round Towers*, p. 220), *Emerunt*, consentientibus O'Donovan et O'Curry, ut videtur (cfr. *Round Towers*, p. x). — (*e*) *Ochter nachid* = partem superiorem campi. D. Reeves putat hunc locum esse *Oughteragh* in Com. *Leitrim*. — (*f*) Seu fundo. — (*g*) Secundum Stokes et Petrie (loc. cit.), *arce*; sed apud O'Curry, *Manners and Customs*, vol. III, pp. 586, 587, distinguuntur *lis*, arx, et *lias* seu *lios*, septum in quo tenentur animalia. — (*h*) *Ogdiles* = pertinebat absolute (*absolutely*), secundum Stokes; pertinebat, secundum O'Reilly; pertinebat manu mortua (*was mortmain*), secundum Petrie (loc. cit.). Forsan est *ôg-diles* = totum proprium. Cfr. *ôg*, totum, in *Togail Troi*, p. 174, et *ôg-dilis* = *fully forfeit* in Supplemento O'Donovani ad O'Reilly. — (*i*) Petrie perperam legit *indorri* = in roboreto. — (*j*) *Duine*, homo, in casu dativo *duiniu*, ut *cele*, *celiu*. Hic dativus desideratur apud Zeussium.

senairotib Lôg leith ungae dimuccib
ocus lôg leith ungae dichâirib ocus dillat
leith ungæ senmessib inso huile
dfech [1] tinoil Digêni cummen cêtaig
5 rîthae frîeladach *mac* maile odrae
tigerne cremthinnæ arech ·n· donn
rîthae intechsin fricolmân·[2] nam
bretan archumil [3] ·n· arggit Luid in
chumalsin doforlôg ochtir achid

avitis (*a*), valor semi-unciæ ex porcis
et valor semi-unciæ de ovibus, et *dillat* (*b*)
semi-unciæ ex antiquis lancibus: hoc totum (*c*)
ex [argento] debito quod recepit. Fecit Cummena amictum.
qui datus est Eladacho filio *Maile Odræ*
domino Cremthinnæ pro equo spadice;
datus est equus ille Colmano τῶν
Britannorum pro *cumalo* (*d*) argenti; ivit
cumal illud ad valorem (*e*) *Octhir Achid.*

(Fol. 17 bb in codice vacuum est.)

12.* Patricius et Isserninus, i. e. episcopus Fith, cum Germano fuerunt in Olsiodra civitate. Germanus vero Isernino dixit ut praedicare in Hiberniam veniret. Atque prumptus fuit oboedire etiam in quamcumque partem mitteretur nisi in Hiberniam. Germanus dixit Patricio: *Et tu an oboediens eris?* Patricius dixit: *Fiat sicut vis* [4]. Germanus: *Hoc inter vos erit et non potuerit Iserninus in Hiberniam non transire.* Patricius venit in Hiberniam, Iserninus vero missus est in

* *Fol. 18 aa.*

[1] *cod.* difech, *sed littera* i *deleta superposito puncto.* — *In margine signum* ☒. — [2] *Punctum ante* nam *prætermissum est a Stokes.* — [3] *Item hoc loco punctum ante* n. — [4] *cod.* fiat cet si vis.

(*a*) Petrie vertit: *three ounces of the base gold of the old dishes of seniors.* — (*b*) Secundum O'Donovan in Supplem. ad O'Reilly, *dillat* = vestimentum, amictus, fasciæ. — (*c*) Seu: hæc omnia. — (*d*) *Cumal* = tres vaccæ aut valor trium vaccarum (O'Curry, *Manners and Customs,* vol. III, p. 567). — (*e*) Id est, ad efficiendum pretium; vel cum Windisch „ ivit Cummenae, additum valori „.

aliam regionem, sed ventus contrarius detulit illum in dexteram partem Hiberniae.

Dutêt iarsin
diachennadich aicme [1] becc iclîu cot [2]
rige aainmm Dulluid disuidiu 5
concongab toicuile [3] Facab nôib dia
muintir and Luid îarsuidiu con
congab râith foalascich Facib nôib
·n· aile isuidiu Dulluid disuidiu du
lâthruch daarad indib maigib 10
Dullotar cuci isuidiu sechtmaicc cathboth
p*ri*dchis duaib et crediderunt et babtit
zati sunt ocus luid leo fades diammennut
Fusocart èndae cennsalach fubîthin

Venit postea
ad suam familiam (*a*), tribum parvam in *Cliu* (*b*), *Cot*-
rige (*c*) ejus nomen. Ivit exinde 5
usque dum occupavit *Toicuile.* Reliquit sanctum de sua
familia ibi. Ivit postea usque dum con-
sedit in *Rath Foalascich.* Reliquit sanctum
alium inibi. Ivit exinde ad
Lâthrach-da-arad (*d*) in binis campis. 10
Iverunt ad ipsum inibi septem filii Cathbodi;
prædicavit ipsis, et crediderunt et bapti-
zati sunt, et ivit cum ipsis versus meridiem ad eorum domicilium (*e*).
Eos proscripsit (*f*) *Endæ Cennsalach* sub causa (τῆς)

[1] *forte* aicine? — [2] *in cod. superpositum est* a *litteræ* o. — [3] *littera* o *initio hujus vocis superposita est* z *et in margine adscriptum signum* ꝫ.

(*a*) Seu *necessarios* (Gilbert); vel *ad populum convertendum* (O'Reilly). — (*b*) *icliu* est fortasse *in sinistra*, vel *ad occidentem*. Cfr. J. Cæsarem, *de Bello Gall.*, VI, 25 : *hinc se flectit sinistrorsus = dutêt iarsin iclîu.* — Nom. *cle*, gen. *cli*, apud Zeuss (p. 75), quibus addendum puto dat. *cliu.* O'Donovan (*Hy-Fiachrach*, p. 178) perperam dicit *aicme* esse formam vocis novam. — (*c*) *Cotrige* occupabant ripam occidentalem fluvii Slanii inter *Newtownbarry* et *Tullow*, et *Dal Cathbod* tenebant ripam orientalem, id est *Shilelagh.* Shearman, *Loca Patriciana*, p. 140. — (*d*) I. e. situs vel sedes duorum aurigarum. — (*e*) *mennat* = populus, domus (O'Curry, *Manners and Customs*, vol. III, pp. 517, 521). — (*f*) Secundum Stokes et Gilbert, *exterminavit*; sed invenio *proscripsit*, *monuit*, ap. Zeuss, pp. 445, 344.

creitme riacâch Luid epscop fith leo
forlongis câch aleth ôdib rânic pat
ricc iersuidiu et crediderunt sibi
·VII· filii dûnlinge Luid iarsuidiu
5 cucrimthan m*acc*nêndi ceinnselich et ip
se credidit uccraith bilich âilsi
patricc iarnabaitzed aratailced
maccu cathbad et isserninum leo
ocus ad cotedae innitge
10 Dullotar maicc cathbad diammen
nut iersin isde attâa fêna forfid
contultatar docum pâtricc et
cremthinn m*aicc* êndi ucscî pâtric

fidei (*a*) ante quemvis. Ivit episcopus Fith cum ipsis
in exilium (*b*), unusquisque seorsum e duobus. Venit Pat
tricius postea et crediderunt sibi
septem filii Dunlangi. Ivit postea
5 ad Crimthannum filium Endi Ceinnselachi, et ip-
se credidit apud *Rath-Bilich* (*c*). Rogavit eum
Patricius post ejus baptizationem (*d*) ut foveret (*e*)
filios Cathbadi et Isserninum cum eis,
et impetravit petitionem (*f*).
10 Iverunt filii Cathbadi ad suam man-
sionem post hoc : hinc est (quod) it *Fena* super *Fid [mor]* (*g*);
et iverunt ad Patricium et
Cremthannum filium Endi ad Spinam Patricii (*h*).

(*a*) *Because of believing* (Stokes); *quia crediderunt* (Gilbert). — (*b*) Secundum O'Reilly, *in navi.* — (*c*) *Rathvilly*, in Com. *Carlow.* — Poema Dubthachi ita : *Ise rochreiti do Patricc, cen dur ndligid, nosgab danmcharait oc Raith Billig*, i. e. Et ipse credidit, sine duris conditionibus, eum cepit in animæ amicum apud Rath Billig. — (*d*) Ita Zeuss, p. 73. Similiter Gilbert et Stokes. — (*e*) Ita Stokes; secundum Gilbert, *ut revocaret.* Fortasse *pro sua benigna tractatione (tailce*, robur) : cfr. *talgad*, pacificare (O'Reilly, Diction.) et *tailciud*, benignus *(Supplement).* — (*f*) I. e. rem quam petebat. — (*g*) Ita Stokes. Secundum Gilbert, *et inde est eorum commoratio super Fid.* — *Fena* erat nomen tribus, et nunc nomen pagi et parochiæ in *Fothart* : in hac parochia est *Drumfey* (Dorsum Fid ?), et non longe, id est in parochia *Old Leighlin*, est *Fidmor* seu Silva magna. — (*h*) Hodie *Patrick's Bush* in *Shilelagh*, non procul a baronia *Fothart* seu *Forth* in Com. *Carlow* (Shearman) : ibi sunt etiam Fons Patricii et Crux Patricii seu *Cross-patrick.*

* *Fol. 18 ab.* * Adopuir crimthann m*acc*êndi nîi dul
bagriein fothart ogabuir Liphi cor [1]
rici suide laigen Slêchtid isserninus
dupâtricc foramanchi ocus aandoôit [2]
ocus dubbeir patricc duepscop fith et 5
dab*eir*side dumaccaib cathbath ocus con
gaib lethu âth fithot

13. Dulluid pâtricc othemuir hicrîch
Laigen conrâncatar ocus dubthach
macculugir uccdomnuch mâr crîa 10
thar la auu censelich Âliss pât
ricc dubthach imdamnæ ·n· epscuip

Offert (*a*) Crimthannus filius Endi *nii dul*
sub *Grian Fothart* (*b*) a *Gabur Liphi* (*c*) usque
ad *Suide Laigen* (*c*). Genuflectit Iserninus
ad Patricium pro suo *manche* et suo *andoôit* (*d*);
et dat (*e*) Patricius episcopo Fith, et 5
ea dat hic filiis Cathbathi, et oc-
cupat (*f*) cum ipsis *Ath Fithot* (*g*).

13. Ivit Patricius a Temoria in fines
Lageniorum; convenerunt [ipse] et *Dubthach*
Macculugir apud *Domnach mar Cria-* 10
thar (*h*) apud nepotes Censelachi. Rogavit Pat
ricius Dubthachum circa materiem episcopi

[1] *vel* con. — [2] *vel* andôoit; andoit (Senchus Mor); andoin (Manners and Customs, *III, p. 509).*

(*a*) Ita Zeuss (p. 885), et Windisch *(Gramm.*, p. 86); sed Stokes et Gilbert vertunt " dedit ". An recte ? O'Donovan bis (Quat. Mag. ann. 572 et 585) vertit *edbair* ac si esset perfectum. — (*b*) Ita Stokes et Gilbert; O'Reilly: *per viam Fothart.* Fortasse vertere licet: *quidquid rei* (est) *super terram Fothart.* Cfr. Zeuss, p. 365: *connabe nii* = ne quid sit, et *na sothe. i. nî dofuisim terra* (gl. terræ fetus; i. e. quod generat terra); *dul* = *rei et creaturæ*, vel *portatur*, vel *it*: cfr. Zeuss, p. 1000, *dule*, rerum; et p. 484, *do dul*, ad subeundum, et hodie *agdul, do dhul* = iens, ire. — (*c*) Regio montana, in qua est fons fl. *Liphi; Suide Laigen* est *Mount Leinster* (J. Hogan in *Journal of Kilkenny Archæol. Soc.*, vol. VI, pp. 191, 199). — (*d*) I. e., secundum Gilbert, *pro suis monachis et pro sua ecclesia matrice (parent church).* — (*e*) " Dedit " Stokes, Gilbert et O'Reilly; sed ap. Zeuss, p. 332. *ea dat hic filiis*, et p. 430 *dobeir* = dat. — (*f*) *Considet* (Stokes); *consedit* (Gilbert); *occupavit* (O'Reilly). Sed apud Zeuss, p. 430, *congaib* = continet, *nigaib* = non accipit, et p. 354 *atreba* = *congaib*, possidet, continet. — (*g*) Nunc *Ahade* in *Fothart.* — (*h*) Hodie *Donaghmore* juxta *Gorey*, in Com. *Wexford.*

diadesciplib dilaignib [1] idôn fer soêr [2]
socheniûil cenon cenainim nadip ru
becc nadipromar bedasommæ
toisclimm fer ôinsêtche dunarructhæ
5 actoentuistiu Frisgart dubthach
nifetorsa dimmuintir act fîacc find
dilaignib duchooid huaimse hitîre
connacht Am*al* [3] immindrâitset cona
catar fîacc find cuccu Asb*er*t dub
10 thach fripâtricc tair dum ber
radsa airfumrêse infer dummim
dîdnaad duaberrad tarmuchenn

ex ejus discipulis de Lageniis, id est virum ingenuum
bonæ prosapiæ, sine labe, sine macula : *ne sint valde*
parvæ nec valde magnæ sint ejus divitiæ (*a*) ;
opus mihi [est] (*b*) *vir unius uxoris cui non natus est*
5 *nisi unus puer*. Respondit Dubthachus :
Non novi de mea familia nisi Fiaccum Candidum
de Lageniis, [qui] abiit a me ipso in terras
Connachtorum (*c*). Simul ac de eo locuti sunt (*d*) conspe-
xerunt Fiaccum Candidum ad eos [venientem]. Dixit Dub-
10 thachus ad Patricium : *Veni ad me ton-*
dendum : nam mihi subveniet hic vir ad meam
consolationem (*e*), *ad se tondendum pro me,*

[1] *sic.* — [2] *vel* sôer. — [3] *cod.* am. *Cfr. Zeuss,* p. 718.

(*a*) Ita Stokes et Gilbert. O'Donovan vero legit et vertit sic : *nadipru becc nadipro mar beda ; sommae, toisclimm* = qui non diceret parum nec diceret multum adulationis, doctum, hospitalem. — Aliter verti posset : *nec valde parvus nec sit valde magnus, sit non dives* (*bed* = esto, *ansomme* = non-dives, pauper ; vel *beda* = esto, *do-somme* = *domme* = pauper). Vel *beda* = *biodh* = etsi. — (*b*) Ita ex Zeuss, pp. 72 et 996 : *toisc* = necessarius, congruus, opus ; *anastoisc* = quod est opus ; *toisc limm* = necessarius mihi. Secundum O'Donovan, *toisclimm* = hospitalis ; et secundum Stokes idem est ac *volo.* — (*c*) *Terram Conachtiæ* apud O'Donovan et Stokes ; sed utraque vox est in numero plurali, ut patet ex Zeuss, p. 237, et ex *hi-gConnachtib, la Connachtu* apud Quat. Mag. — (*d*) Sic O'Reilly, O'Donovan et Gilbert ; secundum Stokes vero : *dum cogitabant de eo.* Apud Zeuss, pp. 330, 344, varie vertitur : *ut de eo collocuti sunt* et *ut de eo meminerunt*, et p. 876 legere est : *imrâdim* (1. pers. præs.), cogito, i. e. mecum loquor. — (*e*) Secundum O'Donovan et Gilbert : *nam inveni virum qui me salvabit.* Cfr. paulo inferius *furraith* = sublevavit. Secundum Zeuss, p. 466, *fumrese* = me detinebit, et p. 329 = invenit (sublevavit ?) me. — *Didnaad* apud Zeuss, p. 996, est *didnad* et *dithnad* = solatium, remissio.

air is mâr agoire Is disin di*n* fur
râith fîacc find dubthach ocus berrsi
pâtricc ocus baitzisi Dubbert grâd
.n· epscoip foir conide epscop i*n*sin
cita ruoirtned la laigniu ocus dubb*er*t 5
pâtricc cumtach dufîacc· idon [1]
clocc ocus menstir ocus bachall ocus poolire
Et [2] fâcab morfeser [3] lais diamuintir
.i. muchatôcc inse fâil
augustîn inseo bicæ 10

nam est magna ejus pietas (*a*). Et deinde igitur suble-
vavit Fiaccus Candidus Dubthachum, et totondit eum (*b*)
Patricius et baptizavit eum. Contulit gradum
episcopi super eum, ut sit ipse episcopus ille
primo consecratus apud Lagenios, et dedit 5
Patricius *cumtach* (*c*) Fiacco, id est (*d*)
campanam et *menstir* (*e*) et baculum (pastoralem) et *poolire* (*f*).
Et reliquit septem apud eum de sua familia,
id est Muchatocc de insula *Fail*,
Augustinum de insula *Becc*, 10

[1] *sic.* — [2] *sic in cod.* — [3] morfeser *cum puncto supra* f.

(*a*) Secundum O'Donovan et Gilbert: ***nam est valde prope;*** sed rectius Stokes ut hic; cum quo cfr. Zeuss, p. 275, ***goiriu*** = magis pius. O'Donovan in Supplemento, ***gor*** = amenable ? (i. e. obediens) : ubi dubitat de sensu ; sed ex loco allato idem est ac pius erga parentes : ***maith cach macc bes gor di athair*** = bonus unusquisque filius qui est pius erga patrem. — (*b*) Secundum O'Donovan et Gilbert, ***tondet*** et ***baptizat;*** secundum Stokes et Zeuss (pp. 336, 463), ***totondit, baptizavit.*** — Imprimis advertendæ sunt hæ formæ auctæ pronomine suffixo ***i*** quas legere est in Libro Armachano : ***gabs-i,*** cepit eum ; ***berss-i*** totondit eum ; ***ails-i,*** rogavit eum ; ***foids-i,*** misit eum ; ***baitzis-i,*** baptizavit eum. — (*c*) Apud Zeuss, p. 810, ***cumtach*** = ædificatio, structura ; secundum Stokes et O'Donovan, involucrum, theca ; secundum Petrie, arca. An non ***bibliothica,*** quæ vox tam frequenter legitur in Libro Armachano ? — (*d*) Scilicet, ***quod continebat.*** — Hæc vox plene scripta bis reperitur in Libro Armachano — ***idon*** hic et ***idôn*** paulo superius. — (*e*) Id est, secundum Stokes, ***reliquiarium ;*** secundum O'Donovan, ***reliquiarium portatile ;*** secundnm Colganum, ***scrinium in quo reliquiæ asservabantur*** vel ***cymbalum ministeriale.*** — (*f*) ***Poolire*** i. e. ***pallaire,*** seu tabulæ in quibus scribere solebat Palladius. Ita Colganus ; sed rectius est sacculus plenus librorum seu ***bibliothica.*** Cfr. Sullivan, Introd. ad O'Curry, ***Manners and Customs,*** vol. I, p. CCCLVIII.

Tecân	congab iarsui
Diarmuit	diu indomnuch Feicc
naindid	et bâi and contor
pool	chartar trifichit
5 Fedelmid	fer diamuintir lais
	and

14.* Disin dulluid intaingel cuci ocus asb*er*t
fris is friabinn anîar atâ tesêrge
hicûil maige airm i fuirsitis intorcc
10 arimbad and furruimtis aprain
tech port hi fuirsitis innelit ar
imbad and furruimtis an eclis
Asb*er*t fiacc frisinaingel nandrigad
contîsed patricc dothoorund aluic
15 lais ocus diachoisecrad ocus combed hûad

* *Fol. 18 ba.*

Tecan,	Consedit post
Diarmuit,	ea in *Domnach Feicc*,
Naindid,	et fuit ibi donec ceci-
Pool,	derunt (*a*) ter viginti
5 Fedelmid.	viri de sua familia apud eum
	inibi.

14. Dehinc (*b*) ivit (*c*) angelus ad eum et dixit
illi : *Trans* (*d*) *amnem in occasum est tua resurrectio* (*e*)
in Cuil-Maige, quo loco (*f*) *invenerint aprum*
10 *ut ibi* (*g*) *ædificent suum refe-*
ctorium, ubi (*g*) *invenerint cervam ut*
ibi (*g*) *ædificent suam ecclesiam.*
Dixit Fiaccus ad angelum [quod] non illuc iret (*h*)
donec veniret Patricius ad metationem (*i*) sui loci
15 cum eo et ad ejus consecrationem, et ut sit ab eo

(*a*) Cfr. *contorchratar*, conciderunt, ap. Zeuss, p. 1091. — (*b*) Secundum O'Donovan, *ideoque*. — (*c*) Secundum Stokes, *venit ;* sed apud Zeuss, O'Curry et O'Donovan = *irit :* cfr. *Lib. Hymn.*, pp. 30, 31. — (*d*) In textu *est trans.* " Trans flumen „ *Trias Thaum.*, p. 91. — vel *a binn* (acc. neut.) = τὸ ἄκρον *Slepti.* — (*e*) Id est *locus sepulturæ et resurrectionis tuæ.* — (*f*) In textu *locus in* [quo]. — (*g*) In textu *ut sit ibi.* — (*h*) Sic Stokes. Secundum O'Donovan, *quod non iret ;* secundum Zeuss, pp. 331, 453, *se non id assecuturum ;* secundum O'Reilly, *obediam ;* apud Colgan, *inchoaturum.* — (*i*) Secundum O'Donovan, *ad metandum locum ;* secundum Stokes, *ad metandum suum locum.* Fortasse est fere idem ac *dothorunt* = ad significationem, ex *torrand*, signum, forma, figura. Vid. Zeuss, pp. 61, 883, et cfr. paulo inferius *durind.* — Apud Gilbert mendose *dothocrunt.* — In Vita Trip. : *ut locum et mensuram metaretur.*

nuggabad alocc Dulluid iarsuidiu
patricc cufîacc ocus durind alocc les
ocus cutsecar ocus forruim aforrig ·n· and
ocus adopart crimthann in portsin du
patricc ar ba patric dubert bai 5
this duchrimthunn ocus islebti adran
act crimthann

15. Luid sechnall iartain duchuûrsagad
pâtricc imcharpat boie lais di
sin dufoid pâtricc incarpat cusech 10
nall cen arith ·n· and. act aingil [1] dut
fidedar (*a*) foidsi sechnall ôruan (*a*). III. aith
gi and [2] lais cu manchân ocus anis (*a*) .III.

[quod] acciperet suum locum. Ivit postea
Patricius ad Fiaccum, et metatus est ejus locum cum eo
et consecravit, et posuit ejus *forrach* (*b*) inibi.
Et dedit Crimthannus locum illum Pa-
tricio, quia erat Patricius [qui] dedit ba- 5
ptismum Crimthanno; et in *Slebti* sepul-
tus est Crimthannus.

15. Ivit Sechnallus postea ad objurgationem (*c*)
Patricii circa carpentum quod erat apud eum. De-
inde misit Patricius currum ad Sech- 10
nallum sine auriga in eo; sed angelus eum di-
rigebat. Misit eum Sechnallus, postquam quievit tres no-
ctes ibi cum eo, ad Manchanum, et mansit tres

[1] *recte* aingel, *ut 18 ba et alibi.* — [2] *triplex punctum superpositum est huic voci.*

(*a*) O'Curry et Gilbert scribunt *dutsidedar;* sed ex collatione cum *sin du foid, rufitir,* etc., arbitror legendum *dutfidedar,* ut habes apud Stokes. Cfr. tamen *in carpait ocus ind erred aridsuided* = currus et aurigæ qui ei insidebat, apud Crowe in *Siabur Charpat Con Culaind (Kilkenny Archæol. Journal,* 1870, p. 417). — *Dutfidedar* videtur esse 3ª pers. sing. (cfr. Windisch, *Gramm.,* § 334 et Lexicon, p. 539). — *Ruan* = *ro an* et *anis* = *anais* apud Windisch, *Irische Texte,* p. 364. — (*b*) Secundum O'Donovan, *exstruxit ejus domum (establishment);* secundum Stokes, *designavit ejus forrach.* Apud Zeuss, p. 463, *forruim* = posuit: ubi etiam *foruirim* = apposuit. *Forrach* = locus concionis seu conventionis (O'Donovan, Supplement.). " In loco qui dicitur Forrach " *Trias,* p. 82. — (*c*) Cfr. *Lib. Hymn.* p. 21 : *No faid Patraicc Sechnall co Roim.. ar in cursachud do rath fair* = Misit Patricius Sechnallum Romam propter accusationem quam dedit contra eum. Oc cûrsagad, glossa ad " cum modestia corripiens " in Cod. Wirc. (Windisch, *Irische Texte,* p. 462).

aithgi lasuide foitsiside cu fiacc
Dlomis fîacc dôib iarsin itê [1] immelo
tar immuaneclis futhrî conepert int
aingel is duitsiu tucad ôpâtricc ô
5 rufitir [2] du lobri

16. Epscop aed bôi islêibti Luid duardd ma
chae birt edoct cu sêgene duardd
machae Dubbert sêgene oitherroch
aidacht duâid ocus adopart âed aidacht
10 ocus achenêl ocus a eclis du pâtricc cub
brâth Fâccab âed aidacht la conchad
Luid conchad du art machae contubart
fland feblae acheill dôo ocus gabsi ca
dessin abbaith.

noctes cum illo. Misit eum hic ad Fiaccum.
Detrectavit (*a*) Fiaccus eos. Postea illi quidem circuie-
runt circa ecclesiam ter. Et dixit an-
gelus : *Tibi ipsi datus est a Patricio, quoniam*
5 *novit* (*b*) *tuam infirmitatem.*

16. Episcopus Aed erat in *Sleibti.* Ivit Arddma-
cham, portavit testamentum (*c*) ad Segenium Ardd-
macham (*d*). Dedit Segenius iterum (*e*)
testamentum Aedo, et tradidit Aedus testamentum
10 et suam familiam et suam ecclesiam Patricio ad
judicium (*f*). Reliquit Aedus testamentum apud Conchadum.
Ivit Conchadus Ardmacham et (*g*) dedit
Flandus Feblæ suam cellam illi et cepit (*h*) eum ipse-
met abbatem (*i*).

[1] *vel* ite. — *vel* nufitir.

(*a*) Secundum O'Donovan et O'Curry, *rejecit ;* secundum Stokes, *recusavit.* — (*b*) Apud Gilbert, *quia cognoscit :* secundum O'Curry, *quando cognovit tuum morbum ;* secundum Zeuss, p. 713, *postquam scivit.* — (*c*) *Edoct, aidacht* = testamentum ; fol. 17 *ab* legitur *aedocht.* Secundum O'Reilly, = præcepta. — (*d*) Secundum Stokes, p. 92 et apud Gilbert : *Ardmachano (of Armagh).* — (*e*) Secundum eosdem, *aliud.* — (*f*) I. e. usque ad diem judicii. — (*g*) *Con* non vertitur a Stokes. Cfr. *co m-battar,* et fuerunt (Quat. Mag. ad an. 1004), *co ro-leig,* et legit (Irish Nennius, p. 107), *conta-ric,* donec venit (Zeuss, p. 720). — (*h*) Ita Zeuss, pp. 257, 367. — (*i*) Secundum O'Reilly, *abbaith* = mortuus est. — Fland vocatur *Abb Arda Macha* apud Quat. Mag. ad an. 704. — Cfr. fol. 13 *ab, tenuit illum abbatem* (secundum Stokes et apud Gilbert, *tenuit abbatiam).* Sed *abdaine* = abbatia, *abb* = abbas (vid. *Senchus Mor,* vol. III, App. 72, 15).

* Fol. 18 bb. * [1] Finiunt haec pauca per scotticam inperfecte scripta : non quod ego non potuissem romana condere lingua, sed quod vix in sua Scotia hae fabulae agnosci possunt. Sin autem alias per latinam degestae fuissent, non tam incertus fuisset aliquis in eis quam imp*er*itus quid legisset aut quam lin- 5 guam sonasset pro habundantia Scotaicorum nominum non habentium qualitatem.

Scripsi hunc, ut potui, librum : pulsare (*a*) conetur
Omnis quicumque legerit, ut evadere poena
Ad caelum valeam, et ad summi premia regni, 10
Patricio Dominum pulsante (*a*) habitare per aevum.

[INDEX HIBERNICUS.]

. d. g. ailbe isenchui. altare... machet cetchen
rodân mathona..
. a. buail... b. genus m*aicc* eirc.. ep. maine *ocus* geintene in 15 echianiuch [2]
domnach môr âilmaige. domnach mor maige ene.
dub. drobês. esrûaid. muirgus m*acc* maileduin m*aicc* scan-*lâin*

d. g. (*b*) Ailbe in Senchua, altare (*c*). Machet, Cetchen,
Rodan, Mathona (*d*).
a. Buail (*e*) b. genus filiorum Erci. Episcopi Maine et Geintene in Echainech (*f*)
Domnach-mor Ailmaige, Domnach-mor campi Ene (*g*)
Dub, Drobes (*h*), Esruaid (*i*). Muirgus filius Maelduini filii Scanlani (*j*).

[1] *Folia* 18 bb *et* 19 a *eadem manu scripta sunt qua totus codex, sed charactere minutiore.* Advertat lector in hoc indice a nobis plerumque soluta esse compendia vocum, ita tamen ut litteræ suppletæ signarentur charactere, ut aiunt, italico. — [2] *vel* echainnich *vel* i *loco* ocus.

(*a*) Cfr. Cod. Mil. *nunailte* (gl. pulsare i. e. orare), apud Stokes, *Goidelica*, p. 39. — (*b*) Deo gratias ? — (*c*) Fol. 11 *ba* ; fol. 15 *aa*. — Cfr. *Trias Thaumaturga*, p. 134, n. 35. — (*d*) Fol. 11 *bb*. — *Tr. Th.*, p. 135, n. 41. — (*e*) *Boyle* fl. Cfr. ibid., p. 143, n. 101 ; et Cusack, p. 430, not. 8. — (*f*) Fol. 15 *aa*. — *Tr. Th.*, p. 143, n. 102. — (*g*) Fol. eodem ; — *Tr. Th.*, loco modo cit., n. 105 (Cusack, p. 432, not. 2). — (*h*) Fol. eodem ; — *Tr. Th.*, ibid., n. 106 (Cus., ibid., not. 3 et 4). — (*i*) Fol. eodem ; — *Tr. Th.*, ibid., n. 108 (Cus., p. 433, not. 5). — (*j*) *Tr. Th.*, ibid., p. 144, n. 110 (Cus., p. 434, not. 2).

rath cungi. clî. ardd fothid.. latharnn
domnach môr maige itha. mudubai m*acc* orcâin
achad drumman.. coilboth m*acc* fergusso [1] m*aicc* eogin
breccân [2] m*acc* aido m*aicc* fera*dig* m*aicc* eo*gin* eogan ifid
môr
5 doro carn sêtni .xii. eirc. fergus mor m*ac* nise
xii olcan filii.. eps. nêm [3] itelich ceniûil oingosso
muadan martrach *ocus* presbiter erclach iraith mua*dâin*
.ii. cheinndân [4] in dom*nuch* cainri i cothrugi
enân indruim findich..
10 xii filii coilboth. cellg*lais* in eil*niu* fri domnach mor ansan [5]
lâthrach pat*ricc*. dan*iel*. slanân [6]., sarân m*acc* coilboth

Rath-cunga (*a*), Cli (*b*), Ardd-Fothid (*c*). Latharnn (*d*).
Domnach-mor campi Itha (*e*). Meus-Dubæ filius Orcani (*f*).
Achad Drumman (*g*). Coilboth filius Fergussi filii Eogani (*h*).
Brecanus filius Aidi filii Feradachi filii Eogani. Eoganus in Fidh-
mor (*i*).
5 Doro (*j*). Carn-Setna (*k*). Duodecim [filii] Erci (*l*). Fergus Mor (*m*).
Mac-Nessi (*n*).
Duodecim Olcani filii. Episcopus Nem in Telach-Ceniuil-Oingussi (*o*).
Muadan Martrach et presbyter Erclach in Rath-Muadain (*p*).
Duo Ceinndani in Domnach Cainri in Cothrugi (*q*)
Enan in Druim-Findich (*r*).
10 Duodecim filii Coilbothi, Cellglas in Eilne apud Donmach mor in
Lathrach Patraic (*s*). Daniel, Slanan, Saran filius Coilbothi (*t*)

[1] *cod.* oingusso *sed syllaba* fer *scripta supra* oin. — [2] *vel* brocan. — [3] *vel* nein. — [4] *vel* chemndan. — [5] *vel* an and, *vel* an ars *aut* an ain. — [6] *vel* slan ur.

(*a*) Fol. 11 *ab;* fol. 15 *bb;* — *Tr. Th.*, ibid. et n. 111 (Cus., p. 144, not. 4). — (*b*) Hodie *Cleithe*, i. e. palus. Cf. Hennessy ap. Cus., p. 434. — (*c*) Fol. 15 *ab;* — *Tr. Th.*, p. 144, n. 12 (Cus., p. 434, not. 4). — (*d*) *Loarn môr*, rex Scotiæ (fol. 15 *ab;* — *Tr. Th.*, p. 115, n. 144). — (*e*) Fol. 15 *ab;* — Cusack, p. 435, not. 8. — (*f*) *Mudubai* = meus Dubai. In Vit. Trip. vocatur Duhdubanus filius Corcani (*Tr. Th.*, p. 144, n. 114). — (*g*) *Tr. Th.*, p. 145, n. 120 (Cus., p. 438, not. 5). — (*h*) *Tr. Th.*, ibid. Sed in Vit. Trip. hibernica (ap. Cusack, p. 438) Coelbadh dicitur filius Eogani. — (*i*) *Tr. Th.*, p. 144, n. 115 (Cus. p. 436). — (*j*) *Darius* ap. Colganum, *Tr. Th.*, p. 146, n. 128; in Vit. Trip. hib. (Cusack, p. 440) *Do Rori*. — (*k*) *Tr. Th.* et Cus., loc. cit. — (*l*) Cusack, ibid. — (*m*) Ibid. — (*n*) *Tr. Th.*, p. 146, n. 129. — (*o*) Ibid., n. 130 (Cus., p. 440-441). — (*p*) Ibid. — (*q*) Ibid. — (*r*) Ibid. — *Druim-Findich.* Hæc forma vocis antiqua est, quam frustra alibi quæsivi. Recentior est *Druim-Indich* apud Colganum loc. cit. et ap. Quat. Mag. ad an. 818. — (*s*) Fol. 15 *ab;* — *Tr. Th.*, p. 146-147, nn. 131, 132 (Cusack, p. 441). — (*t*) *Tr. Th.*, p. 95, n. 136; p. 147, n. 132 (Cus. p. 442).

*con*lae m*acc* *coilboth* domnach combar lacenêl fiachrach
reges. m*acc* cuil.

* Fol. 19 aa. * m*acc* decuil

c. bb... im*leach* s*escinn* mulu. a.. t. s. la f. a.
ath [1]. m. f. b. m*aicc* enda m*acc* m*aicc* cair*in* m*aicc* fergosso [2] 5
m*acc* n*ise* + cru*imthir* munis [3], presbyter leo *et* d. s.., presbyter lugach
icuil air*thir* p*resb*. colo*mba* c*ill* er*nain* mel*lan* c*lono* cre*ma*
lugd m*acc* eirc ifordruim.. c*ruimthir* cas*ân* c*ill* m*oir* *pâtricc*
senchiran s*aigre*, lonân m*acc* senich. de. g. côcil 10
rigell. ma*ter*, duluae chroibige
trian m*acc* fêic m*aicc* amal*ngid* fr*ater* tricheim. sêtne leet

Conlæ filius Coilbothi, Domnach-Combar, apud progeniem Fiachri reges (*a*), Macc Cuill (*b*).

Filius Deculli (*c*)

Conallus (?) Benedictiones (?) (*d*) Imleach Sescainn, Moluanus (*e*).
Temoria Singite apud familiam Assaliorum (*f*).

Ath Maigne, frater Brendani filii Endæ, filius filii Cairin filii Fergussi (*g*) 5

Mac Nise (*h*), presbyter (*i*) Munis, presbyter Leo (*j*) et Darerca
soror [Patricii], presbyter Lugach

in Cuill-airthir, presbyter Columba [in] Cill Ernain, Mellanus de Cluain-Chrema,
Lugad filius Erci in Fordruim, presbyter (*i*) Casan [in] Cill mor Patricc
Senex Cieranus de Sagir (*k*). Lonan filius Senachi de genere Cocil (*l*), 10
Rigell mater [ejus]. Duluæ [de] Croibach (*m*).
Trian filius Fiechi filii Amalngid (*n*), frater Trichemi, Setne, Iarlath (?) (*o*).

[1] *supra* a *scripta est littera* u. — [2] *vel* cair m. fergos. — [3] *hæ duæ voces scriptæ sunt in margine : ad eas remittitur in textu, apposito signo* + *post vocem* nise.

(*a*) *Tr. Th.*, p. 95, n. 136 ; p. 147, n. 132 (Cus. p. 442). — (*b*) I. e. *Macc Coilboth ?* — Cfr. *Mac Cuil*, fol. 5 *bb*. — (*c*) *Tr. Th.*, p. 96, n. 140 ; p. 131, n. 16. — (*d*) Cfr. *Tr. Th.*, p. 129-130, nn. 5, 6. — (*e*) *Tr. Th.*, p. 131, n. 13. — (*f*) Fol. 11 *aa* ; — *Tr. Th.*, n. 14. — (*g*) Ibid., n. 15. *Enda* vel *Aido*. — (*h*) *Tr. Th.*, p. 146, n. 129. — (*i*) *Cru[imther]* = presbyter. Cfr. fol. 11 *aa*, 9 *bb*. — (*j*) Vel *Leoman*, vel *leo* = cum ipsis. — (*k*) Fol. 9 *bb* ; 12 *bb*. — *Tr. Th.*, p. 130, n. 9 extr. — (*l*) Ibid., p. 131, n. 11. — (*m*) Ibid., n. 12 (cfr. p. 26, n. 63). *Chroibige* est in casu genitivo vel vox adjectiva. — (*n*) Vel *Amalgid ?* — (*o*) *Tr. Th.*, p. 160, n. 57-59.

êchu. [1] cairel. domungart.
o ibair [2], fiac oingus ailil mor conall etarsce*l*
m*acc* ercae. pat*er*... echuid guin*ech* [3]. m*acc* oin*gosso*
crim*thann* m*acc* cen*selich*, VII muchon oc *ocus* mucha*tocc*
5 erdit. i*nse* f*âil* ag*ustin* i*nseo* b*icae* tecân diarmit
naindid pol fedil*mid* dom*nach* fêic. LX cûl maige
„ currus. cnoc drommo gablæ.
„ brîg f*ilia* fergni m*aicc* cob*thig* d*i* u*ib* er*chon*.. lem*o* cru*imther*
soergus. dimmôc. g. huis, *ocus* brandub. finan [4]
10 *clono* e*raird* aed maedoc. i. *clono* m*oir* m*aeduic*
finân itich airthiur. brîg lasar dui*gen* lenn .III.

Echu, Cairell, Domungart (*a*).
Ab Ibaro (*b*). Fiac, Oingus, Ailil mor, Conall, Etarscel:
Mac-Erca pater [eorum erat] (*c*). Echuid Guinech (*d*) filius Oingussi (*e*)
Crimthann filius Censelich (*f*), septem, Muchonoc et Muchatocc,
5 Erdit de Inis-fail, Augustinus de Inis-beg, Tecan, Diarmit,
Naindid, Paulus, Fedelmid (*g*). Domnach Feic, sexaginta, Cuil Maige (*h*)
Currus. Cnoc-Drommo-Gablæ (*i*).
Brig filia Fergni filii Cobthig de Ui-Erchon (*j*). Erat cum meo presbytero
Soergus (*k*) Dimmoc genus h-Uis et Brandub. Finen (*l*)
10 de Cluain-Eraird. Aed Maedoc, id est de Cluain-mor-Maeduic (*m*).
Finan in Tech Airther (*n*). Brigida, Lasar (*o*), Duigen [filiæ] Lennini tres (*p*).

[1] *vel* Ochii *aut* Echu. — [2] *in margine.* — [3] *vel* eochuid guin. — [4] *vel* fintan.

(*a*) *Tr. Th.*, p. 161. nn. 63, 64. — (*b*) Cfr. ibid., p. 84, n. 83. — (*c*) Fol. 18 *ab*; — *Tr. Th.*, p. 155, n. 24. — (*d*) I. e. vulnerans: *guin* = vulnus (Zeuss, p. 233). — (*e*) Hinc corrige et supple *Tr. Th.*, p. 185, et ap. Shearman, *Loca Patriciana*, tab. 10, *Genealogy of the Ui Bairche.* — (*f*) Fol. 18 *aa*, *ab*; — *Tr. Th.*, p. 155, n. 24. — (*g*) Fol. 18 *ab*; — *Tr. Th.*, nn. 22 et 24. — (*h*) Fol. eodem; *Tr. Th.*, n. 23. LX = *Trifichit*; currus = *carpat* (fol. 18 *ba*). — (*i*) Id est *Collis dorsi Gablæ*, juxta *Sleibte*. Vocatur *Druim Gabla* in Genealogia Sanctorum Hibernorum et *Duma n-Gobla* in Hymno S. Fiacci. Cfr. 18 *ba*. — (*j*) *Tr. Th.*, p. 152, n. 19. — (*k*) *Tr. Th.*, p. 507, col. 1 p. med. — (*l*) Qui colitur 3 Junii (*Mart. Dung.*) ? — (*m*) *Tr. Th.*, p. 439, n. 45; *Mart. Dung.*, pp. 32, 100; *Fêlire Oingosso*, p. XLIX. — (*n*) I. e. Orientali seu de Cinn Etich (*Mart. Dung.*, p. 96). — (*o*) I. e. Lucella. — (*p*) *Mart. Dung.*, p. 68; *Tr. Th.*, p. 612, col. 2 init.

cell auxili.. m*acc* tâil. cumbir. g. t. pat*ricc.*
d. s. frî. n. an. d., D*omnach* m*ôr* m*aige* l*uadat* erc.
siluist*er* D*omnach* i*mlich* mulommae. exor., D*omnach* môr
criathar feicc
muire m*acc* cais. cruim*thir*. Dom*nach* m*ôr* maige file [1]. 5
sendom*nach* la au er*cæ*. D. f. pp. di brigte [2]
ifidarti. britonisa. d*omnach* pirnn. d*omnach* eochait [3]
cum co*mitibus* VII [4]. D*omnach* m*or* maige rêto.; mogin fidelm*id*.
dubân dubaed. + find mag., n*on* erit pax
erc.. ingena rîg long. reliquiae. ymnus. 10
B*er*ach brîg. doas.,

Ecclesia Auxilii, Mac Tail (*a*). Cumbir (*b*). genus Tuirtri (*c*). Patricius d[edit?] S[ecundinum?] ad ecclesiam (*d*). Domnach-mor-maige-Luadat Erc (*e*).
Silvester (*f*). Domnach Imleach Mulommæ (*g*): exor[tus ejus in Britannia] (*h*). Domnach-mor-criathar Fiacc (*i*).
Muire filius Cais, presbyter Domnach-mor-maige, quod est 5
Sendomnach apud nepotes Erci (*j*). Domnach Fainre (?), presbyter (?). Duæ Brigidæ
in Fidarti. Britonissa (*k*). Domnach Pirnn (?). Domnach Eochaid (?)
cum comitibus septem. Domnach-mor-Maige-reto (*l*). Mogin (*m*). Fidelmid (*n*).
Duban, Dubaed (*o*). Signum crucis. Find Mag (*p*). Non erit pax
Erc (*q*). Filiæ regis Longobardorum, reliquiæ, hymnus (*r*) : 10
Berach, Brîg, Doas (*s*).

[1] *vel* sile. — [2] *vel* brigae. — [3] *vel* eochail. — [4] c. co. VII *in margine.*

(*a*) Fol. 2 *ab*, 15 *bb*, 9 *bb*. — (*b*) Domnach Cumbir. Fol. 18 *bb* (?). — (*c*) Vel *Trenae* vel *Torten*. Cfr. Ind. ad Quat. Mag. — (*d*) *Fri* = *contra* vel *apud*; forsan *fri n. and* = *inibi*; non solet *n* venire post *fri*. — Cfr. *Tr. Th.*, p. 164, n. 81. — (*e*) *Mart. Dung.*, p. 286. — (*f*) *Tr. Th.*, p. 123, n. 38. — (*g*) *Tr. Th.*, p. 131, n. 13 extr.; *Mart. Dung.*, p. 174 (20 Jul.). — (*h*) *Tr. Th.*, ibid. — (*i*) Fol. 18 *ab*. — (*j*) Fol. 14 *aa*. — (*k*) Fol. 16 *ab*; 20 *ab* (in editione nostra reperitur ante Prologum ex cod. Brux.); cod. Brux. n. 26 (in editione nostra paulo ante Lib. II Vitæ Patricii auctore Muirchu Maccumachtheni). — (*l*) *Tr. Th.*, p. 155, n. 26. — (*m*) Cfr. Quat. Mag. ad an. 809: Fedelmid, abbas Cill-Moinne. Vel est *Mag-Ai*, ubi victus est Fedelmid rex an. 834. Vel *mogin* = *Goithin* in Trip. et ap. Cusack. — In margine ante *mogin* scribitur *astomin*, i. e. *as tomin* = quod est conjectura, dubium. Cfr. Zeuss, pp. 28, 445, 446. — (*n*) *Tr. Th.*, p. 155, n. 26. — (*o*) *Tr. Th.*, p. 164, n. 84. — (*p*) Fol. 14 *aa*. — (*q*) *Tr. Th.*, p. 134, n. 37. — (*r*) *Tr. Th.*, p. 46, n. 88. — (*s*) Nomina trium filiarum.

Fons ionda .XL. II. VII tir anis scripsi.,
faciet igreg*ridi* [1]. septies. oratio hu., molina [2]. oriens
un. caelum., tarde. cito. tuâini [3]. quis *contra*
caeli., arctoo. p*ro*st*er*nunt. ꝓalspu [4] .VII. lu*mina*
5 VII. nuntii. cleir .VII. unciae, VII airich.
scala.. funic*ulus*.
* Oingus.. fer nadgair... nambas afongair. *Fol. 19 ab.*
muru âth eirnn.., Lonân m*acc* m*aicc* eircc.., cae.
" cuillenn. ailil m*acc* cathbad m*aicc* lugthig. trian.
10 " conall cormacc erc f. f. b*riuin*. fet̄aimbir
i crîch coirbri m*aicc* briuin. dau. m*acc* briuin
tuad clare coirp*ri*. broccan. +. coimân cell raith
ard ted*il*. muin lombchu. grian...

Fons inundans (?) (*a*). Sexaginta, duo, septem (*b*) : *tir anis scripsi* (*c*).
Faciet (?) in Gregridia (*d*). Septies, oratio humilis, *molina* (?) oriens,
unum cœlum, tarde, cito, *tuaini*, quis contra
cœlum, arcto prosternunt (*e*). Salsuginem (*f*). Septem lumina,
5 septem nuntii, agmen (*g*), septem unciæ (*h*), septem nobiles (*i*),
scala, funiculus.
Oingus, vir qui non clamavit (*j*), [quod] non sit (*k*) ejus clamor (*l*)
Muru âth Eirnn (*m*). Lonan filius filii Erci, [mons] Cae (*n*)
Cuillenn (*o*), Ailil filius Cathbadi filii Lugthachi (*p*). Trian (*q*).
10 Conall. Cormac. Erc filius filii Briuin (*r*). Felani bir (*s*)
in fine Coirpri filii Briani. Dau filius Briuin.
Regio Clare Coirpri, Broccan, + Coiman, Cell-Raith (*t*).
Ardd Teidhil, Muin, Lomchu (*u*). Grian (*v*).

[1] igreg *in margine, apposito signo post* faciet, *quo illa vox indicatur hic inserenda.* — [2] *vel* molma *aut* inolma. — [3] *vel* tùaim. — [4] *vel* Ꝓabspu.

(*a*) Fol. 13 *aa*; — *Tr. Th.*, p. 136, n. 51. — (*b*) Ibid., n. 52. — (*c*) *Tir* = terra, *anis* = remansit. Sensum non assequor. An *tu anis?* — (*d*) Fol. 13 *aa*; — *Tr. Th.*, p. 137, n. 53. — (*e*) Quid sibi velint ista omnia, non video. — (*f*) Supra, fol. 7 *ab*. — (*g*) *Cleir = a train, a company (Fêlire Oing.*, p. 233). — (*h*) Cfr. supra, fol. 17 *b*. — (*i*) Vel *gradus nobilitatis. Aire*, gen. *airech* (vid. *Gramm.* Windisch, translata a Mac Swiney, p. 47). — (*j*) Cfr. *forcon-gair* sub v. *forcon-garim*, Windisch, *Irische Texte*, p. 568; et *fir nadchar* = viri qui non amavit, *Fêlire*, 22 Junii. — (*k*) Vel *fuerit*. Vid. fol. 15 *bb*. — (*l*) Fortasse *fongair* idem sonat ac *fogair* vel *fogur* (Zeuss, p. 978); *gair* = clamor, risus. Cfr. *Three Mid. Irish Homilies*, p. 32. — (*m*) Murroe? — (*n*) *Tr. Th.*, p. 157, n. 42. — (*o*) *Tr. Th.*, p. 268 *(Culeneus)*. — (*p*) Ibid., p. 156, n. 33. — (*q*) Ibid., p. 159, n. 55. — (*r*) *Tr. Th.*, p. 134, n. 37 extr. — (*s*) Cfr. ibid., p. 156, n. 35, *Laim, Laimaed, Laimhraighe*. — (*t*) *Tr. Th.*, p. 157, n. 37; *tuad clare* est mons *(Sliabh) Claire* in Com. *Limerick*. — (*u*) Ibid., n. 41. — (*v*) Ibid., n. 40.

.n. m. m.. banchuire. dens. cuircth*e*. bc. b.
orbri.,; Fuirg muindech mechar. f. forat
m*aicc* co*n*li... musc*ân*. cel*achân*. imch*ad*. dub*thach* gart*ne*. lam*nith*
trian car*thach* sial [1] nain*dith* [2] m*ac* nise conân seriis [3]. 5
debita [4] alump*ni*. .xiiii. duntarich [5] trian. foto m*acc* fo*rith*. xviii
gas m*acc* airt in campo sailech., doirine.

Non multi manebunt (*a*). Feminarum turba (*b*). Dens (*c*). Cuircthe, Bedan (?), Cailech (?) (*d*)
Orbrith :,;, Fuirg, Muindech, Mechar filii Forati
filii Conlæ (*e*). Muscan. Celachan, Imchad, Dubthach, Gartne, Lamnith,
Trian, Carthach, Nial, Naindith, Mac Nise, Conan (*f*) serius. 5
Debita (*g*). Alumni quatuordecim Duntarich, Trian, Foto filius Forathi (*h*). xviii (?)
Gas filius Airt in campo Sailech. Finis (?) (*i*).

Tib*er*ius aug*ustus* ces*ar* anepacpicui (*j*). piscis
epistola. modius.. aethyopi. crua*chan* angli (*k*).
.iii. [6] oblin. i*n* lau*des* (?) .viiii. anas .xv. ostium.. 10
pau .vi. statio. busca [7].. tumba (*l*) lxvi.

H*anc* (*m*) ig*itur* oblation*em* servitutis n*ostr*ae sed *et* cunctae famil*iae* tu*ae* q*uae*sum*us* D*omi*ne ut placa*tus* [8] accipias + diesque nos*tros* in tu*a* pac*e* dispo*nas* atq*ue* ab aet*er*na damn*atione* nos erip*i* et in elector*um* tuor*um* jub*eas* gr*e*ge nu*mer*ari. 15
P*er* Chri*stu*m D*omin*u*m* n*ostru*m. an*no* xiii m*ense* vi. d*ie* x (*n*).

[1] *vel* nial. — [2] *vel* nuindid. — [3] *vel* sepis *vel* sesiis. — [4] *triplex punctum est supra primam syllabam : an ad vocem delendam?* — [5] duntarich *supra lineam et numerum* xiiii. — [6] *hic numerus in margine adscriptus est.* — [7] *vel* busta. — [8] *cod.* plaga.

(*a*) *Tr. Th.*, p. 157, n. 38. — (*b*) Ibid., n. 40. Cfr. Windisch, *Irische Texte*, p. 383. — (*c*) *Tr. Th.*, p. 156, n. 32. — (*d*) Ibid. extr. Curcne *Trias*, Cuircthe Trip. hib. ap. Cusack. — (*e*) *Tr. Th.*, p. 159, n. 51. — (*f*) Ibid., n. 52. Serius, i. e. „ tarde „ venerunt. *Tr. Th.*, p. 159, n. 52.— (*g*) Ibid., n. 53.— (*h*) Ibid., n. 55 et p. 26, n. 63.— (*i*) Cfr. *dairinne* fol. 15 *bb* et *deirionnach*, finalis. — (*j*) Vel *anapacpiari*. Cfr. *innepascaidiu* (nox sine luna), Zeuss, p. 861. — (*k*) I. e. „ mons Egli „ seu *crochan aigli*. Fol. 13 *ba*, *bb*; 10 *bb*. — Duæ lineæ sequentes videntur continere notas de Patricii exequiis. — (*l*) Tumba idem ac sepulcrum. Vid. *Mart. Dungal.*, p. 156. — (*m*) Oratio *Hanc igitur* desumpta ex canone Missæ ante consecrationem. — (*n*) Id est anno 813, die 10 Junii.

MIRACULUM S. PRÆJECTI

EPISCOPI ARVERNORUM

EX COD. BRUX. 9119.

Duplicem Vitam S. Præjecti edidit Bollandus ad diem 25 Januarii (1), utramque coætaneo scriptori attribuens. Posteriorem vero cur coævam sancto censeret, nullum aliud argumentum protulit præter prologum, ubi inter eos qui superioribus temporibus Vitis Sanctorum conscribendis operam dederunt, recensetur *Jonas etiam* NOSTRÆ MEMORIÆ TEMPORE *vir eloquens*, qui Vitam S. Columbani... *edidit;* Jonas autem S. Præjecto æqualis fuit. Vereor tamen ut hæc demonstratio satis efficax videatur. Prologus enim ille ex eorum genere est qui scriptoribus Vitarum Sanctorum medio ævo loci communes fuisse dici possunt.

Quidquid sit de ea re, invenimus in codice Bruxellensi 9119, seculi XII, eamdem illam secundam Vitam S. Præjecti, sed sine prologo, et in fine, post clausulam quæ in edita legitur, *Miraculum* quod infra edituri sumus, nondum, quantum novimus, a quopiam vulgatum aut indicatum. Porro, si exordio hujus additamenti fides habeatur, scriptor idem censendus esset qui Vitæ, quumque ipsum miraculum contigisse narretur *hac nostra ætate Henrici temporibus imperatoris, patris hujus qui Romano nunc præest imperio Henrici*, scilicet Henrici V imperatoris, id est ineunte seculo XII, jam huic ætati, non seculo VII vel VIII, tota lucubratio innectenda foret.

In ipsa autem Vita, qualis in codice nostro exhibetur, admodum paucæ ab edita variantes offenduntur lectiones (una tamen præcipui momenti : videlicet pro *Astrebodii*, num. 9 Vitæ editæ, distincte in codice legitur *Astremonii)*. Sed dum lectiones fere concordant, quædam tamen ad ornatum seu laudem sancti oratorio stylo adjuncta leguntur in codice Bruxellensi. Nimirum :

1° Post *elucubravit stylo* (ed. num. 9 fin.) : *add.* Optabat etenim particeps fieri martyrum qui tam diligens exceptor eorum erat gestorum.

2° Post *ecclesiarum sanctarum* (ed. num. 13 post med.) : *add.* Jam cernis, sancte Præjecte, transire camelum per foramen acus, divitem quoque regnum cœlorum quadam violentia penetrare. Attenuatur dives post eum qui tulit peccata mundi gazarum et prædiornm sarcinis, et efficitur per te Zacheo consimilis. Et amplius hunc efferamus multo sublimiorem[1] prædicabilibus gestis. Ille vidit oculis carnis quem tua prædicatio tam hujus quam aliorum exhibuit interioribus oculis. Et Zacheus munus quem vidit, Genesius eum quem etsi per fidem

[1] *cod.* sublimior.

(1) Tom. II Jan., p. 630-632 et p. 633-636.

noverat, per te tamen timere et diligere melius spiritu didicit ac ejus hæredem ex asse reliquit. Construxit...

3° Post *nesciunt quid faciunt* (ed. num. 18 post med.) : *add.* Mirum in modum ejus sequens vestigia, cujus in morte plenus erat amoris memoria; illico sibi cœlum non hæsitans aperiri, si beati conformaretur actibus Stephani. O virtus tolerantiæ, fortitudo patientiæ, per quam jocundantur in Christo sanctorum animæ. Per evangelicos sanctus pontifex et martyr floreos mente campos currebat, quando spiritum pro vita corpusque tradebat. Hæc sancto Præjecto dicente...

Miraculum ab eo (S. Præjecto) **Romæ patratum.**

Prædicanda quidem seculis multa miraculorum insignia vobis recitavimus quæ gloriosus martyr Præjectus et primis et vicinis succedendo fecit temporibus. Verum hac nostra ætate Henrici temporibus imperatoris, patris hujus qui 5 Romano nunc præest imperio Henrici, Romæ per ipsius martyris Præjecti merita res mira contigit, auditu nova et ipsa novitate non solum audienda sed animo libenti et credulo accipienda.

Judex erat tunc Romæ, Petrus nomine, nobilis Romanæ 10 urbis civis, prudens in secularibus negotiis et in causis civilibus discutiendis apprime eruditus; sed auri cupidus a vero et æquo facile movebatur. Metus et cupiditas animum obtinuerant. Sæpenumero immo pene semper causam amittebat qui causam suam pretio apud eum commendare non poterat. 15 Qui autem causæ suæ apud eum pretio subvenire valebat, optato causam suam fine obtinebat. Verum circa hujus martyris memoriam adeo devotus erat et ad obtinendam ejus gratiam per omnia satagebat, quod nil apud Deum ac præter Deum carius sibi excogitare poterat. Illi ecclesiam condiderat, 20 illius ecclesiam undecumque malorum casu vel quolibet impetu defendebat, aliarum quoque spoliis ecclesiarum vestiens adornabat. Ex suis multa concesserat, et ex aliorum jure facili præjudicio multa congesserat.

Lis ergo et controversia eo tempore fuit orta de vineis et 25 vinearum suarum finibus atque aliis domorum et agrorum pervasionibus inter eos qui præfatæ ejusdem judicis ecclesiæ

serviebant et eos qui ecclesiæ beati martyris Vincentii et virginis Agnetis ecclesiæ attitulati servitio erant. Sumpto ergo die ut hæc altercatio audiretur ac debito judicii fine causa finiretur, ventum est coram eodem Petro, civilium
5 causarum judice. Amor igitur et devotio in martyrem Præjectum judicem a vero removit, per judicem alios facilius expulit; et aliarum jura ecclesiarum ecclesiæ beati martyris Præjecti falso quidem præjudicio sed judici favendo injuste adjudicaverunt.

10 Tandem ergo debita mortalium lege idem Petrus ad extremos vitæ suæ dies, immo ad extremam vitæ suæ horam perductus est. Jam lecto ad terram depositus, omni ex parte membrorum mortuus præter exiguum vitalem circa pectus anhelitum, raptus est in extasi ante summum judicem Deum.
15 Oblatus est ille summæ judiciariæ potestati, Petrus nomine suo appellatus et judex cognominatus. *Non,* inquit majestas illa, *hoc sibi agnomen concedendum est. Nequam enim judex, immo nequaquam judex, sed judicii et veritatis proditor fuit. Proditor Judas semel ac XXX me argenteis tunc vendidit, iste*
20 *vicibus sibi innumeris me prodidit; veritatis et judicii censuram distrahens oblata sibi pecunia et quibusque munusculis. Quid plura?* At ille miser et miserandus obmutuit.

Ad ærumnarum et calamitatis cumulum, adversus eum accusationem protulit beatus martyr Vincentius, de illata
25 conquestus ecclesiæ suæ injuria et injusta judicii perversi sententia. Austeros in accusatum oculos retorquens, manu effera sic brachium ejus astrinxit et astringendo retrorsum hominem miserum vi tanta removit, quod pene a reliquo brachium corpore avulsit. Additur misero miseria et anxio
30 anxietas. Accessit beata virgo Agnes, de suis etiam conquerens injuriis et multo querimoniam dolore expromens. Effera efferos torquens ac retorquens in eum oculos horrendo eum vultu terrebat, ac terrore et metu pene eum consumi faciebat. Tandem perorata et ostensa judici querimonia de irro-
35 gata ecclesiæ suæ violentia, item per brachium ipsamet a judicis præsentia eum austeritate dira astrictum semovit. Data est in eum eo audiente hujusmodi sententia et judicii

censura: *Cum ergo Judas ejus qui dixit, Ego sum via, veritas et vita, proditor veritatis non nescius sed scienter extitit, pari plectatur sententia, immo duriori, quia semel ille hoc fecit, iste vicibus fecit innumeris, jam divulgata et agnita per totum terrarum orbem christianæ institutionis regula.* Continuo miser abripitur, abducitur et ad ipsa jam præcipitandus ignium supplicia pertrahitur.

Accurrens illico martyr Præjectus, ut sibi visum est, miserum teneri et pœnam indutiari anxius expetiit. Huc igitur illucque pro misero discurrens aliorum sibi suffragia exposcens, et ad beati Vincentii et beatæ Agnetis genua devolvitur; judicis Petri omnimodam circa se famulatus et obsequii devotionem contestans recolendo exequitur, orat et obsecrat ut sui amore circa eum ad misericordiam moveantur. Promittit et paciscitur jura ecclesiarum sua cuique ecclesiæ ad integrum restituenda. Obtinuit ab eis veniæ locum, et manu se ad manum tenentes ad judicis illius summi pedes procidunt, veniam communi deploratione deposcunt et alios ad id exposcendum circumstantes omnes compellunt. Tandem venia impetratur et triginta dierum spatia conceduntur, eo quidem conditionis tenore ut primum ablata ecclesiis jura restituat, dein cuique sua quæ pravo abstulit judicio reddat, si potest, ac perversam judicii sententiam coram legitimis testibus emendando immutet.

Interea Petrus ad terram depositus totus pene mortuus in manibus tenebatur; solum funus expectabatur et exequiæ jam parabantur. Subito ille oculos aperuit, attonitis et obstupefactis omnibus dolores, metus et anxietates atque universa quæ positus extra se vidit, audivit et sensit voce retulit. In brachiis quædam nexuum [1] seu manuum dire astringentium signa monstravit atque per acceptas triginta dierum indutias vivens sicut per visum commonitus erat, sua ecclesiis jura restituit; quæ habebat, omnia pauperibus distribuit, et injunctæ opera pœnitentiæ executus, peractis pœnitentiæ xxx diebus obiit, judicibus exemplum pœnitendo datus tam præsentibus quam futuris.

[1] *cod.* nexium.

EPISTOLA

HERMANNI ABBATIS S. MARTINI TORNACENSIS

DE CORPORE S. VINCENTII DIACONI

VALENTIÆ QUIESCENTE

ET DE CŒNOBIO EJUSDEM NOMINE IBIDEM CONSECRATO.

Supplementum rursus aliquod ad Acta S. Vincentii, celebris diaconi Cæsaraugustani, nobis præbuit idem cod. Brux. 9119, videlicet, præter Passionem sancti martyris qualem edidit Bollandus (1), admodum paucis lectionibus variantibus (2), epistolam cujusdam monachi, nomine compendiose scripto *Her.*, ad A. (Anselmum) abbatem S. Vincentii Laudunensis ejusque fratrem Gualterum datam Anselmus cœnobio Laudunensi præfuit ab anno 1129 ad annum 1145, quo episcopus Tornacensis consecratus est Romæ (3); Gualterus autem et ipse postea, ab anno 1156, idem cœnobium rexit (4).

Jam quum in illa epistola Anselmus adhuc *abbas* appelletur et statim post inscriptionem sermo sit de ipsius commoratione Romæ *anno præterito*, constat eam scriptam esse ante annum 1145; ac proinde ante illud iter Romanum anni 1145 alterum ab Anselmo illuc esse susceptum. Facile autem supponere licet hoc prius Anselmi iter innectendum esse anno 1142, quo anno legitur in Concilio Lateranensi impetrasse ab Innocentio II bullam pro confirmatione privilegiorum sui monasterii (5). At eodem illo anno 1142 comperimus iter Romanum institutum fuisse ab Herimanno, abbate S. Martini Tornacensis (6), quem cum Anselmo

(1) Ad diem 22 Januarii (tom. II, p. 394-397). — (2) Nimirum num. 1, lin. 4, pro *plena,* cod. *plenam ;* num. 8 sub fine, verba *sudorum rivis liquescentia membra tabuerunt* in cod. omissa sunt; num. 11, lin. 3, pro *pestiferorum* cod. *pestiferum ;* num. 12, lin. 9, vox *ignis* omissa est, et lin. 11, omissa etiam vox *alacriter,* itemque tota lin. 17 (*crescit ad pœnam. Inseritur quoque pectori et membris) ;* num. 13, lin. 13, rursus omittuntur verba *perpetuaque nocte damnatum,* et num. 17, lin. 2, *si non potui superare viventem, puniam vel defunctum.* Tandem num. 18, lin. 6 a fine, pro *Datianum* in cod. legitur *navim,* et num. 20, lin. 6, omissa sunt verba *nomine Ionica.* — (3) Cfr. *Gall. christ.*, tom. IX, p. 577. — (4) Ibid., p. 579. — (5) Rob. Wyard, *Histoire de l'abbaye de Saint-Vincent de Laon,* publiée par Cardon et A. Mathieu (Saint-Quentin, 1858), p. 377. — (6) *Narratio restaurationis abbatiæ S. Martini Tornacensis* (ap. d'Achéry, *Spicileg.*, ed. in-fol. tom. II, p. 924). Cfr. *Histoire littéraire de France,* tom. XII, p. 281.

amicitia conjunctum fuisse dubium non est. Jam itaque satis constare videtur epistolam quam nunc primum edimus scriptam esse ab Hermanno anno 1143. Cæsaraugustam autem ipsum aliquando petivisse, hactenus, ni fallor, notum non erat.

Domno suo domno A[nselmo], Dei gratia abbati Sancti Vincentii Laudunensis, dulcissimoque domno Gualtero, non solum carnali sed etiam spirituali ejus germano, frater Her. utriusque exiguus servulus, in æternum gloriari cum Christo, de Christo, per Christum, in Christo. 5

Ad referendas beneficiis vestris gratias nullus mihi oris sufficit sermo. Dominus meus domnus abbas præterito anno Romam venientem et quo diverterem nescientem in propri[a] me secum dignatus est suscipere domo, et quamdiu ibi moratus est, nunquam sine me comedere voluit, sed 10 etiam jam parata et apposita mensa ac si aliquem magnum me expectabat, nec me aliter quam domnum suum utpote vir facetissimus appellare consueverat. Bona igitur quæ mihi et Romæ et in reditu fecit nec enumerare valeo nec remunerare, sed oro ut ei Dominus retribuat 15 pro me. Domnus Gualterus, germanus ejus, ex quo me primum cognovit, eodem mihi affectu adhæsit quem Jonathas regis filius adhuc pauperi David exhibuit. Et ipsi ergo Dominus retribuat pro me.

Utrique autem vestrum seorsum promisi me missurum 20 vobis Passionem quorumdam martyrum quam in civitate Cæsaraugusta inveni et inventam scripsi, in qua patronus vester sanctus Vincentius archidiaconus fuit. Ad quam cum primitus veniens, Deo permittente, ad altare ejusdem sancti Vincentii missam cantassem, illico me gratantissime susce- 25 pit hospitio domnus Guillelmus archidiaconus, Bertranni ejusdem civitatis episcopi germanus, sed de Narbonensi urbe oriundus, vir quantum mihi videtur et vultu et affectu domno Gualterio simillimus. Huic cum familiariter colloquens dixissem me velle Valentiam ire, ubi sanctus Vin- 30 centius quiescit, ac super hoc consilium ejus expetissem, respondit se eodem desiderio flagrare, sed propter metum gentilium circumquaque manentium desiderium suum non

posse implere. Dixit, statimque vocato puero præcepit duos monachos Sancti Vincentii qui in eadem civitate morabantur sibi adduci.

Quos cum venientes salutassem et post osculum unde 5 essent requisissem, responderunt se monachos esse Sancti Vincentii de Corvo. *Et ubi,* inquam, *est locus ille? — Prope Valentiam,* inquiunt, *est abbatia quædam monachorum in honore S. Vincentii constructa, cujus corpus ibidem in majori altari reconditum est. — Et cur,* inquam, *vocatur S. Vincentii* 10 *de Corvo? — Quia,* inquiunt, *ibi sunt duo corvi quorum ductu deducuntur peregrini supervenientes ad Sanctum Vincentium: quia sine ductu eorum nullus illuc potest pervenire. Ecclesia enim super littus maris est constructa: ventus enim quidam naturaliter singulis noctibus de mari egrediens totam littoris* 15 *arenam ita commovet ut, si hodie exercitus decem millium hominum in littore maris pugnando discurreret, crastino mane nec vestigium quidem unius hominis inveniri posset, arenis a vento remotis et hac illacque dispersis. Sed duo corvi in ecclesia manent, qui obviam peregrinis volando eunt et paulatim coram* 20 *eis revolando ad ecclesiam eos perducunt; qui etiam de progenie illius corvi esse dicuntur, qui corpus beati Vincentii extra Valentiam jussu Datiani projectum a feris illæsum servavit.*

Tunc ego : *Et quot,* inquam, *monachi sunt in vestro cœnobio? — Possunt,* inquiunt, *esse* XL. — *Habetis,* inquam, 25 *abbatem? — Habemus,* inquiunt. — *Quam,* inquam, *regulam in vestro cœnobio servatis? — Regulam,* inquiunt, *sancti Benedicti. — Carnem,* inquam, *comeditis? — Non,* inquiunt, *carnem quadrupedium comedimus, quia prohibet eam sanctus Benedictus; sed carne volatilium vescimur, quia ipsa ab eo* 30 *non interdicitur. Et ipsa tamen raro vescimur, quia multo majorem piscium quam avium copiam habemus. Quotidie etenim summo mane piscatores nostri mare ingrediuntur, et quot fratres domi habemus, tot pisces captos referunt, tamque magnos ut unicuique fratri usque ad plenam saturitatem sufficiat suus.* 35 *Quod si numerum fratrum viderimus superari a numero piscium, illico hospites superventuros scimus, quia cum jam* XXX *annis in ipso cœnobio manserimus, nunquam vel defuisse vel*

superfuisse pisces comedentibus vidimus, sed quot in ipso die fuerunt comedentes, tot mane a piscatoribus afferuntur pisces.

Tum ego : *Quantum,* inquam, *itineris putatis esse usque Valentiam? — Qui recto,* inquiunt, *itinere propter metum paganorum ire posset, in sex diebus illuc veniret. Sed nullus eo recta via audet ire. — Et quod,* inquam, *datis mihi consilium illuc eundi? Multum enim desiderarem ad corpus sancti Vincentii orare. — Si,* inquiunt, *illuc vis ire, vade prius ad Sanctum Jacobum, et sic jungere negotiatoribus qui dato consuetudinario tributo per conductum regis secure vadunt, et sic poteris ire. — Et quot,* inquam, *diebus tunc illuc pervenire possem? — Vere, frater,* inquiunt, *quinque hebdomadas oporteret te in itinere expendere. — Et quando,* inquam, *vos illuc putatis ituros ad cœnobium vestrum, ut vobiscum possem ire? — Vere, frater,* inquiunt, *nullam spem habemus illuc ulterius eundi. Rex enim Hildefonsus cum ejectis de hac civitate paganis Valentiam cum exercitu obsideret, ut similiter paganos de ea ejiceret, pagani, dicentes nostro consilio et legatione eum venisse super se, nocte media cœnobium nostrum invaserunt direptaque universa substantia nostra omnes nos cum abbate nostro expulerunt, sicque locum nostrum penitus destruxerunt. Rex vero in hanc provinciam nos secum adduxit, binosque ac binos per diversas ecclesias nos collocavit.*

His auditis, de itinere quod disposueram penitus desperans, eos abire dimisi. Archidiaconus vero me duxit ad quamdam ecclesiam, quæ dicitur *ad Sanctas Massas,* in qua plus quam XL millium martyrum recondita esse dicebat ossa. In quam dum ingrederer, subito ex præsentia, sicut credo, sanctorum tanta dulcedo pectori meo insedit, ut ipse archidiaconus miraretur quod nullo modo poteram retinere flumen erumpentium lacrimarum. Passionem itaque eorum statim ibidem in hoc quaternione scripsi vobisque et omnibus legere volentibus eam detuli. Valete. Rex ille Hildefonsus filius fuit Sanctii regis, ex matertera genitus domni Bartholomei Laudunensis episcopi.

PASSIO
S. CYRIACI
ET SOCIORUM
EX COD. BRUX. 104-105, SEC. XII.

Cuperus noster ad diem 8 Augusti (1), ubi de Vita SS. Cyriaci, Largi, Smaragdi et sociorum martyrum agebat, horum Acta non dedit, sed remisit ad ea quæ in Vita S. Marcelli dicta sunt (2). Attamen in paragrapho III Commentarii sui aliquam narrationem tradidit ex codice Palatino excerptam, quam quidem plurimi non facit et quasi contemnit. Libentius credo excepisset quæ nunc exhibemus ex codice Bruxellensi. Licet enim pleraque in his relata reperiantur in codice Palatino, tamen et stilo longe simpliciore concepta sunt, et incommoda quæ Cuperum offenderunt, inde omnino abesse videntur. Hic namque pater S. Cyriaci *marchionis* titulo minime designatur; miraculum autem requiri non video ut homo, longa via defessus et in atrio cujusdam christianæ domus umbram quærens, verba potuerit audire alicujus alta voce coram aliis evangelium intus legentis; tandem potuerunt Acta nunc prolata, licet melioris notæ, ab antiquis scriptoribus ignorari. Actis etiam S. Marcelli hæc præstare dicimus; quæ enim difficultates contra illa Acta a Bollando urgentur, non video quomodo adversus hanc Vitam moveri possint. Nam, quod ad Artemiam, filiam Diocletiani imperatoris, et Iobiam, filiam Saporis Persarum regis, attinet, ne unum quidem verbum de earum mira conversione miscetur, et tantummodo Artemiæ nudum nomen reperitur initio Lectionis VI sine addito; nihil etiam de benevolentia Diocletiani erga Cyriacum. Demum, quæ in his Actis narrantur, chronologiam non videntur offendere; etenim, martyrium S. Cyriaci refertur ad tempus S. Marcelli papæ, asseriturque ejus translationem fuisse factam quando Maximianus adversus *Constantium* in Galliam perrexit. In hoc proximo *Constantii* nomine errorem revera deprehendimus; sed, si pro *Constantii* scripseris nomen *Constantini*, profecto invenies Maximianum, iterum arrepto imperio, a Constantino Massiliæ in Gallia expugnatum ante annum 310, quo beatus papa Marcellus obiit. Neque aliquis difficultatem propterea facessat quod Maximianus Hercules nunquam contra Constantinum in Italia perrexit, sed potius fugit ad ipsum et jam in Gallia versabatur, quum contra eumdem arma sumpsit : hoc enim ultimum sat fuisse arbitror ut scriptor etiam accurate narrans,

1) *Act. SS.*, tom. II Aug., p. 327 sqq. — (2) Ibid., tom. II Jan., p. 5 sqq.

postquam audiverat Maximianum Galliam petivisse ibique pugnasse, jam ut hostem Roma cessisse intelligeret. Hanc autem pugnam anno circiter 308 locum habuisse fertur, ideoque ante mortem Marcelli papæ, quæ anno 310 accidit, rem actam esse patet.

Facile constat Acta quæ præ manibus habemus non esse conscripta ante finem seculi VI; referunt scilicet inventionem corporis S. Cyriaci factam a S. Gregorio M., Romano pontifice. Fontes unde hausta sint distincte non indicat auctor; non semel tamen appellat *scripturam* quamdam (1), quæ num sit ipsa narratio Joannis presbyteri (2), an ipsius Gregorii M. (3), an demum alia aliqua, a nobis definiri nequit. Forte etiam indicatur eo nomine epitaphium aliquod seu inscriptio, historiam passionis S. Cyriaci summatim complectens.

Denique eadem Acta, qualia ea servavit codex Bruxellensis, ubi in lectiones sub officio ecclesiastico recitandas dispertita sunt, una alterave lacuna forte laborant. Nam, postquam injecta fuit mentio prophetica missionis evangelicæ S. Cyriaci in Persidem (4), nihil deinceps ea de re profertur. Præterea brevis nimium apparet narratio certaminum sancti martyris cum Maximiano imperatore. Addimenta vero nonnulla ex Actis S. Marcelli manifeste desumpta præbent antiphonæ et responsoria quæ lectionibus intermixta sunt, et cum decursu narrationis nequaquam colligantur. Quæ omnia, quo facilius de tota lucubratione judicium ferri possit, sicut in codice disposita sunt hic exhibemus.

IN PRIMO NOCTURNO.

A. Beatus papa Marcellus consecravit Cyriacum, sanctæ Romanæ ecclesiæ diaconum. **Ps.** Beatus vir. **A.** Hic cum ministraret sanctis, tentus est cum ceteris et adductus stetit ante præsidem. **Ps.** Quare fremuerunt. **A.** Beatus Cyriacus in custodia cæcos illuminavit, infirmos quosque sanavit. **Ps.** Domine, quid m. 5

Passio sanctorum Cyriaci martyris et sociorum ejus.

Lect. I. In provincia Tusciæ fuit vir quidam gentilis, genere illustris, magna vi animi, militia insignis et secundum voluptatem seculi nimium locuples; in Romanorum prima acie assignatus fuerat miles. Huic vero associata est pari genere legalique copulatione mulier incredula, facie pulchra, procera statura, cognatis et vicinis multum familiaris et commoda. Quæ etiam cum viro suo Quinto Sestio a virginitate sua viginti et sex annos eo modo vixerat quo neque masculum 10 15

(1) Lect. 3, 6 passim. — (2) Cfr. Lect. 6. — (3) Ibid. — (4) Lect. 4.

neque feminam illi procrearat. Tandem in septimo anno a vigesimo, cum in adoptanda pignerum procreatione femina se omnimodis sterilem nullatenus dubitaret, repente nova gaudia annuntiata sunt sterili; filium concepit justoque tem-
5 pore genuit. Quod cum patri suo Quinto Sestio per celeres nuntios nuntiatum esset, præcepit ut infans omni diligentia lactaretur, et nomine suo secundum numerum parentelæ Sextus Sestius vocaretur. His ita peractis, ut in ætatis suæ tempore puer septimi anni metam jam tetigerat, pater illum
10 Romam secum adduxit, ibique magna pecunia multisque muneribus cuidam Cratero erudiendum commendavit. Didicit itaque Sestius proficiens in mundanæ sapientiæ oblectationibus, puer miræ mansuetudinis, vultu hilari et, quod teneræ ætati non convenit, in omnibus vitæ actibus pruden-
15 tiam cum patientia animi componens. Erat enim in doctrina assiduus, in sermone promptus, omnique bono ingenio intentus; præclari facti aut artis bonæ famam quærebat.

℟. Erat vir christianus nomine Trason, vir potens et vita fidelis; hic cum vidisset affligi christianos, cœpit eis de sua facultate per
20 Cyriacum et Sisinnium alimoniam et victum ministrare. — ℣. Hoc audiens beatus Marcellus episcopus gavisus est valde, quia agnoscebat Trasonem sanctis Dei. Alimoniam.

Lect. II. Lustris tribus et sex annis peractis, cum apud Romanos comitiæ tenerentur, Aureliano cæsare et Diocletiano
25 patricio, pater ejus Sestius Quintus jam ætate decrepitus, illum secum in curiam adduxit; ubi jussu senatus toga indutus militaribusque armis præcinctus, in prima Romanorum acie miles loco patris ascribitur, et quasi rudis quirinus Trasoni militum magistro commendatur. Eodem autem
30 tempore Trason, jam ad fidem conversus, a sancto papa Gaio forte his diebus baptizabatur, spiritalibusque disciplinis pleniter eruditus in confessione Christi et in compassione sanctorum martyrum devotus permansit. Octo igitur annis et decem mensibus Sestius in militia detentus, forensibus
35 ludis et scenicis et ab immolatione idolorum et suffocato et bachanalibus in quantum potuit pedem retrahit, secum cogi-

tans in simulacris multis lubricam et fluctuantem hominum errare stultitiam. Qui in virum perfectum in mensuram ætatis plenitudinis Christi per incrementa temporum jam perductus, quadam die cum in templo Martis sederet et quali superstitione dæmonumque cultu in solemnitatibus lupercorum diis immobilibus Romani immolarent, intra semetipsum cogitavit, si secundum philosophos Deus in se foret purus et compos nulliusque indigens auxilii in exercenda divinitatis suæ opera, quid in extis animalium illi delectabile esset; cur, mensis in templo paratis, non ejus virtutem coli, sed vitia luxuriæ decorari subjectæ pateretur creaturæ. Hæc cum diu secum cogitaret, præoccupatus somno obdormivit. Et ecce quædam repente terribilis vox, quasi vox cujusdam senis increpantis, quam se alloquentem audivit: *Exsurge qui dormis, et revivisce qui mortuus sedes. Cogitationes enim illæ quæ tibi inerant mente, non per tua mittebantur opera bona, sed secundum propositum et gratiam Dei quæ data est his qui in Christo Jesu vocati sunt sancti ante tempora secularia. Et tu, homo animalis, minime quæ Dei sunt sapis. Deus enim in se purus et compos, sicut tu cogitasti, per æqualem sibi Filium in initio cuncta creavit ex nihilo; in cujus conspectu simul præsto sunt universa. Propterea exsurge qui dormis, et revivisce qui mortuus sedes. Cras videlicet in primo diei diluculo debes per Romanæ urbis devia tamdiu vagando deambulare donec intelligas quali puritate Christum, Dei virtutem et Dei sapientiam, qui est caput Ecclesiæ, in ostensione spiritus et virtutis agnoscas. Interim tu in afflictione corporis graviter detentus, disces quomodo ad eum qui super teipsum est pertingas.* Ita vox ad eum intonans evanuit. Ille statim expergefactus nimioque terrore correptus, utcumque potuit domum se proripuit, et ut testis veritatis in eo duritiam molliret cordis, quadam gravi infirmitatis molestia fatigatus, lectum petiit incœnatus.

℞. Beatus Marcellus, urbis Romæ episcopus, vocavit ad se sanctos viros christianos et servos Jesu Christi Cyriacum et Sisinnium, Smaragdum et Largum, et quæsivit ab eis, et notum fecerunt ei quomodo Trason sanctis Dei victum et vestitum ministrabat.—℣. At ille,

repletus gaudio magno, ducens consilium consecravit Cyriacum et Sisinnium diaconos ecclesiæ Romanæ. Et quæsivit.

Lect. III. Eadem nocte angelus Domini sanctissimo viro Gaio episcopo apparuit, eique eamdem rem ita prædixit: *Cras circa sextam diei horam tibi a Trasone mittetur quidam hospes Deo carus, nomine Sestius, qui divina voce hodie in templo Martis propter incredulitatem acerbe redargutus est, et nunc ad perpetuæ hæreditatis bravium misericorditer reformatur. Ecce illum, ut tibi venerit, exorcizatum fac catechumenum* [1], *et sequentes proximos sex dies intra cubiculum tuum sacris instructum Scripturis octavo die illum baptizato, et nomine originalis criminis ablato Ciriacum* [2] *vocitato. Hunc tu pia mente memento tractare, et quidquid a te cupiet, capiat. Per illum namque Dominus hic et in Persia sua miranda et magna vult operari mirabilia, et ille Deo quandoque sociabit multa millia populorum.* His ita dictis, angelus recedens disparuit. Sanctus autem Gaius primum Deo de angelica visione in augenda commissarum ovium regeneratione gratias agens, deinde Marcellinum, syra, græca latinaque lingua eruditum et in earum eloquentia subtilissima exercitatione limatum, ad se vocavit, interrogans si in aliqua linguarum scientia aliquod verbum sciret quod tale nomen cœlitus datum significaret. Ille statim cor accommodans arti, respondit in syra lingua unum verbum *Cyriona* fuisse, quod latinis *scrutator* vel *investigator rerum* interpretari congruum foret. Sanctus autem papa protinus intelligens vocabulum nominis divinitus ab angelo nuntiatum, fixum habebat in animo quid Dei providentia facere vellet. Sextus autem Sestius interim, non immemor quid agere debuisset, in prima diei aurora latenter ex militibus suis e cubiculo foras lento pede exiliens, huc illucque per plateas civitatis quasi phreneticus deambulabat, auribusque unicuique sono adjunctis putabat se non haud [3] cito intelligere posse quid agere debuisset. Eadem hora sollicitus fuit, in admonitionis promissæ exspectatione tamdiu suspensus quousque desperare jam de revelationis veritate

[1] *cod.* catecuminum. — [2] *cod.* haut. — [3] *cod.* Ciriacum *hic et aliquoties, at non semper.*

potuisset, si ægritudo corporis fidem non fecisset verbis. Tandem molestia corporis itinerisque labore fatigatus, cum in optata umbra præ foribus Saturnini, qui postea sub Maximiano cum Sisinnio, ejusdem Cyriaci condiacono, a Laodicio urbis præfecto capitalem subiit sententiam, resi- 5 deret, pene incertus quid mallet, ecce Johannes presbyter ille, qui postmodum firmus socius fiebat necessitatum illius, forte in eadem dominica die missam cum aliis christianis occulte intus cantabat. Qui cum evangelium quod ad eumdem diem jure pertinebat legere properaret, nescio qua causa 10 detentus quod errans invenire non potuit statim: *Exspoliantes vos veterem*, inquit, *hominem cum actibus suis, induite novum hominem qui renovatur in agnitionem Dei secundum imaginem ejus qui creavit eum.* Hoc sane cum emendare putaret: *Agite,* legebat, *pœnitentiam, et baptizetur unusquisque* 15 *vestrum in nomine Jesu Christi in remissionem peccatorum, et accipietis donum Spiritus sancti.* Mirantibus autem aliis et sciscitantibus quid horum voluisset, respondit: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu, non potest introire in regnum Dei.* Quibus auditis, solus Sestius, qui extra occulte sedebat, 20 se doceri intelligens, in fletuum imbrem se cum magna cordis contritione prostravit, Deum flebiliter adorans ut ad aliquem illum dirigeret qui in exordio inchoantis gratiæ monstrator placabilis illi se coadunaret. Cumque diu lamentaretur, perrexit ad Trasonem, eique revelationis Dominicæ 25 verba per ea quæ audierat narravit, seque ejus pedibus stravit, postulans ut ad sperandæ salutis remedium sibi ostenderet magistrum. Cumque eum Trason, ut scriptura testatur, vir christianissimus, ubertim flentem vix ad se in terra prostratum levare potuisset, lacrimatus præ gaudio 30 dixit: *Beatus homo quem tu erudieris, Domine, et de lege tua docueris eum.* Hæc dicens, aulicos suos Sisinnium et Smaragdum et Largum, qui ante paucos dies a prædicto Johanne presbytero baptizati erant, ad se vocavit, eisque præcepit ut cum omni diligentia ad apostolicum virum illum ducerent, 35 eique de sua persona dicerent ut videret quid ad hoc opus esset. Illi statim jussionibus principis obedientes, et pergen-

tes læti dixerunt: *Deus, in sancto via tua; quis deus magnus sicut Deus noster? Tu es, Deus, qui facis mirabilia.*

℟. Factum est autem in una nocte, dum beatus Cyriacus et Sisinnius, Largus et Smaragdus humeris suis deferrent victum quem Tra-
5 son christianis per eos ministrabat, tenti sunt a militibus paganis et perducti sunt ad tribunum Expurium. — ℣. Cum ergo prænominati viri beati ceteris christianis ex parte Trasonis victualia ministrarent. Capti sunt.

IN SECUNDO NOCTURNO.

10 **A.** Clamavit dæmon per os Artemiæ: Nisi venerit Cyriacus, non exeo. Tunc jussu Diocletiani eductus est de custodia. **Ps.** Cum invocarem. **A.** Cum introisset Cyriacus ad Artemiam, dixit ad dæmonem: In nomine Jesu Christi, exi ab ea. Et continuo restituta est sanitati. **Ps.** Verba mea. **A.** Baptizavit Cyriacus Artemiam præsente matre
15 ejus Serena Augusta in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. **Ps.** Domine Deus noster. — [℣.] Justi autem.

Lect. IIII. Beatus Gaius papa, angelicis dictis horam diei et adventum Sestii prænoscens, ex suo oratorio in adventum ejus parum processit, illumque honorifice suscipiens, pro eo
20 et pro omnibus ovibus sibi commissis hanc orationem ad Deum flendo effudit: *Deus, qui omnia antequam fiant prænoscis, da huic Sestio et omnibus qui ad fontem salutiferæ regenerationis de latebris tenebrarum tota cordis aviditate veniunt, inferni pœnas evadant. Auge, Domine, fidem et fidu-*
25 *ciam servis tuis, et memor esto opprobrii servorum tuorum.* Hæc dicens et lacrimarum imbre largiter perfusus surrexit, et ut fuerat jussus sic implevit omnia promptus. Baptizatus autem Cyriacus et signo confirmationis per gratiam sancti Spiritus illustratus, continuo crudeli sententia sacrilegi cæsaris
30 Aureliani minime pavidus, nec patrimonii sui amore constrictus, nec Diocletiani sævientis crudelitate perterritus, sed fascibus et militaribus armis repositis, reipublicæ renuntiavit militibusque suis et fidis clientibus, comprobato eorum labore et laudata virtute, digna munera tribuit, servo libertatem
35 concessit, unumquemque in sua cum gaudio remeare permisit. Ex illo quippe die magis magisque aucta sunt ei

lucra pietatis. Nam in voto suo aut in voluntate nihil constituens, totum se Domini arbitrio potestatique commisit, et illa quæ libere habere potuit, sicut in Evangelio scriptum est, dereliquit: *Qui non renuntiat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus.* In dandis eleemosynis fuit largus, 5 in interventione miserorum festinus, in oratione devotus, in vigiliis sedulus, in caritate profusus, in fide firmissimus, in spe beatus, in conversatione justus. Hic nonnullorum Christi athletarum animos ad perpetuæ retributionis bravium incitavit, quorum spem in terribili passionis examina- 10 tione ut deficeret timebat. Ad illum etiam alii christiani propter sanctitatem et signa quæ Deus per illum operabatur confluebant, et quasi debitum defensorem vel patrem honorabant. Huic ipse Trason in confessione sic sociatus fuerat, ut quidquid christianis de suis facultatibus dederat, hujus 15 consilio faceret. Qui etiam a calore fidei potenter armatus, Romanorum principum qui se palma victoriæ et sapientiæ illustratione super orbem terrarum glorificabant, errorem intrepidus redarguit et corda rebellium non minus miraculis quam prædicationibus obtemperabat. Sancti autem Sisinnius, 20 Largus et Smaragdus, videntes gratiam Dei quæ in eo enituit, nusquam ab ejus præsentia patiebantur abesse. Qui, Deo cooperante, semina vitæ perpetuæ late per incredulos divulgabant, quatenus juxta apostolorum normam illis esset cor unum et anima una. 25

℟. Dum in custodia esset beatus Cyriacus et jam de eo oblivio esset facta, multi christiani pergebant ad eum in custodiam, cæci illuminabantur et infirmi sanabantur a languoribus suis. — ℣. Multi quidem qui detinebantur variis languoribus pergebant ad eum in custodiam. Cæci illuminabantur. 30

Lect. V. In illis diebus Diocletianus princeps, maximam invidiam ubique exercens in christianos, sanctum Dei virum Gaium papam cognatum suum tenuit, et eum cum a fide et confessione Christi avertere non potuisset, martyrio coronavit. Qui cum ecclesiam Dei undecim annos, menses quatuor, 35 dies duodecim rexisset, decimo kalendarum maii, in Roma

cum Gavinio fratre sub Diocletiano martyrio coronatus, sedem sui episcopatus beato Marcellino reliquit. Qui in gregibus sibi commissis fidelium vigilans, quatenus in omnibus Christi augeret ovile, sanctum Cyriacum et Sisinnium clero
5 Domini subrogavit, eosque ad gradum subdiaconorum provexit. Non longe post Aureliano exstincto, non minus Diocletianus Dei persecutus ecclesiam, Romani imperii suscepit monarchiam. A quo beatus Marcellinus papa cum ecclesiam annos novem et menses quatuor et dies sex rexisset, sexto
10 kalendas maii pro fide Christi cum Claudio et Cirino et Antonino capite truncatus est, et post triginta quinque [dies] sepultus via Salaria in cubiculo a Marcello presbytero. At christiani, percusso pastore, nimium tristes effecti, Deo monstratore sanctum Marcellum elegerunt, illumque sum-
15 mum pontificem magno sacraverunt honore; nimium gaudentes tanto fidei præcone, Deo gratias agebant. Ille præsul ecclesiæ et summus sacerdos, virtute potens, ore sagax, plenus divino amore, jam pontificatus infulis decoratus, constituit titulos in urbe Roma propter baptismum et pœni-
20 tentiam, et ordinavit presbyteros viginti quinque et diaconos duos, Cyriacum et Sisinnium, quo populum regerent et verba vitæ docerent, et baptisma darent, et pane cœli reficerent, quatenus populo fideli Christus, potus et cibus, ubique esset abundans. Ad hæc intelligens quod Trason vir christianissi-
25 mus propter consilium sancti Cyriaci de facultatibus suis alimoniam et victum sanctis Dei administrabat, ducens consilium, super thesauros ecclesiæ ministrum constituit, ut indigentibus et fratribus in ærumna passionibus afflictis utcumque potuisset solatium exhiberet. Ille fortis athleta
30 Dei, sicut antea sibi subditos intrepidus præibat in militia, ita nunc servus Dei impavidus administrabat quæ erant necessaria pauperibus et sanctis.

℟. Cœpit namque Artemia filia Diocletiani a dæmonio vexari; inde pater nimium contristatus noluit comedere cibum, sed misit ad
35 custodiam ubi beatus Cyriacus erat clausus, fecit eum educere et sibi præsentari; quem rogare cœpit ut sanaret filiam ejus quæ a dæmonio vexabatur.—℣. Sanctus Cyriacus Artemiam a dæmone orando liberavit

et eam baptizavit et rex cœpit multum gratulari per merita sancti Cyriaci. Quem rogare.

Lect. VI. In capite kalendarum martii cum antiquo more apud Romanos tenerentur comitiæ, dies processionum extabat in Martium campum. Illo die, sicut scriptura testatur, 5 præcepit Maximianus ut ante rhedam ejus nudus catenis ligatus traheretur Cyriacus, et tradidit eum Carpasio propter Arthemiam ad puniendum. Postea, nonas tertio martii, eductus de carcere per eumdem Carpasium et pice reliquata super caput perfusus est. Et rursus post dies quatuor, id est sexto 10 idus martii, in catasta extentus, attractus nervis, fustium ictu pertusus est. Hinc vero in septimo die, id est, septimo decimo kalendas aprilis, jubente Maximiano, capite truncatus est cum Largo et Smaragdo et aliis viginti. Sequenti autem nocte sepulta sunt omnium illorum corpora a Johanne 15 presbytero et a viris quos Trason et beata Lucina clam ad hoc opus mittebant, via Numentana; sed dum corpus sancti Cyriaci aliquot dies occultaret, optans ut in aliquo pulchriori loco sepeliret, imminente sacrilegi cæsaris severo judicio, fertur quadam intempesta nocte inter Largum et 20 Smaragdum sepelisse. Maximiano autem eodem anno pergente cum exercitu contra Constantium in Galliam, elevatæ sunt sancti Cyriaci, Largi et Smaragdi lipsanæ a venerabili papa Marcello, in quinto mense ab aprile, id est in augusto, a via Numentana, et allatæ sunt in via Ostiensi, in prædium 25 sancti Cyriaci, unde genitus fuerat, situm in miliario septimo ab urbe Roma, et conditæ sunt in novis locellis ab eodem Marcello et Trasone et beata Lucina et Johanne sexto idus augusti. Et constitutum est ut nulli christianorum licitum esset duos hos dies, illum in quo gloriose de morte trium- 30 phaverunt, alterum in quo depositio honorifice facta est, absque solemnitate transire, et certa unusquisque sibi in his sanctorum intervenientibus meritis a Deo expeteret auxilia, annis sibi jugiter succedentibus in laudem et gloriam Dei. Johannes autem venerabilis memoriæ presbyter, incom- 35 mutabili veritate necessitatibus sancti Cyriaci usque ad

extrema vitæ suæ compatiens, scribens omnia quæ viro Dei in ista mortali vita erroribus plenissima accedebant, uti oculis videbat ita rei memoriam litteris commendabat. Sanctus autem Marcellus, cum secundo in via Ostiensi sanctorum 5 sepeliret corpora, præcepit ut eadem Johannis descriptio in locello sancti Cyriaci diligenter conderetur, ut posteris aperiretur qualem fructum Deus pacificum ferret his qui per fidem certantes, optant in Deo solo fore beati, participes immortalitatis ejus effecti. Dehinc, post multorum annorum 10 curricula, sub venerabili viro Gregorio, Romanæ urbis trigesimo et sexto a beato Marcello episcopo, in septimo ordinationis suæ anno, Christo januam perpetuæ salutis pandente, revelatæ sunt eidem pontifici sancti Cyriaci et sociorum ejus reliquiæ. Inventæ sunt autem in via Ostiensi, in uno antiquo 15 ædificio, quod scriptura testatura Trasone et beata Lucina in honorem sanctorum martyrum quondam fabricatum fuisse. Sed Julianus apostata, dolens nomen Christi in suo regno usquam celebrari, fertur diis ibi immolando idipsum diruisse, inaniter ratus servorum Dei memoriam penitus esse deletam. 20 Ibi etiam in inventione sancti Cyriaci, cum odor omni pigmento dulcior mira fragrantia[1] omnium qui aderant[2] naribus sese infunderet, et miserantis gratia Christi membris ægrotorum rediviva salute pristinam sanitatem inferret, inveniebatur illa Johannis descriptio in sancti Cyriaci locello 25 ita servata et ærugine incorrupta quasi eodem anno manu alicujus scribentis esset formata. Quam venerabilis papa palmis trementibus replicans, ut erat sagacissimo ingenio, eam legendo cito pertransiit, et statim cum particula corporis sancti Cyriaci quam ibi in altari condidit reponit, ne aliquis 30 hujus vitæ actionibus impeditus aliquatenus incaute succumberet, si præconem egregii martyris vel scripturam tam electi sacerdotis aliter quam dignum esset tractaret. Eodem die, inter missarum solemnia sanctus præsul clero populoque astanti omnia sancti martyris gesta, ut Johannis 35 historia testis veridica antea referebat, præ gaudio lacrimatus

[1] *cod*, flagrantia. - [2] *add. cod.* se.

prædicabat, et præcepit tam in vicino positis quam procul quatenus sexto idus augusti pro festis susciperetur, et semper revertente anno honore solemni haberetur, eo maxime quia in eodem die, id est, sexto idus augusti, quod hæc fiebant, olim a sancto Marcello eorum corpora a via Numen- 5 tana eo translata honorifice sunt sepulta, in laudem et gloriam Dei, cui est honor in secula.

℟. Dedit ergo beato Cyriaco Diocletianus domum in Roma, et habitavit cum pace et quiete; interea venit legatio a rege Persarum ad Diocletianum augustum, ut ad se Cyriacum diaconum dirigeret; 10 hoc cum Serena beato nuntiasset Cyriaco, cœpit ire securus, et pervenit ad Saporem regem et cum grandi honorificentia susceptus est ab eo. — ℣. Ibi quoque a Iobia diabolum expulit et eam christianam effecit, regem cum populo baptizavit et multos ibi sanavit. et reversus est Romam ad Diocletianum augustum. Et cum grandi. 15

TERTIO NOCTURNO.

A. Iobia, regis filia, per beatum Cyriacum a dæmonio liberata, simul cum patre suo et multo populo baptizata est. **Ps**. In Domino confido. **A**. Confortata in fide Christi, Iobia exclamavit dicens : Vere Dominus Jesus Christus, quem prædicat Cyriacus, ipse est verus. 20 **Ps**. Dne, qui habitabit. **A**. Reversus a Persida, post multa miracula ibi facta, Cyriacus susceptus est cum magna gloria a Diocletiano et Serena augusta, et habitavit cum Largo et Smaragdo in domo sua. **Ps**. Conserva me.

℟. Post mortem Diocletiani filius ejus Maximianus regnare cœpit. 25 Qui tenens venerandum Cyriacum, misit eum in carcerem et præcepit ut in die processionis suæ beatus Cyriacus nudus catenis ligatus ante rhedam ejus traheretur. — ℣. Zelo ductus Maximianus propter Artemiam sororem suam, sanctum Cyriacum fecit teneri et fortiter torqueri, tradens eum Carpasio vicario suo, et præcepit ut in die proc. — ℟. Mul- 30 tis namque tormentorum generibus cruciare cœpit beatum Cyriacum impius Carpasius, præcepit picem reliquari et in caput ejus fundi; fecit eum in catasta extendi et attrahi nervis et fustibus cædi. Beatus autem ille laudes Deo agebat et gratias referebat. — ℣. Tortores quoque sanctum Cyriacum crudeliter puniebant et eum a vera fide aver- 35 tere volebant. Beatus. — ℟. Postquam levita Dei venerandus Cyriacus beatus et sanctus pro Christi nomine diversa constanter sustinuit supplicia, gladio est decollatus et ad Dei regnum gloriose translatus. — ℣. Ora pro nobis, beate Cyriace, ad Deum cum quo semper gaudes in pace, cujus es pro nomine martyrio coronatus. Et ad Dei regnum.

VITA METRICA
S. FRIDERICI
EPISCOPI LEODIENSIS
ex cod. Londiniensi (Addit. mss. 24914).

NUNC PRIMUM EDITA OPERA ET STUDIO

GODEFRIDI KURTH

IN ACADEMIA LEODIENSI HISTORIÆ PROFESSORIS.

Quum Londinii in evolvendis codicibus manuscriptis Musei Britannici versarer qui ad res belgicas spectant, quorum pars maxima olim in monasteriis nostratibus exarata est, incidi in egregium codicem membranaceum seculi XII, foliorum 135, accuratissime conscriptum, litteras initiales habentem majores et ornatas, titulosque rubricatos, qui, ut ex nota manuscripta folii ultimi patet, erat *liber sancti Trudonis in Hasbania.* Continebat autem inter plures diversorum libellos quos accuratius inspicere tunc mihi per tempus non licuit, carmen cui titulus manu seculi XVI inscriptus erat hisce verbis : *Epitaphium et vita S. Frederici trajectensis epi et martyris.*

En habes, amice lector, ineditam, quantum mihi compertum est, vitam S. Friderici, episcopi Leodiensis — etenim apertissimo errore Trajectensi Ecclesiæ idem pontifex in titulo operis vindicatur. Quam si publici juris facerem, non omnino viris doctis ingratum me fore arbitratus sum.

Sed priusquam in lucem prodeat, non abs re erit paucis de origine auctoreque ejus dissserere.

Otberto episcopo anno 1119 defuncto, acris inter Leodienses de successore ejus dissensio orta est, quum pars major Fridericum, majoris ecclesiæ præpositum, ceteri vero Alexandrum archidiaconum infulis pontificalibus ornare studerent. Exardescit bellum : Alexander, quanquam potentum fretus auxilio, pellitur; Fridericus, plebis amor, triumphat, sed paulo post occumbit, non sine vehementi veneni suspicione. Quem ut sanctum martyrem sui venerati sunt et posteris commendavere. Vix aliquot a morte ejus annis elapsis, emersit (paulo post an. 1139) Vita ejus prosa oratione conscripta, quam seculo XIII Ægidius Aureæ vallensis fere totam Chronico suo inseruit, quum tamen ex pietate erga sedem episcopalem et

memoriam Alexandri omnino suppressisset quidquid in ea de veneno perhibebatur. Sicque factum est ut, Chronico Ægidii plurimum apud coævos ejus valente, Vita ipsa paulatim e manibus exciderit; quam demum, etiam Henschenio ignotam Molanus primus invenit et postea Chapeavillus noster in manibus habuit. Editam tandem a Martenio et Durando in tomo IV *Amplissimæ Collectionis*, nostris temporibus v. d. Wattenbachius in t. XII *Monumentorum Germaniæ historicorum* denuo cudi curavit. Neque ego in his rebus commemorandis tamdiu commoratus essem, nisi de auctore ejus haberem aliquid quod dicam. Falso enim ab Ægidio adscriptam fuisse hanc Vitam Renero, monacho S. Laurentii in suburbio Leodiensi, inter omnes constat; quis autem reipsa auctor fuerit, ipsum Wattenbachium fugit. Attamen prædictus Renerus in libello de scriptoribus monasterii sui disertis verbis testatur scriptam fuisse a Nizone, monacho et quondam magistro suo, cujus se ferulæ non semel manum subduxisse confitetur; de quo sic prosequitur : *Claras edidit melodias de sanctis Johanne et Paulo martyribus, de sanctis Nazario et Celso, de domno* FREDERICO LEODIENSI EPISCOPO, *ex cujus etiam gestis, obitu vel miraculis libellum scripsit* (Lib. I, 17, ap. Pez, *Thes.* t. IV, p. III, p. 32).

Tempus autem quo fere opus suum susceperit Nizo, satis exacte definiri potest, quum Nizonem non nisi post Godefridi Namurcensis mortem, quæ anno 1139 evenit, calamum tentasse ex ipsius libello pateat; præterea in ea ætate scripserit qua plures adhuc supererant qui de Friderico male meriti erant, ut ipse declarat : *Plus de vita hujus sancti explanare supersedemus, propter scylleos canes quorum nonnulli qui illum oderant, adhuc vivunt.*

Jam ad Vitam metricam, quam infra edimus, accedamus. Mirum in modum consentit cum illa altera in rebus enarrandis, quum utraque eadem erga Fridericum devotione, eodem in inimicos ejus ardeat odio, nec non eamdem de veneno profiteatur opinionem. Discrepant tamen quod ad materiam concinnandam spectat : nam in Vita soluta oratione conscripta inveniuntur plura quæ in Vita metrica desunt, et speciatim miraculorum narrationes; ita ut versis vicibus Nizonis libellus pedestri sermone incedens commodius arti poeticæ vindicandus videatur quam poetæ ignoti carmen rude et strictum, quod præter metrum omni lepore destitutum apparet.

Quæ autem, si de fonte quæratur, inter utrumque scriptorem ratio intercedat, et utrum alter altero usus sit necne, haud facile, mea quidem sententia, discerni possit. V. d. Edmundus Bishop, cujus amicitia gaudeo, cuique ob curam in chartis meis iterum cum codice conferendis summas grates debeo, omnes contulit poetæ nostri locos, qui sive cum Nizone sive cum ceteris ejusdem ævi monumentis usque ad verbum concordant : quos in margine inferiore mox exhibebimus. Quid autem hæ efficiant similitudines, et num ex eis eluceat Nizonem a nostro aut nostrum a Nizone exscriptum esse, vehementer dubito : trahit animus ut magis opiner eas fluxisse ex ipsa re narranda, quæ se una eademque scriptoribus objiciebat. Quidquid id est, non multum a vero erraveris, si opusculum nostrum eidem cui Nizonis libellum ætati tribuas et circa medium seculum XII ortum esse censeas. Nullo autem modo recentiori adscribi potest ævo : codex enim Trudonensis, cujus

pars est, illius seculi notas omnes præ se fert; auctorem vero amicum Friderici et coævum fuisse, a primo ad ultimum versiculum ipsum carmen, si attente perlegas, testatur. Quin etiam ipsum odium quo in Alexandrum supposito Symonis nomine et in fratres ejus scriptor invehitur, animum recenti iræ obtemperantem non obscure prodit.

Præterea et hoc de carmine nostro animadvertendum puto, quod initium ejus, versus quatuordecim continens, nihil aliud est quam sancti pontificis epitaphium, quod, ut ait Ægidius, *circa ejus sepulchrum ante concremationem ecclesiæ litteris deauratis exaratum erat.* Illud idem Ægidius in Chronico suo transcripsit; et, si unum versiculum excipias, plane concordat cum initio carminis. Hoc tamen epitaphium diversum primitus fuisse a carmine ipso, et non nisi postea a poeta anonymo operi suo tanquam caput impositum fuisse, manifestatur hisce versiculis, qui statim post epitaphium sequuntur :

> Latius hic tanti refero certamina sancti
> Quæ sacræ mortis vicit constantia fortis
> Martiriique bonam sibi quæ peperere coronam.

Post quos prosequitur sic canens :

> Editus insigni Fridericus nobilitate...

Equidem confido nullum esse legendi peritum, quin hic deprehendat anonymum ex duobus operibus unum sibi conflantem et *callida* illa *junctura* carentem, quæ ad consutarum partium vestigia obliteranda necessaria fuisset.

Quæ quum ita sint, de epitaphio prius disquirendum mihi videtur. Revera sepulcro S. Friderici insculptum fuisse nos docuit Ægidius; pluries transcriptum esse ostendunt varii codices unde illud eruerunt viri docti : inter quos v. d. Dümmlerus codicem B. Mariæ de Bona Spe in pago Hannoniensi, seculo XIII conscriptum, adhibuit. Cujus auctor quisnam fuerit, docere nos posse putat Henschenius, qui et ipse epitaphium illud in commentario prævio ad Vitam S. Friderici edidit, et per litteras ab Al. Wilthemio et Bollando vicissim missas comperit a viris doctis auctorem hujus haberi Giselbertum, abbatem Lacensem, qui vitam clausit a. 1152. *Vellem scire,* addit Henschenius, *quo argumento probari possit epitaphium Friderico scripsisse Gilbertus : alioqui non male conveniunt locus et tempus.* Sed et ad istam opinionem fulciendam accedit quod ante aliquot annos v. d. Wattenbachius in lucem protulit epitaphia metrica sex, quæ in folio membranaceo, seculo XII exarato, in Museo Germanico Norimbergæ asservantur, et fere omnia viros memorant qui sub initium seculi XII vita decesserunt : sunt enim memoriæ dedicata Anselmi Laudunensis, qui obiit 15 julii 1117, Caroli comitis Flandriæ, qui 2 martii 1127, Henrici imperatoris, qui 7 augusti 1106, Gisleberti, abbatis Lacensis, qui 6 aug. 1152, Henrici, comitis Palatini II, qui 12 aprilis 1095 defunctus est. Cum quibus si conferas Friderici epitaphium, adeo mira tibi se prodet similitudo, ut eamdem plane scribendi rationem et, ut ita dicam, unius scriptoris stylum perfacile agnoscas. Etenim non solum hinc inde versus leonini

qui dicuntur apparent, sed et utrimque nimium indulgetur difficilibus nugis, quales a metro latino etiam atque etiam refutantur; cujus generis sunt spondaici finales per binos sibi versiculos respondentes, nec non in singulis versiculis pedum secundi et quarti consonantia, etc. Sed quid ea de re censendum sit, tu ipse, lector, videris, collato epitaphio Friderici cum parte illius quod in Lacensi membrana Anselmum celebrat.

Epitaphium Friderici

Ex Dümmlero

(*Neues Archiv*, II, p. 603).

Clauditur hac tumba simplex sine felle columba,
Quæ nobis vivam referebat pacis olivam.
Cor sublime gerens, scripturis totus inherens
In se spernebat quod nobilitate vigebat.
Plebis catholicæ te pontificem, Frederice,
Elegit Christus, sacravit papa Kalixtus.
Sed despecta malis electio pontificalis
Plus fuit errori, quam nominis hujus honori.
Inde furens simonia ruens in jus alienum,
Bella tuis dedit, arma suis, tibi sancte venenum.
Hec tuleras, nec victus eras in agone bienni.
Sed frueris modo cum superis mercede perhenni.
Ergo simul Christi præsul martyrque fuisti,
Cui te commendas sexto Iunii ante Kalendas.

Pars Epitaphii Anselmi

(*Anzeiger für Kunde der deutschen Vorzeit*, 1869, p. 39).

Heu moriens, nos effugiens, cur sic fugis a te,
Fons saliens, modo deficiens Anselme beate?
Mors miseros fugit innumeros clamata nec audit:
Innumeros faciens miseros tua lumina claudit.
Nocte tua jam luce sua defungitur orbis,
Luce tua quia nocte sua resplenduit orbis
Tu patrie decus, ecclesie diadema fuisti,
Egregie quia justicie normam tenuisti.
Te probitas operis, bonitas animi decoravit,
Sobrietas mentis, pietas super astra levavit.
Francia Flandria Scotia Datia te celebravit,
Fresia Suevia Belgica Gallia nobilitavit.
Non ducibus, non principibus fuit ista potestas,
Consulibus seu presulibus non talis bonestas,
Quam tribuit qualem voluit tibi gratia Cristi
Apposuit tibi, complacuit celumque petisti.

Itaque plura exstare videntur argumenta cur eidem monacho Lacensi qui in decorandis virorum illustrium sepulcris tantum desudavit, etiam Friderici elogium tribuere audeamus: et quidem ipsi Giselberto abbati, quem Bollandus et Wilthemius, validis proculdubio quanquam mihi ignotis rationibus freti, auctorem perhibuerunt. Equidem viris clarissimis tanquam ita præopinantibus facile assentior cuncta illa carmina Giselberti calamo deberi, si tantum illud excipias, quod in ejus honorem a quodam discipulorum postea concinnari et in schedula Lacensi ceteris addi potuit.

Ad carmen autem quod attinet, leves quidem sed non adeo absurdas afferre possum conjecturas. Quum in uno tantum exstet codice, et illo quidem coævo, qui apud Trudonopolim exaratus est, jam aliqua ea propter oriebatur apud me suspicio, auctorem fuisse monachum celebris illius cœnobii Hasbaniensis, ubi sub abbatibus Theodorico et Rodulpho (1099-1138) litteras floruisse constat. Huic favet conjecturæ carmen aliud quod in eodem codice, nunc Londiniensi, statim post vitam S. Friderici descriptam Theodorici abbatis res gestas et laudes exorditur, et eisdem quos supra notavi metricis rationibus utitur, ita ut eidem auctori adscribendum etiam videatur. Jam vero panegyricus Theodorici nobis originem suam tacite quidem sed satis evidenter declarat, quum S. Trudonem *patrem* appellet, Theodoricum *hic* (sc. Trudonopoli) altum et doctrina imbutum asserat, et seipsum plus semel unum ex monachis ei subditis esse profiteatur, e. g. his versiculis:

> Nobis est tandem nostroque loco revocatus...
> Tempore nos modico rexit, quod non meruerunt
> Hunc mala nostra quidem dum nobis subripuerunt...
> Sic nostri capitis est rapta corona decoris...

Quin etiam coævum se fuisse viri venerabilis testatur, sic de eo narrando:

> Vidi quod crebro lapides ac ligna ferebat.

Attamen superstes etiam successori ejus Rodulpho fuit, de quo tanquam jam vita defuncto talia subnectit:

> Isti successit Rodulphus, qui probitatis
> Ejusdem magnæque fuit vir strenuitatis,
> Et non inferior illo...

Præterea ex Chronico S. Trud. ad ann. 1107 novimus, eo tempore, quo Theodoricus regulam Cluniacensem cœnobio suo imponere constituit, quinque tantum pueros in schola monastica, decem vero monachos cum patre suo mansisse: unde ex numero quindecim illorum auctor carminis nostri fuisse evincitur. Quantum autem tunc temporis alumni scholæ monasticæ sub magistro Rodulpho in litteris profecerint, hisce verbis testatur Continuator Chronici S. Trudonis: *Scripsit igitur* (Rodulphus) *eodem primo anno volumen illud utilissimum, multum continens scripturæ, et pueros vix musam declinare sciolos non tam dictamen quam metrum quoque componere docuit.* Et complura ejusdem generis addit.

Ut paucis igitur verbis disceptatiunculam meam concludam, Vita S. Friderici metrica, quæ hodie post diuturnam oblivionem luci redditur, scripta fuisse videtur circa medium seculum XII, a monacho quodam cœnobii S. Trudonis qui, sub abbate Theodorico monasterium ingressus, Rodulphi forsan discipulus fuit.

Epitaphium et vita S. Frederici Trajectensis episcopi et martyris. (1)

Clauditur hac tumba simplex sine felle columba,
Quæ nobis (2) vivam referebat pacis olivam
Cor sublime gerens, scripturis (3) totus inherens
In se spernebat quod nobilitate vigebat.
5 Pacis (4) catholicæ te pontificem, Frederice,
Elegit Christus, sacravit papa Kalixtus.
Sed despecta malis electio pontificalis (5)
Plus fuit errori (6) quam nominis hujus honori (7).
Inde furens symonia ruens in jus (8) alienum,
10 Bella tuis dedit, arma suis, tibi, sancte, venenum.
Hæc tuleras nec victus eras in agone bienni,
Sed frueris modo cum superis mercede perhenni.
Ergo simul Christi presul martyrque fuisti,
Cui te commendas quinto Mai ante Kalendas (9).
15 Latius hic tanti refero certamina sancti
Quæ sacræ mortis vicit constantia fortis

(1) Epitaphium Friderici invenitur apud Ægidium Aureæ Vallis (*Mon. Germ. Hist.*, Scr. tom. XXV, p. 97); præterea editum est ab Henschenio forsan ex apographo Wilthemiano (*AA. SS.*, tom. VI Maii, p. 725), a Dümmlero ex codice sec. XIII, olim B. Mariæ de Bona Spe, qui nunc in bibl. publica Montensi asservatur (*Neues Archiv für ältere deutsche Geschichtskunde*, tom. II, p. 603) et a Bormansio, *Jean d'Outremeuse*, tom. IV, p. 329. Quorum variantes lectiones, jam ab Hellero in Ægidio l. l. collatas, infra invenies. — (2) *vobis* Hensch. — (3) *scripture Æg.* — (4) *Plebis* ceteri. — (5) Deest integer versus apud Æg. — (6) *horroris Æg.*, Hensch. — (7) *honoris Æg.*, Hensch. — Versus 8us apud Hensch. et Æg. positus post 5um, quod aperte mendosum est. — (8) *aes* Hensch. — (9) Versus 13 et 14 leguntur etiam apud Henschenium et apud Dümmlerum, nisi quod hic pro *quinto Mai* habet *sexto Iunii*; sed pro eis apud Ægid. in editione Pertziana inveniuntur sequentes :

Julius aut Julias Nonas sub luce Calendas
Gloria virtutum doceat te glorificatum.
Percipe te dignam, presul martyrque, coronam.

Quorum ultimi duo et apud Hensch. leguntur. Henschenius loquens de versu Ægidii quem refutat, ita eum refert : Julius aut Julias nona sub luce Kalendas.

Martiriique bonam sibi quæ peperere coronam.
Editus insigni Fridericus nobilitate
A puero viguit prudenti simplicitate,
20 Simplex et meritis humilis dulcisque loquenti
Et promptus miseris affectu compatienti (1).
Non animo duplex, animo vultuque serenus
Et fuerat prorsus omni dulcedine plenus.
Pluribus ille bonis subnixus, nobiliorem (2)
25 Vitam ducebat, morum sectando decorem.
Spernebat pompam nativæ nobilitatis
Et quicquid sequitur ea nobilitas levitatis.
Non canibus nec equis curam prebebat alendis;
Ast intendebat libris sibi conficiendis.
30 Hi sua militia : comites hos semper habebat.
His animæ lucro sua mens devota studebat :
Quod tamen a stultis pro stultitia reputari (3)
Et super hoc tamquam stultus satis hic reprobari :
Stulti non poterant hoc lumen cernere veri (4),
35 Nec poterat virtus ab eis sincera videri,
Cum preter tenebras nil norunt stultitiarum,
Virtutemque putant quod sit modo delitiarum.
Formæ vero fuit celebris tantique decoris
Ut laudes formæ precelleret eximioris.
40 Res erat in motu; Symonis commenta maligna
Æcclesiam nimium vexabant arte maligna;
Nam Symonem defensabant nova monstra deorum
Virtus plura potest in nostro tempore quorum.
Albinus sane fuerat cum fratre Rufino.
45 Largus uterque satis et munere fretus equino.
Hi Symonis partes properant virtute tueri
Qua poterant. Verum cupientes falsa videri
Cedere restabant pauci, tantus metus illos (5)
Obruit et tantum corrupit muneris illos (6).

(1) Cum vv. 20, 21 cfr. Canon. Leod. *Chron. rhythm.*, ap. Pertz, *Mon.* Scr. tom. XII, p. 419, linn. 366-368 (Bishop). — (2) Cfr. ibid., ll. 363-366 (B.). — (3) Cfr. ibid., p. 420, l. 387 : *nobilibus hæc ignobilitas* (B.). — (4) Cfr. ibid., l. 388 : *Divitibus hæc inest cecitas* (B.). — (5) Cfr. *Vit. S. Frider.*, ap. Pertz, tom. XII, p. 503, ll. 13-14. — (6) Ibid., l. 14.

50 At vir premissus neutro potuit cohiberi,
Acceleratque magis verum ratione tueri.
Conspirant illi pridem terrore paventes
Et Symoni prius obniti male diffugientes.
Tum constanter agens, causamque regens deitatis,
55 Æcclesiæ cathedram per opus meruit pietatis.
Quis referat quam catholice quantoque virorum
Electus fuerit fletu bene [1] catholicorum?
Ferventes aderant terroris turbine primo
Defecti, fletusque dabant a pectoris imo
60 Gaudia quos mentis effundebant melioris
Atque [2] satis super hoc constanter habere vigoris.
Electus vero sollempniter atque sacratus
Plures meroris fert mente pia crutiatus,
Totque pati genera sub pectore subpliciorum
65 Æcclesiæ quot [3] contigerant adversa laborum;
Martiriique [4] satis jam tunc spirabat agonem,
Decertans Symonis cohibere superstitionem,
In cujus partes plures jurasse videbat,
Quos contra justos graviter sevire dolebat.
70 Advertens autem gravius mala multiplicari (1)
Et Symonem tantum de bellis sollicitari,
Bellis utentem bello Symonem superavit
Et cum complicibus quamtocius urbe fugavit.
Acrius instabat Symon et fera bella movebat.
75 Atque pios rerum dampnis magis afficiebat.
Nec tamen hos frangit, sed victus ubique recedit (2).
Quidquid temptasset, illi nunquam bene cedit.
Vir Domini plebem sibi commissam sapienter
Ammonet ut tulerint hæc interea patienter
80 Et non deficerent, quia, quo graviora dolerent,
Auxilium Domini citius clementer haberent.

[1] *pro* fletu bene *legitur in margine inferiore* singultu. — [2] *cod.* itaque. — [3] *cod.* quod. — [4] *cod.* martiriūque.

(1) *Vit. S. Frider.*, p. 504, ll. 40, 41 : *videntes quia multiplicata sunt mala* (B.). — (2) Ibid., p. 505, l. 11 (B.).

Tum quoque, collidens Symonis monimenta, tabellas
Militibus tribuit quibus has inhibere procellas
Posset. Sic per opes Symonis Symonem reprimebat,
85 Sic bellis bella reddens hostes abigebat.
Frater uterque suas vires sibi conciliabat,
Æcclesiæ pio partes cum fratre juvabat[1].
Porro Symon, laxis iræ dum fervet habenis,
Cetera frustratus innititur arte venenis
90 Corrumpitque virum minus hac sibi parte caventem (1)
Innocueque satis et simpliciter gradientem.
Diffundi per menbra dolor sensimque dolebat (2),
Egrius et menbris se sensim virus agebat
Martiriumque viri sub momentis celebrari.
95 Quo super ille satis sibi conscius exhilarari,
Certus justitiæ se causam prorsus habere,
Certus justitiam meritum palmamque manere.
Viscera corrumpens pestis diffusa resolvit
Ordine composito, sed et in contraria volvit.
100 Tempore non modico sic egrotando laborans,
Grates reddebat super hoc enixius orans.
Jamque medullarum pervaserat ultima virus,
Et totum corpus dolor afficit undique dirus.
Lecto decumbens in mortem deficiebat (3)
105 Eternamque magis in vitam proficiebat.
Tum per menbrorum purgatur singula : cedit
Offitio visus, oculis lux ipsa recedit (4);
Obriguitque manus et cetera menbra vigore
Privantur, nimio morbi confecta dolore.
110 Multaque donorum sub id accipit ille laborum,
Xps quippe sibi meritis dabat omnia scribi
Immeritusque mori. Tandem vitæ meliori
Succedit, mortem linquens, mundi quoque sortem.

[1] *cod.* juvavat.

(1) *Vit. Frid.*, p. 505, l. 23-24 : *Muneribus siquidem nescio quo pincernarum ejus corrupto, venenum poculo ipsius clam miscuerunt* (B.). — (2) Ibid., ll. 25, 26 — (3) Ibid., l. 24 et 43 (B.). — (4) Ibid., p. 505, lin. 26 (B.).

Tunc insultabant qui pridem belligerabant
415 Fautores Symonis, quasi causa quidem rationis
Illis cessisset, dum vitam primus obisset
Qui causam veri se dixerat ante tueri,
Tamquam judicium Domini firmasset eorum
Causam, diversas partes reprobans aliorum.
420 Hac se jactabant, hac vana laude tumebant.
Pars bona deflebat, quam sic mala despiciebat,
Cernens extolli reprobos et letificari
Et se justitiæ sub causa mestificari.
At consolatur, dum verum notificatur :
425 Partem quippe suam mox signis testificatur
Judex qui falli nescit, qui pondera rerum
Prescius expendit presenti luce dierum;
Et quia sublato de presule dira fremebat
Pravorum rabies, dum mortis ei referebat
430 Hoc evenisse merito, pia vita benignis
Presulis astruitur divino munere signis :
Multi curantur vario languore gravati.
Exultant populi super his satis exhilarati;
Mutatur facies urbis gaudetque recenti
435 Leticia pridem turbata metu vehementi (1).
Meror torquebat Symonem Symonique faventes
Invidiæ flammas super hoc male concipientes
Et livore gravi sese satis afficientes,
Cotidie fieri virtutem plura videntes,
440 Cum jam tam certa non possent inficiari,
Cotidie siquidem cernebant hec iterari,
Non sancti meritis ascribunt, ast aliorum
Sanctorum fuerant in promtu corpora quorum;
Quos quasi dicebant post tempora multa redisse,
445 Actenus et peregre loca quam diversa subisse.
Urbem nunc tutam, nunc felicem referebant,
Ad cujus curam se sancti rursus agebant;

(1) Ibid., p. 506, ll. 19-20 : *Terris deinceps insplenduit multis miraculorum signis, quibus ad lætitiam mærentium lamenta civium convertit* (B.).

Nec jam deberet de bellis sollicitari
Quam citius solide constaret pacificari.
450 Quique piæ mentis, his credere diffugiebant
Virtutemque bonis magis applaudendo fovebant;
Certi de vita sancti, quæ plena piorum
A puero fuerat operum, certi meritorum,
Et quam passus hæc pro causa pietatis
455 Pertulit, hec patiens vir miræ simplicitatis;
Famaque discurrens hoc passim notificavit
Atque virum laude virtutum magnificavit,
Plures accedunt et cotidie relevantur,
Et Symon et Symonis fautores excruciantur.

In eodem codice statim ante Vitam S. Friderici legitur epistola Friderici archiepiscopi Coloniensis ad clerum Leodiensem, qua eos hortatur ne Alexandrum reciperent : cujus tenor sic se habet.

Fridericus, Dei gratia sanctæ Coloniensis Ecclesiæ humilis minister, Leodiensis Ecclesiæ archidiaconis, præpositis, decanis, scolasticis, cantoribus, omnibusque catholicis, a proposito sanctæ obedientiæ nullius necessitatis occasione declinare. Ex auctoritate evangelica necesse est ut veniant scandala, ut dum revelatur filius perditionis, manifesti fiant et probati quotquot præordinati sunt in sortem supernæ retributionis. Unde fraternitatem vestram præmonentes pia sollicitudine monemus, obtestamur, præcipimus ex debito sanctæ obedientiæ ne recipiatis (1) regiæ intrusionis violentia sub nomine designati episcopi ad vos venientem, quia temeraria invasione sedem nostram, quantum in ipso fuit, privavit archiepiscopali honore, nosque contempsit, quibus imponi voluit sine catholica electione, non veritus prævenire simoniaca ambitione indutias electionis vestræ, denominata die præordinatas, quas et vestra Ecclesia expetiit et sedis nostræ auctoritas concessit. Igitur in promptu habentes ulcisci omnem inobedientiam, in ipsum et in omnes ipsius sequaces vel eidem communicantes paravimus anathematis sententiam, a qua liberari desideramus fraternitatis vestræ obedientiam. Valete.

(1) Spatium vacuum hic relinquitur in codice, quasi nomen alicujus debeat adscribi.

VITA
SANCTI ANSELMI MÆONENSIS

EPISCOPI POLYMARTII IN ETRURIA.

NUNC PRIMUM EDITA.

Ad diem 24 Aprilis (1) prædecessores nostri egerunt de S. Anselmo breviter admodum ac jejune, quippe quibus de sancto viro perparum innotuisset. Multis autem post annis Joannes Petrus Siccius e Soc. Jesu misit Antverpiam ad Patres Bollandianos Vitam aliquam S. Anselmi quam illi in museo suo diligenter custodierunt, retractandis olim *Actis Sanctorum* servituram. Nos itaque jure ac merito in *Analectis Bolandianis* edimus pretiosum documentum, quod Ferrarius temporum injuria excidisse credebat. Apographum quod P. Siccius ad prædecessores nostros miserat ita inscriptum est:

VITA S. ANSELMI
POLYMARTII IN ETRURIA EPISCOPI
Descripta ex veteri membrana Bibliothecæ Urbiventanæ Fratrum Eremitarum Augustinalium.

Quæ quo tempore sit composita, nullo sat claro indicio declaratur. Certum tamen est post occupatam a Longobardis Italiam fuisse exaratam, nam in narratione sua auctor Longobardos confundit cum Gothis. Discimus ex hac Vita S. Anselmum quo de agitur fuisse episcopum, divina voce electum ad cathedram Polymartiensem, cui cum magna virtute ac sanctitate, signis quoque ac prodigiis illustris, præsedit. A Totila, Gothorum rege, male multatus, Christum invocans Christum ultorem habuit; tandem beatissima morte obiit, audientibus cunctis angelorum cantum ac jubilationem. Conditum fuit sacrum ejus corpus in ecclesia Sanctæ Dei Genitricis Polymartii. Vitæ sancti viri subjuncta sunt miracula post obitum patrata.

Ferrarius in *Catalogo Sanctorum Italiæ* scripserat quo tempore S. Anselmus in humanis fuisset, hactenus sciri non contigisse. Scimus ex hac Vita sanctum virum floruisse seculo VI medio : tunc enim Totila, rex Gothorum, in Italia regnavit. Quibus præmissis, edimus apographum P. Siccii cum additis ab eo notis.

(1) *Act. SS.*, tom. III Aprilis, p. 316.

Incipit vita B. Anselmi episcopi et confessoris.

1. Apud Polymartii civitatem natale S. Anselmi episcopi et confessoris, qui fuit vir eloquentissimus, pius, benignus, ac divinis Scripturis sufficienter instructus, qui etiam vita et
5 sanctitate laudabilis fuit. Tanto supernæ patriæ accensus desiderio fuit, ut magis cœlestis quam terrenæ dignitatis gratiam appeteret [1]. Tempore suæ juventutis se contulit Deo, dieque noctuque cogitabat quomodo posset servire Deo, memorando verbi apostoli qui dicit: *Servire Deo regnare*
10 *est.* Parentes ejus fuerunt viri christianissimi, servientes Deo in bonitate et in eleemosynis [2], quia viri erant locupletes [3]. Sed nunc parentum concitatus erat [4] bonitate, nunc sanctorum visitabat limina, et ibidem quæ audiebat de sacra Scriptura memoriter retinebat. Postquam parentes ejus
15 migraverunt ad Dominum, sæpe illud Evangelii verbum ante suæ mentis deducebat oculum: *Vendite quæ possidetis et date eleemosynam.*

2. In illis autem diebus civitas Polymartiensis orbata est suo antistite. Post cujus obitum canonici illius civitatis ad
20 majorem ecclesiam dictæ civitatis convenerunt. Cum jejuniis et orationibus ibidem pernoctantes rogabant Dominum ut sui misericordia mentes eorum perlustraret, ut dictæ civitatis eligeret [5] sanctum virum et sufficientem in episcopum, dominum et pastorem. Oratione diebus pluribus perfusa, et
25 jejunio, inflammati et illustrati Spiritus sancti gratia, et celebrata missa de Spiritu sancto, vox ad eos facta est: *Anselmum eligite in episcopum, quia dignus est.* Canonici unanimiter et concorditer una voce elegerunt in episcopum B. Anselmum dictæ civitatis. Facta electione, dicti canonici
30 cum reverentia et honore, cum hymnis et canticis, cum toto populo Polymartiense clamantibus, *Benedictus qui venit in nomine Domini*, collocaverunt dictum B. Anselmum in pontificali cathedra, licet quamplurimum dictum pontificale officium renueret.

[1] *cod.* appetebat. — [2] *cod.* elemosinis *et paulo inferius* eleomosynam. — [3] *cod.* locupletentes. — [4] *cod.* comitatus *sine* erat, *atque adeo sine sensu.* — [5] *sic.*

3. Pontificali igitur cathedra sublimatus eamdem gravitatem morum quam prius habebat et [1] humilitatem morum. In oratione pervigilabat, corpus macerabat, mulierum consortia fugiebat, erat humilis omnes suscipiendo, efficax in loquendo, alacer in exhortando, severus in corripiendo. 5 Magnæ perfectionis fuit vir iste: propter hoc Dominus dignatus est pro eo multa mirabilia facere et ostendere. Surdos enim fecit audire, cæcos illuminari [2], claudos fecit ambulare et mortuos suscitari [3], et a dæmoniorum vexatione plurimos liberavit. Dum quadam die equitabat extra civitatem, 10 accidit ut quædam mulier exstincti filii corpusculum ferret. Quæ cum servum Dei esset intuita, amore filii succensa, equum ejus per frenum tenuit, atque juramento dixit: *Nullatenus hinc recedes, nisi filium meum resuscitaveris.* At ille necessitatum habens tale miraculum, expavit petitionis illius 15 juramentum. Dedignare mulierem noluit, sed nequaquam prævalens hæsit animo. Considerare libet quale quantum [4] in ejus pectore [5] certamen fuerit. Ibi quippe pugnabant [6] inter se humilitas commiserationis [7] et pietas matris. Timuit ne invita [8] præsumeret dolor, ne orbatæ mulieri non [9] sub- 20 veniret: sed ad majorem Dei gloriam vicit pietas matris illud pectus virtutis, quod in eo [10] fuit validum, quia victum. Virtutis enim non esset, si hoc pietas non vicisset [11]. Itaque descendit, genuflexit et ad cœlum manus tetendit, et signum crucis super exstincti pueri pectus posuit. Quo orante anima 25 pueri ad corpus rediit; quem [12] manu comprehendit et flenti matri viventem reddidit, atque iter quod cœperat, pergit.

4. Alio autem tempore, dum oculorum quidam lumen [13] amisisset, ad hunc [14] deductus, intercessionis ejus opem 30 petiit, et impetravit [15]. Nam cum vir Dei, oratione facta, ejus oculis signum crucis imprimeret, ab eis, protinus luce red-

[1] *deest* et *in codice, sed necessarium videtur.* — [2] *cod.* illuminare. — [3] *cod.* suscitare. — [4] *sic.* — [5] *cod.* peccatore. — [6] *cod.* pugnabat. — [7] *intelligendum forsan* commiserantis. — [8] *ita cod. : forte legendum* injusta, *aut accipiendum* invita *pro* invisa (Deo). — [9] *cod.* nox. — [10] *an forte leg.* ideo? — [11] *cod.* vincisset. — [12] *cod.* quae. — [13] *cod.* lumine. — [14] *cod.* adhuc. — [15] *cod.* imperavit.

dita, mox cæcitatis tenebras abstersit[1]. Eodem namque (1) Gothorum tempore cum præfectus rex Totila Polymartium[2] venisset, ei virtute venerabilis Anselmus, ejus urbis episcopus, occurrit. Quem ille ut vidit, protinus sprevit,
5 atque iratus suis hominibus[3] jussit ut eumdem episcopum sub omni asperitate constringerent, eumque ejus examini[4] servarent. Quem dum feroces Gothi, ministri scilicet[5] crudelitatis illius, tenuissent, circumdantes eum uno in loco stare præceperunt. Beatus Anselmus ingemuit, atque acri
10 dolore commotus clamavit: *Christe, adjuva me.* Ad cujus vocem protinus sævientes Longobardos (2) immundus spiritus invasit, qui corruentes in terra tamdiu vexati sunt quousque[6] spiritus exhalarent. Quod cum regi crudelissimo nuntiatum fuisset, illa mens effera ad magnum ejus reve-
15 rentiam versa est.

5. Quidam miles eum rogavit ut ad domum suam diverteret et pro uxore sua, nomine Joanna, quæ per quinque annos paralytica jacebat, oraret. Quæ cum ad ejus orationem sanata esset[7]. Filia cujusdam militis Polymartii ex forni-
20 catione concepit, et filium parturiens quemdam sanctum diaconum[8] infamavit quod eam violaverit, et conceperit ex eo. Cum autem parentes puellæ eum interficere vellent, ad beatum Anselmum adveniunt, et quando puer natus sit, requiritur. Qui responderunt: *Hodie hora prima diei.* Dixit-
25 que[9] B. Anselmus: *Infantem huc adducite.* Quod cum factum esset, episcopus[10] infanti dixit[11]: *Dic, infans, in nomine Christi, si iste diaconus hæc præsumpsit.* Ad hæc infans inquit: *Diaconus sanctus et castus est, nec unquam carnem suam inquinavit.*

[1] *cod.* abscessit, *quod tamen dubium est, neque activum esse potest. Vide n. 7.* — [2] *cod.* Polimartius. — [3] *cod.* quae. — [4] *cod.* examine. — [5] *cod.* sic licet. — [6] *cod.* eo usque. — [7] *ita codex : aut delenda particula* cum *et mutandum* esset *in* est, *aut supplenda lacuna.* — [8] *cod.* diaconem. — [9] *cod.* dixeruntque. — [10] *cod.* episcopo. — [11] *cod.* dixerunt.

(1) Hæc serius inserta videntur: abrupta est enim orationis series neque satis cohæret. — (2) Patet ex hoc loco scriptorem vixisse post adventum Longobardorum in Italiam, eumque adeo Longobardos confudisse cum Gothis. Ceterum codex habet *Longobardis.*

6. Dum autem quadam die orationi incumberet B. Anselmus, serpens quidam magnus a parte pedum usque ad ejus sinum se tetendit: qui propter hoc ab oratione nullatenus surrexit. Completa vero oratione, dixit ei: *Scio quia ab initio creationis tuæ homines, in quantum prævales, inquietas; sed nunc si in me tibi potestas data est, fac in me quidquid merui.* Quo dicto serpens per caputium ejus exsiliens ad pedes ejus mortuus corruit.

7. Nocte quadam cum oraret, instinctu diaboli vehementer sitiens, jussit sibi aquam frigidam deportari. Dolos autem intelligens inimici, pulvinar suum super vas posuit, et in eo [1] diabolum intus inclusit, qui tota nocte vociferando ululare cœpit. Facto autem mane, qui tentare venerat, idem confusus abscessit. Quadam nocte, cum [2] more solito civitatis ecclesias circumiret, rediens domum audivit clericos suos rixantes [3], eo quod cum mulieribus fornicari vellent. Qui ecclesiam intrans pro eis oravit, et mox omnis stimulus tentationis abscessit, venientesque ante illum veniam postulaverunt.

De transitu ejus.

8. Hora denique sui transitus fecit omnes clericos dictæ civitatis Polymartiensis ad se vocari, et eos consolatoriis verbis paterno affectu ad divinum est exhortatus amorem. Tandem completa ejus admonitione tam dulci, orantibus dictis clericis una cum dicto sancto, obdormivit in pace. Cujus sanctissimam animam cum laudibus et canticis et jubilationibus, audientibus omnibus, angeli [4] ad gloriam summi regis deportaverunt. Post totus clerus et populus dictæ civitatis Polymartiensis portaverunt corpus ejus sanctissimum cum magna reverentia et devotione, et cum lacrimis et laudibus in ecclesiam [5] Dei genitricis Mariæ, et ibidem cum aromatibus sepelierunt. In qua beneficia divina exuberant orationibus ejus usque in hodiernam diem (1)

[1] *deest* eo *in codice.* — [2] *deest* cum *in codice.* — [3] *cod.* rissantes. — [4] *cod.* angelis. — [5] *cod.* ecclesia.

(1) Liquet ex hoc loco scriptorem non esse coævum nec supparem B. Anselmo.

ad laudem et gloriam Domini nostri Jesu Christi, cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen.

9. Rusticus (1) quidam cum post laborem messis in campo dormiret ore aperto, serpens est ejus ventrem ingressus. Evigilans autem cum nihil sentiret, domum rediit, et sero facto gravissime se torqueri sentit. Voces igitur miserabiles emittebat, et sanctum Anselmum [1] in sui auxilium invocabat. Sed cum dolor semper incresceret, ad ecclesiam ubi jacebat corpus B. Anselmi confugit, et ibidem [2] subito, eo dormiente, serpens sicut intravit, per os ejus exivit.

10. Puer quidam, nomine Jacobellus de Mongiano, non tamen infirmus, quodam [3] dæmonio pessimo videbatur obsessus [4]. Nunc enim in ignem se projiciens, nunc in terra collidens, nunc lapides mordens, lacerabat miserrime caput suum, et corpus sanguine cruentabat. Ore distorto linguam foras projiciens, membrorum machinam tam facile glomerabat ut sæpe crus suum poneret super collum. Pater [5] ejus, nomine Gluterius, festinat ad sepulcrum ejus fide plenus, et allatum puerum super tumbam B. Anselmi ponens, ejus protinus opem dum petit acquirit. Statim ejus puer ab infirmitate sanus efficitur, et jam ulterius nulla consimili læsione vexatur.

11. Benevenuta de Fracta dæmonio nequissimo vexabatur. Quam ita dæmonium in suam redegerat potestatem ut faceret eam per excelsam rupem, quæ in crepidine fluvii [6] eminebat, sicut aviculam volitare; suorumque merito peccatorum cum [7] latus sinistrum penitus amisisset [8], et manum contractam [9] haberet, medicis sæpe tentatis nihil proficiebat. Venit ad tumbam B. Anselmi corde compuncta, ejusque meritis invocatis contracta quidem manus extenditur,

[1] *cod.* Anselmo. — [2] *cod.* indem. — [3] *cod.* quadam. — [4] *cod.* obsessem, *perperam pro* obsessus; *nisi forte malis* obsessus esse. — [5] *cod.* Patri. — [6] *cod.* fluvium. — [7] *deest in cod.* — [8] *cod.* amisissem. — [9] *cod.* contracta.

(1) Hæc addita posterius videntur, et indicio sunt anteriora a scriptore satis antiquo prodiisse.

latus sanitati redditur, possessa a dæmonio liberatur. Altera mulier ejusdem terræ, nomine Flora [1], a dæmonio vexata et multis doloribus, eodem tempore ante sepulcrum B. Anselmi munus liberationis accepit. Quidam insuper puer ex casu gravissimo sic oppressus fuit ut motu et sensu penitus destitutus [2] tamquam mortuus defleretur. Mox apposita de terra [3] suo pectori, sacro ejusdem sancti cruore contacta, incolumis exsurrexit.

12. Quemdam [4] sinistro brachio totum fœtidum, ex morbo fistulæ plurium [5] foraminum concavitate defossum, mira consolidatione sanavit. Quædam mulier graviter vexabatur a diabolo [6], et sic per magnum tempus existens humano est auxilio derelicta. Quæ se B. Anselmo recommendavit, statimque ejus confidens orationibus extitit liberata, et de ejus corpore visa sunt tria dæmonia exhalare. Nam (1) cum quædam alia mulier in æstate frumentum recolligeret [7], subito vexata fuit a dæmonio, quæ etiam humano auxilio derelicta [8]. Et hoc parentes ejus scientes statim eam ad tumulum B. Anselmi detulerunt, et ibidem juxta sepulcrum devotissime orantes et ad ecclesiam votum deferentes, statim coram omni plebe visa fuit a tribus dæmoniis liberata [9]. De qua etiam prædicta muliere parum antea Deus prædicti B. Anselmi meritis et parentum ejus orationibus et devotione alia tria dæmonia coram omni populo ejecit. Quod cum (2) quidam vir, nomine Benincasa, per magnum tempus dolorem [10] vehementissimum in brachio pateretur, ita ut non solum cum illo aliquid posset exercere, sed vix illud poterat ducere (3). Qui per longum tempus cum diversorum esset medicorum consilia consecutus, et nihil sibi prodesse vide-

[1] *cod.* Floræ. — [2] *cod.* destructus. — [3] *intellige id quod italice dicitur* della terra, *seu pars terræ vel pulvisculus.* — [4] *cod.* quidam. — [5] *cod.* plurimi. — [6] *cod.* diabulo. — [7] *cod.* recolligiret. — [8] *ita cod.: supple* est, *aut aliud subaudi.* — [9] *cod.* liberavit. — [10] *cod.* dolore.

(1) *Nam* hoc loco aut ex idiotismo est plebis ἀρχαιζούσης, aut indicio est sequentia fuisse serius addita. — (2) Ista sunt pannus serius assutus et quidem sine nexu. — (3) Hæc omnino non cohærent, nec a sequentibus peti dictionis nexus potest.

retur, se B. Patri Anselmo recommendans et sepulcrum sui sanctissimi corporis devotissime visitans, vovit se Deo et B. Anselmo, dicens quod, si eum de tali infirmitate curaret, toto suæ vitæ tempore eum in devotionem specialissimam [1]
5 haberet, et ecclesiæ in signum votum deportaret. Quo facto statim prædicti Patris precibus fuit liberatus, et ita sanus et hilaris repertus est ac si nunquam aliqua infirmitate fuisset deprehensus et detentus. Magnam enim gratiam contulit sibi Dominus præcipue in ejiciendis dæmoniis. Nam (1)
10 quarta die mensis martii scribitur ipsum ejecisse de uno corpore tria dæmonia, in sero autem ejusdem diei duo: alio quoque die [2] septem. Et postmodum uno [3] alio die et nocte quatuor; alio die septem; alio die undecim, in sero tres, in mane et sero septem dæmonia coram D. Vanerio, et
15 D. Berardo, presbytero Joanne, Petro filio Joannis, Petruzzolo, Bartholomeo, ac multo populo ibidem propter prædicta miracula coadunato. Alio autem die infra diem et noctem tria dæmonia. Et miracula fuerunt facta precibus dicti S. Anselmi coram pluribus ad laudem Domini nostri J. C.
20 qui vivit in secula seculorum. AMEN.

Sine titulo sequuntur in codice hæ orationes, quæ veterem sapiunt latinitatem ecclesiasticam :

Omnipotens sempiterne Deus, qui B. Anselmum confessorem tuum atque pontificem inter mundi turbines illæsum
25 conservare dignatus es; concede propitius, ut qui ejus festum veneramur, ipsius meritis et precibus adjuvemur. Per, *etc.*

Secreta.

Sacrificium, Domine, quod ad laudem et gloriam nominis tui deferimus, intercedentibus meritis B. Anselmi confessoris
30 tui atque pontificis placatus suscipe et [4] ejus sanctissimis precibus a nostrorum nos peccatorum vinculis absolve. Per, *etc.*

[1] *cod.* specialissima ; *aut igitur* devotione *pro* devotionem *legendum, aut* specialissimam. — [2] *cod.* diem *pro* die. — [3] *cod.* uni. — [4] *deest* et *in cod., sed addendum videtur.*

(1) Post *Nam* in codice lacuna est, ubi forte *annus* et *indictio* notabatur.

Postcommunio.

Quæsumus, omnipotens Deus, ut quos cœlesti pane satiasti, precibus et meritis B. Anselmi confessoris tui atque pontificis ab hoste maligno defendas. Per. *etc.*

APPENDIX
AD
CATALOGUM CODD. HAGIOG.
CIVIT. NAMURCENSIS.

Ex codice Namurc. n° 31. (1)

AD VITAM S. MAURI ABBATIS. (Vid. Catal., cod. 31, 5°.)

Tempore Caroli imperatoris secundi qui Sancti Dionysii requiescit, cum Normannorum et Danorum natio adhuc pagana Dei judicio omnem Galliam depopularetur, et indigne omnia tractans ecclesias quoque funditus erueret, monachi de Glandifolio eversionem sui 5 cœnobii, quæ postea contigit, metuentes, corpus sancti Mauri in Burgundia asportaverunt. Quod juxta Ararim fluvium in possessione cujusdam Andonis comitis per tres semis annos dignis obsequiis venerantes, tandem, jussu Caroli ejusdem, in Francia ad Fossatense cœnobium supra littus Matronæ situm, quod a Parisius tribus milliariis 10 distat, cum magno apparatu deportaverunt. Quod Eneas, pontifex Parisii, cum omni suo clero et frequenti monachorum conventu in ipsa ecclesia S. Petri apostoli excipientes cum magno applausu omnium in arca ferrea ad hoc opus digne præparata recondidit, anno Domini octingentesimo sexagesimo octavo.

15 Sub Dodoveo, marito sanctæ Baltildis, sanctus Judocus Victail, regis Brictonum filius, cum patri post mortem rogaretur succedere, clam peregrinus fugiens in Pontivo pago ab Baymone duce susceptus est. A quo in silva profunda accepta mansione, ecclesia constructa, postea ibidem obiit confessor et eremita. Et tunc temporis sanctus 20 Furseus ab Hibernia veniens, a rege Dodoveo et Erchinoaldo patricio Latiniacum accepit, ubi ecclesias et cœnobium monachorum fundavit et sanctum Emilianum abbatem præfecit. Quod postea tempore Caroli secundi imperatoris Normannica rabie incensum et dirutum, in desolatione fuit usque ad tempus Roberti regis, avi regis Philippi. 25 Et quo annuente et auctorizante, Herbertus comes, consanguineus ejus, a fundamento restruxit et ditissius * reditibus cumulavit. [* sic.]

Tempore quoque prædicti junioris Clodovei sanctus Babolenus, discipulus sancti Columbani, a Luxovio * monasterio egressus, Parisius orandi gratia venit. Et cujus sanctitatem quidam archidiaconus [* cod. Luxonio] 30 ecclesiæ ipsius, bonæ intentionis vir, cum suo episcopo Landerico digne admiratus, a præfato rege Fossatensem locum ei donari obtinuit, ubi ipse vir Dei Babolenus in honore beati Petri cœnobium, sicut adhuc cernitur, ædificans, Deo auspice et regis et principum munificentia largiente abundanter ditavit, et ibi postea sepultus 35 adhuc quiescit.

(1) Tom. I *Analect. Boll.*, p. 504.

Sub Childeberto, primi Clodovei filio, sanctus Samson et Maglorius ex transmarina Britannia venerunt in cismarina, et ibi Samson factus Clolensis archiepiscopus, successorem post se habuit Maglorium, qui Maglorius nono Kalendas Novembris obiit. Hinc certissime colligitur quia eo tempore fuit sanctus Maclovus. 5

EX VITA S. BRENDANI ABBATIS. (Vid. Catal., cod. 31, 6°.)

Fratres autem illum gratulantissime susceperunt, glorificantes * Deum, qui tam amabilis illos noluit patris aspectibus deprivari, cujus absentia * tam diu fuerant orbati. Tunc beatus vir prædictus caritati eorum congratulans, narravit omnia quæ accidisse recordatus est 10 in via, quantaque ei Dominus dignatus est miraculorum ostendere portenta, postremo etiam velocitatem * obitus illius, certa attestatione, secundum juvenis prædictum in terra repromissionis sanctorum. Quod etiam rei probavit eventus, quia, cunctis post se dispositis, bene parvo interjacente vallo temporis sacramentis munitus * divinis 15 inter manus discipulorum gloriose migravit ad Dominum. Cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen.

* *cod.* glorificans

* *cod.* abscentia

* *cod.* velocitate

* *cod.* munitis

Ex codice Namurc. n° 53. (1)

DE S. SIGISMUNDO REGE. (Vid. Catal., cod. 53, 2°.)

Gundebaldus denique usque ad quintum annum persolvit sibi 20 constitutum tributum; in quinto vero anno emisit spiritum. Post mortem vero ejus duo filii illius in Burgundia pro eo regnaverunt, Sigismundus et Gothmarus. De potentia magnitudinis tanti viri, scilicet Hludovici, de regnis ab eo subjugatis, de regibus quos interemit, de gentibus quas tributarias fecit, qualis fuit ante baptismum, quomodo 25 inspirante Deo baptizatus est, qualis fuit post baptismum, quot monasteria construxit, quot prædia et ornamenta eisdem monasteriis distribuit, nemo potest recordari. Tempore subsecuto apud civitatem Parisius aggravatus est infirmitate, et mortuus sepultus est in basilica sancti Petri apostoli, quam ipse ædificavit. 30

Quatuor filii ejus, Theodericus, Chlodomiris, Hildebertus et Hlotharius, regna ejus obtinentes, inter se diviserunt æqualiter. Cum adhuc essent simul manentes cum matre sua, convocans eos mater eorum dixit ad illos : *Non me pœnitet, filii, dulciter vos enutrisse. Precor ut indignemini super injuriam meam; patris mei et matris meæ mortem* 35

(1) Tom. I *Analect. Boll.*, p. 505 sqq.

et sororis exilium vindicate. Illi hæc audientes in iram magnam commoti, cum maximo exercitu Burgundiam petunt contra Sigismundum et Gothmarum, filios Gundebaldi. Tunc temporis ædificabat Sigismundus rex monasterium sanctorum martyrum Agaunensium, sancti
5 Mauritii ejusque sociorum, sollerti cura cum domibus et basilicis. Hic filium suum Sigericum, quem ex filia Theodori, Italiæ regis, genuit, usus malo secundæ conjugis suæ consilio, strangulari fecit. Nec mora ultra modum compunctus Agaunum dirigit, ibique coram sanctis Agaunensibus quibus se totum devoverat prostratus, pœnitentiam agit, depre-
10 cans ut quidquid deliquerat in hoc seculo, divina ultio ei retribueret, ut scilicet habeatur in judicio absolutus, si mala quæ gesserat, ei, priusquam de mundo recedat, recompensentur. Ibique et psallentium quotidianum instituit locumque tam in tentoriis quam et in reliquis rebus affluenter ditavit.

15 Nec defuit ei divina ultio, ut per intercessionem sanctorum Agaunensium martyrum non deesset etiam peccatorum remissio. Ipse enim et frater suus Gothmarus commoverunt hostem Burgundionum contra Chlodomirem et Hildebertum et Hlotharium, filios Hludovici. Illis inter se pugnantibus, fugerunt cæsi Burgundiones cum regibus suis.
20 Ut viderunt præpotentes Burgundiones reges suos sic superatos a Francis, venerunt quidam eorum ad Chlodomirem regem, dicentes ei : *Servi tui sumus; amodo fideliter tibi serviemus.* Et ea ratione recepit eos. Persequebatur post hæc rex Chlodomiris cum ipsis prædictis Burgundionibus Sigismundum regem. Qui Sigismundus dum ad
25 sanctos Agaunos fugiens venisset, quia se non posse resistere Francis vidit, reclusit se infra monasterium sanctorum martyrum comaque deposita habitum religionis ibi suscepit, et jejuniis vigiliisque et orationibus die ac nocte instantius vacabat. Cum hoc itaque audisset Chlodomiris persequens eum, stetit a longe : nolebat quippe locum
30 sanctum violare. Itaque convocans supradictos Burgundiones, dixit eis : *Si vere vultis consequi meam gratiam, obaudite voluntati meæ, quia in hoc cognoscam vestram voluntatem, si feceritis quæ vobis præcipiam. Ite, et quocumque modo vultis, extrahite dominum vestrum ab ecclesia, et ad me eum adducite.* Illi autem abeuntes, miserunt legatum ei
35 dicentes : *Veni loqui nobiscum, quia venimus ut te consolemur.* Et ille : *Vado ad illos, qua melius est ut ego moriar solus quam totus per me pereat populus.* Tali simulatione suasus venit ad eos et illico captus est ab eis et ductus ante faciem regis, et inde cum uxore et filiis imperio regis pertrahitur Aurelianis, ibique in carcerem retrudi jussi
40 sunt. Beatus autem Avitus, qui tunc erat abba in eadem civitate, deprecabatur regem ut non occideret eos, sed ille nolebat audire eum. Tunc interfecit tam Sigismundum quam et uxorem ejus et filios, in vico qui dicitur Columna, projecitque corpus Sigismundi in puteum, et sic cum Gothmaro fratre ejus repetit bellum.

Hoc modo Sigismundus sanctis Agaunensibus ex toto devotus, et hic pro peccatis suis secundum vota sua recepit ultionem divinam, et nihilominus de illo qui se innocenter peremerat, excepit vindictam. Chlodomiris inito prælio peremptus est a Gothmaro, Sigismundi fratre. Sigismundus vero divina revelatione abbati, nomine Venerando, 5 manifestatus, a puteo est exstractus, et Agaunum delatus in basilica Agaunensium martyrum est tumulatus. Cujus pœnitentia quam fructuosa fuerit, et meritis sanctorum ad hoc adjutus sit, ut sanctorum etiam consortio acciri meruerit, ipsa res quæ geritur prodit. Nam si qui frigoretici in ejus nomine missas celebrant, ejusque pro requie 10 Deo oblationem offerunt, statim compressis tremoribus et restinctis febribus sanitati restituuntur. Angeli itaque Dei deportaverunt animam ejus cum gaudio in requiem sempiternam, quam Dominus Jesus Christus præstare nobis dignetur, qui vivit et regnat cum Patre et Spiritu sancto Deus per omnia secula seculorum. Amen. 15

DE INVENTIONE S. CRUCIS. (Vid. Catal., cod. 53, 5°.)

Inventio sanctæ Crucis ab Helena regina.

Tempore illo cum religiosissimus imperator Constantinus, Constantii æque moderatissimi et egregii principis filius, adversus Maxentium, urbis Romæ tyrannum, bellum pararet atque exercitum duceret, erat quidem jam tunc christianæ 20 religionis fautor verique Dei venerator, nondum tamen, ut est solemne nostris initiare, signum Dominicæ passionis susceperat. Cum igitur anxius et multa secum de imminentis belli necessitate pervolvens iter ageret, atque ad cœlum sæpius oculos levaret et inde sibi divinum precaretur auxilium, vidit per serenum ad Orientis partem in cœlo signum crucis igneo fulgore radiare. Cumque tanto visu 25 fuisset exterritus, ac novo perturbaretur aspectu, assistere sibi vidit angelum dicentem : *Constantine,* εν τουτω νιχα, quod est *In hoc vince.* Tum vero lætus redditur et de victoria jam securus, signum crucis quod in cœlo viderat in sua fronte designat. Et ita cœlitus invitatus ad fidem, non mihi illo videtur inferior cui similiter dictum est : *Saule, Saule, quid me persequeris ? Ego sum Jesus Nazarenus,* 30 *quem tu persequeris,* nisi quia hic non adhuc persequens, sed jam consequens invitatur. Exin signum quod in cœlo sibi fuerat demonstratum, in militaria vexilla transformat, ac labarum quem dicunt, in speciem crucis Dominicæ exaptat, et ita armis vexillisque instructus religionis, adversum impiorum arma proficiscitur. Sed et in dextera manu sua signum nihilominus crucis ex auro fabrefactum habuisse 35 perhibetur.

Verum non puto absque re videri, si paululum excedentes etiam quid propositi religiosus dux in hoc bello gesserit, proferamus. Igitur ubi divinæ virtutis auxilio certus de victoria effectus est, alio nihilominus æstu religiosi principis animus fluctuabat, quod scilicet imperator Romanus et pater patriæ nominatus et qui 40

omnes, si fieri posset, qui ante se principatum gesserant pietate et religione cuperet superare, non solum patriæ sed et ipsi urbi Romæ quæ Romani imperii caput est, bellum cogeretur inferre, nec sine oppugnatione patriæ quam tyrannus obsederat, reddere poterat patriæ libertatem. Angebatur hinc animus, et die noctuque Deum
5 cui se familiarem senserat precabatur, ne dexteram suam quam signo munierat salutari, cruore romani sanguinis macularet. Hæc ei die noctuque poscenti præstitit divina providentia. Et cum non procul a ponte Molbi castra posuisset, ecce subito vi divina correptus Maxentius agitur in occursum. Et proruens urbis Romæ portis, sequi se reliquum exercitum jubet. et prior ipse obviam præcurrit armatus.
10 Jusserat autem navibus ad decipulam compositis fluvium sterni et superpositis pontibus exæquari. Ut ergo ipse eques præcursor oblitus operis sui cum paucis ingressus est pontem, subsedere naves, et in profundum dimersus, totius belli futuras cædes unius nefandi capitis sui diremit interitu, atque impollutam religiosi principis dexteram a civili cruore servavit.

15 Tum vero nihilominus in hoc quam in Moyse vel Hebræorum populo gestum videres, currus Pharaonis et virtutem ejus projecit in mare, electos ascensores ternos stantes dimisit in mari Rubro, ponte adoperuit. Itaque Maxentius atque hi qui cum ipso erant armati satellites, dimersi sunt in profundum; pontibusque his devolutus est quos ad religiosi principis aptaverat exitium. Sed et illud super eo
20 competenter dicitur : *Lacum aperuit et effodit eum, incidit in foveam quam operatus est; convertetur dolor ejus in caput ejus, et in verticem ipsius iniquitas ejus descendet.* Hæc impiis competenter aptantur. Constantino vero tamquam famulo Dei digne illa junguntur quæ Moyses post victoriam prostrati cecinit inimici, dicens : *Cantemus Domino, gloriose enim honorificatus est, equum et ascensorem*
25 *projecit in mare; adjutor et protector meus est et factus est mihi in salutem. Quis similis tibi in diis, Domine, quis similis tibi? Gloriosus in sanctis, mirabilis in majestate, faciens prodigia.* Hæc etiam, si non verbis rebus tamen gestisque Constantinus ipse a quo victoriam meruerat, excelso concinens Deo, urbem Romam triumphaturus ingreditur. Tunc vero læti omnes cum conjugibus ac liberis, senatus
30 populusque Romanus, ingenti peste liberati, a jugo tyrannicæ immanitatis exempti, Constantinum velut salutis auctorem ac restitutorem libertatis excipiunt. Ille tamen nec in laudes acclamantis populi, nec in plausum tantæ ac talis urbis animum relaxabat, neque suæ virtuti rem gestam reputabat. Statimque ubi divinæ ubique imaginis honorem triumphanti senatus erexit, vexillum Dominicæ crucis
35 in dextera sua jubet depingi, et subter ascribi quia in hoc singulare signum, quod est veræ virtutis insigne, urbem Romam senatumque et populum Romanum a jugo tyrannicæ dominationis erepta pristinæ libertati nobilitatique restituit...

DE INVENTIONE S. CRUCIS. (Vid. Catal., cod. 53, 6°.)

Anno ab urbe Roma condita millesimo sexagesimo primo Constantinus, filii
40 Constantii imperatoris, in Britannia tricesimus octavus ab Augusto creatus est imperator. Hic eo tempore quo Diocletianus Achilleum qui tyrannidem apud

Ægyptum cxercebat superavit atque occidit, erat cum ipso Diocletiano. Qui cum adhuc valde juvenis esset *(sequuntur quæ habes in* Historia Miscella (1), *ubi de Diocletiano:)*... patri restituit. *(Sequitur ex eadem, ubi de Constantino, sed quibusdam verbis additis:)* Hic dum juvenculus a Galerio, qui Diocletiano et Maximiano ab administratione recedentibus cum Constantio augustus successerat, in urbe 5 Roma... sed præcipue Croco, Alamannorum rege, auxilii gratia cum Constantino comitante, imperium capit. Providente autem Galerio Illyricum, Asiam et Orientem, Romæ prætoriani excitato tumultu Maxentium, Herculii Maximiani filium, augustum nuncupaverunt. Quo nuntio Maximianus *(etc., ut in* Miscella, *ubi de Maxentio)*... quod suadente Diocletiano invitus amiserat... consenescens. Qui in 10 hac contentione exercituum qua alii Galerio, alii Maxentio favebant, eumdem filium suum Maxentium imperio nudare conatus... genero suo Constantino jungeretur. Duxerat enim idem Constantinus Faustam, filiam ipsius Herculii, uxorem. Molitus est etiam ipsum Constantinum reperta occasione ... fractis laqueo cervicibus. Quinto autem Constantinus imperii sui anno *(etc., ut in* Miscella, *ubi de Licinio)* ... 15 victoriæ jura conquireret. Quidam autem jurejurando ipsum imperatorem dicentem audisse se referunt quia circa meridiem declinante jam sole vidisset ipse et milites qui cum eo erant crucis signum ex lumine factum et scripturam consertam ei dicentum: *In hoc vince.* Pergens namque aliquando pariter cum exercitu: *In hoc loco,* inquit, *mihi est ostensum miraculum.* Dum ergo cogitaret *(etc., ibid.)* ... corpus 20 ejus vix repertum est. Is Maxentius carus ulli numquam fuit ne patri quidem Herculio aut socero suo Galerio. Interea ... nec non et vivificam crucem per septem dies ... magnificantes. Igitur Constantinus quarto decimo imperii sui anno totius orbis Romani singularis princeps et augustus effectus, omnem curam *(etc., ut in* Miscella, *sub titulo* Alexander) ... templa ad hæc transferri quæ Christo sunt depu- 25 tata; secundam vero legem ... gentibusque ac principibus principari. Tertiam vero legem dedit, duas paschales ... ad fidem Christi et baptismatis ac patria conquassantibus simulacra. Eodem tempore res Romana erat sub uno augusto et tribus cæsaribus, filiis ejus, Constantio, Constante, Constantino, quod numquam alias fuit, cum ipsi liberi Constantini ... insolentia rerum secundarum ... Primum neces- 30 sario persecutus egregium virum et sororis Constantiæ filium ex Licinio generatum, nomine Licinianum, commodæ indolis juvenem, interfecit; deinde Crispum. filium suum, ex Minerva concubina susceptum, Fausta, conjuge sua, ut creditur, suggerente, necari jussit, quos utrosque cæsares fecerat. Dehinc uxorem suam ... nimio mater Helena nepotis extincti increparet. Post numerosos amicos interfecit. 35 Vir ... post civilia bella quorum uno Maxentium, altero Licinium prostravit, in Sarmatarum regione profligavit ... oppressit. Fuit vero idem Constantinus ultra quam ... Trajanum, qui decimus ab Augusto imperator fuerat, solitus erat appellare herbam parietariam propter titulos ejus ... Multas leges induxit ... Romam lege firmavit. Eaque summa liberalitate ditata viros illustrissimos qui erant ab urbe 40 Roma in illustribus domibus collocavit, et ex aliis locis illustrium hominum multi-

(1) Prout edita ap. Muratori, *Rerum Italic. Script.*, t. I, part. I.

tudinem eligens, egit ut habitaretur civitas ... apostolorum et sancti Michaelis archangeli ... templo Veneris et Asclepii destructo ... ecclesiis Dei quas ædificavit. Tunc multæ gentes ... qui fuerant sub præcedentibvs imperatoribus captivati.

(1) *Interea mater imperatoris Helena nomine in somnis admonita Hierosolimam* 5 *properavit, et sepulcrum Christi licet* difficillime *tamen invenit.* Erat enim *sordibus coopertum, et desuper* Veneris templum *ædificatum ubi* virgines *cantibus* personabant. Adrianus enim, qui undecimus cæsar et imperator Romæ fuerat, existimans se fidem christianam loci injuria perempturum, in loco passionis Domini simulacrum Jovis consecraverat. Et Bethleem Adonidis templo profanata est, ut quasi radix et 10 fundamentum Ecclesiæ tolleretur, si in his locis idola colerentur, in quibus Christus natus est ut pateretur, passus est ut resurgeret, surrexit ut regnaret quasi rex et ut judex judicaret. In Bethleem etiam, ubi agnoverat bos possessorem suum et asinus præsepe domini sui, ibi principes hominum exprobrantes creatori suo, infames hominum amores mortesque coluerunt. Ubi supplices Chaldei adoraverunt cum 15 suis opibus æterni regis cunabula prodita novo sidere, ibi barbaras libidines sacraverunt Romani. Ubi natum Salvatorem cum exercitu angelorum concinente cœlesti gaudio salutaverunt illustrata nocte pastores, ibi Veneris amasium mixtæ semiviris planxere meretrices. Proh dolor, quæ pietas hominum hanc impietatem compensare poterit? Ubi sacra nati Salvatoris infantia vagierat, illic infamis ritus 20 gentilium lamenta Veneris fingentium, lascivis luctibus ululabat. Et ubi virgo pepererat, adulteri colebantur. Mansit hoc prolixi seculi nefas diuturnum usque in tempora Constantini, qui princeps esse principibus christianis et sua et matris Helenæ fide promeruit. Quæ divino, ut exitus docuit, inspirata consilio, cum invenisset, ut supra dictum est, templum Veneris super sepulcrum Domini ædificatum, *præcepit* 25 *destrui* illud, *ipsumque pulverem funestis sacrificis violatum ejici, et procul a civitate dispergi. Exin locum purgari* præcepit. Deinde diligenter et pie circa loca illa et circa omnia divinorum insignium curiosa, et oculis haurire gestiens fidem quam piis auribus litterisque perceperat, crucem Domini inquirere studiosissime adorta est. Sed quæ via vel ratio inveniendi subesset, cum index idoneus nemo inveniri 30 posset, et memoriam vel vestigia occultationis ejus et antiquitas ævi et superstitionis impiæ diuturnitas abolevisset? Cum ergo rem ab humana conscientia remotam frustra diligens et curiosa requisisset, de loco tantum passionis certior fieri studuit. Itaque non solum de christianis doctrina et sanctitate plenos viros, sed et de judæis peritissimos indices exquisivit et accitos in Hierosolimam congregavit. 35 Tum, ut omnium una testificatione de loco passionis Domini confirmata est, jussit illico in ipsum locum operam fossionis accingi. Parente mox civium pariter et militari manu ad exhauriendum terram, mox contra omnium spem, sed tantum secundum ipsius reginæ fidem, alta egestione reseratis terræ sinibus, abditæ crucis arcana patuerunt.

(1) Jam recedit procemium codicis nostri longius a textu *Miscellæ*, exceptis quibusdam in quibus eadem verba servantur, quæque expressimus charactere italico. Nota tamen non semper ne in his quidem verba semper legi eodem ordine quo in *Miscella.*

Sed cum tres pariter cruces, ut quondam fixæ Domino et latronibus steterant, repertæ fuissent, cœperunt anxia dubitatione sollicitari, fidelibus metuentibus ne forsitan aut pro cruce Domini patibulum latronis eligerent, aut salutare lignum pro stipite latronis abjiciendo violarent. Aderat quidem et titulus ille qui græcis et latinis atque hebraicis litteris a Pilato fuerat conscriptus, sed nec ipse satis evidenter prodebat Dominici signa patibuli. Respexit Dominus pias fideliter æstuantium curas, et ipsi reginæ, quæ potissimum super hac ambiguitate sollicitabatur, hujus consilii lumen infudit ut aliquem recens defunctum inquiri et inferri juberet. Macharius per idem tempus ecclesiæ illius episcopus, præsens erat. Nec mora, verbum factum, cadaver illatum est. Deponitur jacenti una de crucibus. Admovetur et altera, sed earum ligna mors sprevit. Postremo Dominicam crucem prodit resurrectio, et ad salutaris ligni tactum morte profuga funus excussum et corpus erectum est. Tremefactisque videntibus stetit mortuus et funebribus, ut quondam Lazarus, vinculis expeditus illico inter spectatores suos redivivus incessit. Macharius etiam episcopus adhuc hujus rei dubitationem hoc modo *solvit. Mulieri namque nobilitate claræ, longa ægritudine fatigatæ, unam illarum crucium cum oratione promptissima adhibens, virtutem Salvatoris agnovit. Mox enim ut mulierem crux attigit, passionem sævissimæ ægritudinis effugavit, et feminæ salutem restituit.* De hoc ligno sibylla dixit apud paganos. Ergo crux Christi a Judæis tempore passionis abscondita neque Romanis, cum ædificarent fana, revelata, nonne divina voluntate latuit, ut nunc inveniretur, cum religiose quæreretur?

Ergo, ut crucem Christi decuit, experimento resurrectionis inventa et probata crux Christi esse, digno mox ambitu consecratur, fabricata in loco passionis Dominicæ ecclesia, quæ auratis corusca laquearibus et aureis dives altaribus arcano repositam sacrario crucis partem servat, quam thecis argenteis incomparabilis fide regina conditam dereliquit ibi. Namque reliquam partem ipsius salutaris ligni detulit filio; qua etiam divisa, divisionem unam Constantinus suscepit, *et credens salvari civitatem ubi hæc particula servaretur, in sua statua, sicut fertur, in foro Constantini posita super porphyreticam columnam devote condidit.* Alteram vero divisionem episcopus urbis ejus quæ ante Byzantium modo Constantinopolis appellatur, quotannis in paschali solemnitate adorandam populo depromit. Neque præter hanc diem qua crucis ipsius mysterium celebratur, ipsa crux videnda exponitur. Ipsa quippe cum sacramentorum causa est, quasi quoddam sacræ solemnitatis insigne profertur; nisi interdum religiosissimi postulent, qui hac tantum causa illo peregrinantes advenerunt, ut sibi ejus revelatio quasi in pretium longinquæ peregrinationis deferatur. Quod solum beneficio episcopi obtineri ferunt. Quæ quidem crux in materia vim vivam tenens, ita ex illo tempore innumeris pene quotidie hominum votis lignum suum commodat, ut detrimenta non sentiat, et quasi intacta permaneat, quotidie dividua sumentibus et semper tota venerantibus. Sed istam imputribilem virtutem et indetribilem soliditatem de illius profecto carnis sanguine bibit, qui passus mortem non vidit corruptionem. Clavos quoque quibus corpus Dominicum fuerat affixum, eadem nobilis regina portavit ad filium. Quorum alios ille in galea sua *misit, capitis* sui *providentiam gerens, ut jacula bellica*

a se *summoveret; alios freno equino permiscuit, et cautelam imperatoris agens* et veterem prophetiam *adimplens. Olim enim Zacharias propheta clamaverat dicens : Et erit quod in freno est, sanctum Domino omnipotenti.* Post hæc igitur imperator curam maximam christianorum habens... *etc., ut in textu* Miscellæ *apud Muratori,*
5 *l. c., p. 74 D, excepto quod omittit cod. hæc verba :* consulatu Feliciani et Taciani, *et post* blandus *sic :* decem annis, unde et proverbio vulgari dicitur trochela. Præstantissimus duodecim sequentibus, latro decem novissimis, pupillus ob, *etc., usque ad* porphyretico.

DE S. FLORIANO. (Vid. Catal., cod. 53, 8°.)

10 *Num. 1 med. post verba :* " jussi ab imperatoribus, certamen " *sic pergit codex :* crudele sanctis inferebant et insana mente in eorum exitium debachabantur, satius ducentes esse fidelium Christi carnifices quam impiorum præceptorum contemptores. Christi vero athletæ eorum furoribus forti tolerantia occurrebant, salubrius esse
15 ducentes interire quam tyrannicis edictis animum inclinare. Venerabilis enim fides eorum qua in Deo firmati insuperabiles apparebant, tyrannorum insaniam superabat, et virtus quam ex Dei adjutorio conceperant in tormentis invicta, dum putaretur languescere, invalescebat, dum crederetur emortua, vitalis apparebat et robusta. Ergo
20 in illis diebus...

Deinde quæ leguntur num. 4, lin. 13, inde a verbis " Domine Jesu Christe, suscipe animam meam " *usque ad verba hæc* " pervenit ad locum " *(num. 5, lin. 11 a fine), ita in cod.:* quam ideo dedisti ut per eam corpus meum vivificares, quamque fecisti rationabilem ut sua ratione
25 intelligeret te suum esse creatorem, tibique deberi cultum et reverentiam cognosceret, a te quoque rursus se assumendam confideret, si cum corpore in peccatis non deflueret. Unde eam, si peccatis quibuslibet est corrupta, hoc martyrio diluas, et purificatum naturalique munditia decoratam tuæ misericordiæ conjungas et cœlestium civium
30 societati ascribas. Hæc et alia secretiora locutus, ante unam horam non peroravit, et etiam horam secundam in oratione continuasset, si sacrilegorum rabies tam devotum sancti martyris affectum non præcidisset. Illi ergo qui eum demergendum susceperant, in ejus venerationem adducti, verebantur et timebant eum tangere, for-
35 tassis usque ad hoc compuncti ut nollent in mortis ejus ministerio obedire præsidi. Tunc adveniens juvenis plenus rabie dixit militibus: Quid statis et præsidis jussa tardius facitis? Hæc dicens præcipitavit eum de ponte in fluvium. Statim insecuta eum divinitus plaga hac pœna multavit, ut statim oculi ejus a capite evolarent et concavi
40 oculorum orbes nil illum profecisse in præcipitio martyris ostenderent, quem cum impulisset, non vidit lapsum, cum præcipitasset, non

vidit submersum. Nam celeriter subsecuta est vindicta, ut cadenti sancto martyri non insultaret, immo potius sibi indignaretur aliorum ministrorum officium occupasse in morte sancti viri, cujus mors ante in cæcitate istius est vindicata quam illum absorbuisset unda. Fluvius autem suscipiens martyrem Christi expavit, et excitatis undis suis in 5 quodam eminentiore loco cum saxo corpus ejus extulit. Tunc annuente favore divino, adveniens aquila, expansis alis suis in modum crucis, eum protegebat. Beatus autem Florianus manifestavit se cuidam feminæ corde Domino devotæ et Dei fidelibus in sanctis obsequiis officiosæ, monens eam ut corpus suum reconderet humo 10 in secretiori loco, certisque indiciis designavit ei locum ubi eum reconderet vel sepulturæ traderet. Mulier autem hac visione comperta junxit animaliola et ad fluvium properavit. Inventum autem propter gentilium timorem in virgultis vel frondibus eum involvit, simulans se quasi ad hortulum clausura virgultorum muniendum de 15 frutetis* fasciales sarcinas deducere. Ducente autem ea sanctum martyrem ad locum ubi ei designaverat, factum est ut lassarentur animaliola siti præ nimio ardore solis, et substiterunt quasi terræ hærentia, ita ut nec motu aliquo innuerent se ulterius processura, nec deinceps ad sanctum onus promovendum colla sua jugalibus loris submissura. 20 Tunc mulier cœpit mente tribulari; sed de meritis sancti Floriani confidens oravit Dominum, ut in hac difficultate progrediendi, etsi non sibi nec suis animalibus, saltem sancto martyri subveniret. Certissime enim sciebat martyrem sanctum a Domino id promeruisse, ut et ipse Dominum nil frustra rogaret, et qui in ejus nomine aliquid 25 peteret, facilem effectum petitionis inveniret. Statim in eodem loco fons affluentissimus erupit, qui ad testimonium præstitæ salutis et ad indicium glorificati in hac virtute martyris usque hodie perseveranter fluit. Et sic refocillatis animalibus et in robur pristinum reductis, pervenit ad locum. 30

* *cod.* frutectis

DE S. FALTONO ET SOCIIS. (Vid. Catal., cod. 53, 11°.)

Incipit prologus de conversione Faltoni Piniani, illustris viri, et Anitiæ Lucinæ, conjugis ejus, et de passione sanctorum martyrum Antimi et Maximi, Bassi et Fabii, Diocletiani et Sisinnii, et Florentii, quæ est VI Id. Maii. 35

Vir Dei doctissimus sanctus Eusebius, Cæsariæ, Palestinæ urbis, antistitis, duodecim decadas ecclesiasticæ historiæ idonea assertione contexuit. Petiit enim Constantinum augustum, christianissimum virum, ut universarum provinciarum judicibus injungeret de archivis colligere gesta sanctorum et ad ipsum dirigere, et non solum totius 40

Orientis totiusque Meridiani atque Occidentis, sed etiam Britanniarum et trans Britannias fortunatarum insularum, et quocumque meminit extitisse martyres. Hæc ergo fuit * ratio ut Latinorum gesta Græcorum sint sermone conscripta. Qui Eusebius in studio hujus
5 operis a græcis sumit initium, et quæcumque latina scrinia direxerant, græco ille sermone conscripsit. Prima ejusdem causa a Christo et ab apostolis sumpsit exordium, quæ appellatur evangelica; secunda de Ecclesia ejus euprepia, id est decora, et de equitatu sancto; tertia de Aminon; quarta Scriptica, ab eo quod nuntiat studia sancta
10 in cordibus mundis; quinta fortismene *, ab eo quod lumen Christi per confessiones martyrum fundat; sexta orthodoxa, ab eo quod rectum placuerit his qui pro Christi nomine minas et tormenta judicum contempserunt; septima enchratia*, id est continentia, ab eo quod confessorum abstinentium curas referat, eorum scilicet qui per
15 deserta latuerunt et famem et nuditatem sunt perpessi; octava Yppomone, id est patientia, ab eo quod perseverantes in Deo commemorat; nona essembrote *, ab eo quod Ægypti et Pentapolis et Affricæ passiones sanctorum asserat; decima diffon*, id est occidentalium, ab eo quod Hispaniarum et Britanniarum acta contineat;
20 undecima eglecton, pro eo quod de episcopis universa contineat; duodecima megaloprepia, ab eo quod magnificos et illustres viros passos fuisse pro nomine Christi magna ex parte commemoret. Duodecimæ ergo hujus decadæ flosculos de græco carpentes, hæc tantum quantum exiguitas possibilitatis admittit, latinis lectoribus admini-
25 stramus, quantumque Faltoni Piniani initia exigere potuisse noscuntur.

* *supra lin.* vel fecit

* *intellige* φωτισμένη.

* *intell.* ἐγκράτεια.

* *intell.* μεσημβρινά.

* *intell.* δυτικῶν.

DE S. PANCRATIO. (Vid. Catal., cod. 53, 14°.)

Passio sancti Pancratii.

1. Temporibus Valeriani et Gallieni fuit quidam vir apud provinciam Frigiam
30 in civitate Sinada, nomine Cledonius, nobilissimus valde. Hic habuit unicum filium, nomine Panchratium. Veniens autem ad mortem Cledonius, vocavit ad se fratrem suum, nomine Dyonisium et ait eum: *Conjuro te, frater carissime, per omnipotentem et magnam virtutem deorum, ut commendatum habeas nepotem tuum Panchratium, ita ut omne patrimonium meum, quod hic sive in urbe Roma videor*
35 *habere, cum omni diligentia custodias.* Mortuo autem Cledonio, Dyonisius piissimum animum ostendebat Panchratio, et ita eum diligebat ut in nullo animum ejus videretur offendere.

2. Post aliquantum autem tempus, deliberavit Dyonisius in urbem Romam reverti una cum Panchratio. Introeuntes autem Romam, morabantur in insula
40 Caminiana, quæ est in monte Celio. Et, quia nimia erat persecutio christianorum, papa urbis Romæ, nomine Cornelius, latitabat in vico Dyonisii et Panchratii.

Dyonisius autem cum audisset universas virtutes quas Deus per beatum Cornelium papam faciebat, et quomodo universum populum doctrina sua a cultura idolorum amoveret et ad viam veritatis et luminis revocaret, cœpit cupere ad ejus notitiam pervenire. Qui dum pervenisset ad beati Cornelii januas una cum Panchratio, videns eos beatus Eusebius ostiarius, vir totius sanctitatis, interrogavit 5 eos quid vellent. Illi autem pedibus ejus advoluti, cœperunt rogare ut sancto papæ Cornelio præsentari mererentur. At ille ingressus ad beatum papam Cornelium, dixit ad eum : *Domine pater, quidam clarissimi viri pro foribus sunt, et rogant ut tuæ beatitudini præsentari mereantur.* Audiens hæc sanctus papa Cornelius, magno gaudio repletus est, et prostravit se Domino in oratione cum lacri- 10 mis, et dixit : *Domine Jesu Christe, rex regum et dominus dominantium, qui mihi ultimo servo tuo adventum eorum revelare dignatus es, confirma in eis opera misericordiæ tuæ.* Et jussit eos velociter ad se perduci. Ingressi itaque Dyonisius et Panchratius, miserunt se ad pedes sancti Cornelii, rogantes eum et dicentes ut ostenderet eis Christum quem ignorabant. Sanctus vero Cornelius cœpit eos 15 amplecti, et declarans eisdem divinitatem Domini nostri Jesu Christi docensque eos per dies viginti, baptizavit eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Et ita perseveraverunt in fide et timore Dei ut persecutoribus se sanctus Panchratius ultro traderet.

3. Post dies autem non multos sanctus Dyonisius per gratiam Dei vocatus 20 requievit in pace. Tunc beatus Panchratius, accepta potestate, omnes divitias suas pauperibus erogavit. Et, ut diximus, cum sæva esset paganorum persecutio, cœperunt nimio furore bachari adversus christianos, clamantes et dicentes : *Dignissimi imperatores, tollite de hac urbe magos et crudelissimos christianos, per quos omnis mundus decipitur et dignum vestrum deridetur imperium.* Tunc commotus Vale- 25 rianus imperator, dedit legem ut nullus hujus sectæ cultor inveniretur. Beatus vero Panchratius cum comprehensus esset a persecutoribus, perductus est ad palatium. Et audientes milites quod magnis esset natalibus ortus, nuntiaverunt de eo imperatori. Et jussit eum imperator cum omni celeritate ad se perduci. Quem cum vidisset Valerianus imperator talem infantem perseverare et mori velle pro 30 Christo, dicit ad eum : *Infantule, ego tibi suadeo ut morte mala non moriaris, quia video te pulchrum. Et, quia nobili genere natus es ex patre Cledonio, qui mihi satis carus amicus fuit, ideo volo ut recedas ab hac insania christianorum et reddas te generi tuo ; et faciam te magnum in meo palatio, ita ut non desinas a latere meo. Quod si tibi displicuerint pietatis meæ verba, jubebo te interfici et corpus tuum 35 incendi, ne forte putes quia veniant christiani et te sibi martyrem faciant.* Cui sanctus Panchratius respondit : *Noli frustra errare, imperator, quod me aspicis puerum. Annorum quidem sum tredecim, sensum autem et scientiam senilem habeo, quia Dominus meus Jesus Christus talem intellectum servis suis dignatus est dare, ut omnem terrorem principum vel potestatum non timeamus ; et ideo imagines deo- 40 rum vestrorum pro nihilo reputamus. Nam Jovis, cui me jubes sacrificare, quomodo potest deus esse, qui suis parentibus non pepercit, et suæ germanæ fuisse stuprator dinoscitur ? Miror, imperator, quomodo non sit tibi verecundia tales colere deos,*

quos Romanæ leges jubent pro sui facti qualitate damnari. Quod si hodie tales servos tuos scires, qualis est deus tuus, statim juberes eos interfici.

4. Tunc Valerianus imperator videns se superatum a tali infante, ira repletus, jussit eum duci in via Aurelia, et ibidem capitalem subire sententiam. Cumque a
5 ministris duceretur, pervenit ad locum ubi futura erat martyrii ejus digna consummatio. Tunc sanctus Panchratius expandit manus suas ad cœlum et oravit dicens : *Gratias tibi ago, Domine Jesu Christe, qui dignatus es me servum tuum in hac hora quam semper optavi annumerare cum sanctis tuis.* Et hæc cum dixisset, amputatum est caput ejus. Tunc quædam Octavilla senatrix, sanctissima femina,
10 veniens occulte, tulit corpus ejus, et condivit aromatibus et cum omni diligentia tradidit sepulturæ. Martyrizatus est autem beatissimus Panchratius die quarto Iduum Maiarum, sub Valeriano et Galliena imperatoribus, regnante vero Domino nostro Jesu Christo, cui honor est et gloria in secula seculorum. Amen.

DE SS. VICTORE ET CORONA. (Vid. Catal., cod. 53, 21°.)

15 **Incipit Passio sanctorum Victoris et Coronæ martyrum.**

1. In Ægypto locus est nomine Coma, in quo passus est Victor martyr et Corona, nobilis matrona. Erat autem beatus Victor vir militaris, a Cilicia progenitus, militans corpore et armis in castris Antonini imperatoris; sed mente, fide, religione, in militia cœlestis imperatoris juraverat. Et plus hoc juramentum verebatur abjurare,
20 quam fidem qua seculari principi securitatem fecerat; scilicet ut acceptis temporalibus commodis pro eo moreretur, et moriens omnia hæc commoda ab imperatore accepta cum vita poneret. Non tale sperabat præmium ab illo cœlesti imperatore quod antecederet mortem, sed vitam æternam quæ per mortem acquiritur et post mortem possidetur. Facta ergo persecutione christianorum in diebus Antonini,
25 regis sacrilegi et pagani, Sebastiano comiti datum est præsidere Alexandriæ, quæ in Ægypti confinio sita est. Qui Sebastianus non minus eo a quo statuebatur sacrilegium et idolatriam sectabatur; competebat enim honori immo ignominiæ utriusque ut in fanatico errore dominus et minister unanimiter conspirarent. Qui cum comperisset Victorem avertisse se ab idolorum veneratione et transisse ad chri-
30 stianum ritum, jussit eum inquiri et inventum sibi præsentari. Cui astanti Sebastianus comes dixit : *Litteræ ad me delatæ sunt ab imperatoris nostri Antonini magnificentia, jubentis ut christiani sacrificent. Qui autem non sacrificaverint, in magna damnatione erunt. Cum periculo enim sui examinati, ut prævaricatores publicæ et generalis deorum venerationis atrociter plectentur. Ergo, Victor, sacrifica,*
35 *ne periclitetur anima tua.* Victor dixit : *Ego miles sum magni regis Jesu Christi, immortalis Dei; propter hoc non obedio mortali regi, quoniam regnum ejus non est stabile. Regnum autem Jesu Christi non corrumpitur nec finitur, sed in æternum perseverat. Et qui perseveraverit in eum, hæreditabit vitam æternam.* Sebastianus comes dixit : *Victor, non ad regem nostrum pertines?* Victor dixit : *In ejus castris milita-*
40 *bam et ipsi consentiebam, sed in corde meo Deum colebam et in absconditis meis ejus*

obsequiis indefessus immorabar. Propter hoc non me vincet diabolus. Carnem meam in potestate habes ad perdendum eam; in anima autem mea non habet quisquam potestatem nisi solus Deus, qui potest et corpus et animam meam liberare. Ipse potest omne regnum dissolvere; ipsi gloria et potestas in secula. Sebastianus comes dixit: *Video eloquentiam tuam multa sapientia callere.* Victor dixit: *Sapientia mea non est ex me, sed a Deo mihi donata sapit ea quæ Dei sunt, et execratur ea quæ Deus suo amore judicat indigna.* Sebastianus comes dixit: *Libera te a multis tormentis et sacrifica diis.* Victor dixit: *Propter hoc libenter torqueor, quoniam plus confortor. Et quoniam me dignum judicavit Deus pro testimonio suo torqueri, ultro tortoribus occurram, et, si disponant ignoscere, exasperabo eos injuriis ut sciant irasci, nesciant vero misereri. Spem enim habeo in Deo meo, quod non deerit mihi pro se decertanti.* Sebastianus comes dixit: *Lector es an diaconus, quoniam sic promptus es in responsis? Facundia tua sic profusa est in confutandis interrogationibus nostris ut militem te esse nesciat hospes, de vulgo te esse peregrinus ignoret, sed credat te studiose pueritiam tuam erudisse et juventutem tuam omnem artium liberalium fontem exhausisse. Præterea miratur civis cui et genere et qualitate vitæ innotuisti. unde hanc eloquentiam concepisti, cum in disciplinis scholaribus non coalueris, nec forensibus judicibus consederis, nec plebiscita nec tribunalia edicta nec senatoria decreta didiceris, immo ut miles laboriosus frigore aliquando torpueris, interdum ardore solis æstuaveris, frequenter etiam fame, siti, vigiliis contabueris.* Victor dixit: *Non sum dignus gratia lectoris vel diaconatus; neque enim lectio mihi tradita est, ut quæ legerim prædicem, nec evangelium reseratum vel expositum est, ut evangelizem. Gratia Dei sic me docuit ut sine magisterio humano doctus sim. Ipse qui dat rectis corde sapientiam et de thesauris divitiarum suarum replet sensus humanos, hanc mihi tradidit eloquentiam quæ mirabilis de ore meo prodeat et mirabiliter audientium aures percutiat, et quosdam ad laudem Dei qui in me loquitur excitet, quosdam vero ut hebetes et intelligentiam Dei non habentes derelinquat.* Sebastianus comes dixit: *Putas gratia eloquentiæ tuæ tibi parcendum ne puniaris, si in contumacia contemptus Deorum perseveraveris?* Victor dixit: *Nolo te eloquentia mea placari, immo acrius moveri et usque ad mortis in me dictandam sententiam provocari.* Sebastianus comes dixit: *Ergo magis mori vis quam vivere?* Victor dixit: *Non est ista mors sed vita sempiterna, si perseveravero in tormentis tuis.* Sebastianus comes dixit: *Ergo sic tibi consuluisti ut mori elegeris?* Victor dixit: *Hoc est meum consilium ut, hac perniciosa vita abjecta, mortem eligam per quam pacatissima mihi vita donetur.*

2. Tunc comes jussit ei confringi digitos et atrociter complicatos contorqueri articulos, quousque cute dirupta a compage sua dissolverentur et defluerent. Victor dixit: *Gratias ago Deo meo quoniam appropinquavit mihi gratia ejus.*

3. Sebastianus comes dixit: *Quare annonam victus tui non accipis?* Victor dixit: *Quoniam per vim et injuriam exigitur, nec accipere eam nec manducare volo. Habeo enim cibum spiritualem quo refectus nunquam esurio.* Tunc comes jussit eum mitti in camino ardenti. Post triduum autem vivus inventus est; exterius enim incendium ab igne Spiritus sancti quo interius flagrabat, restinctum, nihil ex eo absumpserat. Nec etiam fumo attactus ullomodo oculos doluit nec patulos narium

meatus clausit neque oris hiatus ad evitandam fumosam nebulam compressit. Adhuc etiam tetra et caligosa fuligo nihil ex ejus corpore obfuscavit, nec candorem cutis denigravit; nec quidquid in eo candore naturali nitebat, hic fumeus horror obnubit.

5 **4.** Tunc comes jussit illi dari a malefico escam veneno infectam. Victor dixit: *Non audebam quidem manducare, sed, ut ostendam tibi quoniam possum omnia maleficia tua dissolvere per Deum meum, constanter accipio et manduco.* Et oratione facta accepit et manducavit, et cum mors gustanda ei fuerit data, pro vitali cibo ea usus est. Nihil enim mortiferum in se grassari sensit, cum fuerit mor-
10 tiferum quod sumpsit. Tunc maleficus alia venena multo valentiora ad mortem inferendam obtulit ei, dicens: *Etiam hæc accipe, et, si his prævalueris et virtus tua vim veneni extinxerit, ego maleficia mea relinquam, et credam in Deum tuum per quem me superior esse comprobaberis.* Victor autem iterum manducavit, et nihil minus se frustratum secundo venenarius expavit. Nihil enim in sancto Victore ars
15 ejus lætifera profecit. Tunc dixit ei maleficus,: *Salveris, Victor, quoniam vicisti. Confortare, quoniam omnia superaturus a nullo superaberis. Congratulare tuæ virtuti, quia liberas animam tuam, ne in adversis decidat, sed in secundis perpetuo vivat. Quomodo autem statua ærea veterascit et rubigine decoloratur, et postea extergitur et innovatur, sic et tu hominis in malitia inveterati conterens perniciosa com-
20 menta, correxisti meum errorem, et animam meam vetustate malôrum corruptam, ne penitus corrueret, sustinuisti. Per gratiam Dei innova animam meam, quæ longæ vetustatis situ computruit.* Hæc dicens maleficus statim omnes codices suos combussit et renuntiavit veneficiis suis, et didicit a sancto Victore, quanta præstat Deus servis suis sine arte venefica operari.

25 **5.** Tunc Sebastianus comes in hac parte dolens frustratam spem suam, iterum de idolatria et de deorum cultura suscipienda sanctum Victorem sollicitat. *Sacrifica,* inquit, *diis et esto sapiens.* Victor dixit: *De insipientia sapientiam mutuavi, cui firmiter inhærebo, ne iterum ab insipientia supplanter.* Sebastianus comes dixit: *Sapientiam qua hactenus nobiliter pollebas abjecisti, et stultitiam amplexus in hoc
30 magis deliras quod ignominiam tuam prædicas.* Victor martyr dixit: *Stultitiam mundi elegit Deus ut confundat sapientiam tuam. Et quia confundit Deus sapientiam tuam, constat te a Deo non probari ut sapientem sed reprobari ut stultum; quia vero stultitiam mundi elegit Deus, constat in oculis ejus pretiosum esse quod elegit, contemptibile vero quod confundit.* Sebastianus dixit: *Quis est hujus sententiæ auctor
35 vel scriptor?* Sanctus Victor dixit: *Paulus apostolus dixit hoc.* Sebastianus comes dixit: *Ergo Deus est Paulus?* Beatus Victor dixit: *Paulus deitatem sibi non arrogavit, sed Deitatis defensor fuit. Nec Deitas, quæ omnipotens est, eguit ejus defensione; sed, cum faveret Deitati, non potuit silentio contineri, quando audiebat tui similes Deo suo oblatrare. Sapiens architectus ipse super fundamentum quod est
40 Christus, ædificavit. Accepit enim sapientiam a Deo et habuit plenitudinem Scripturarum et viam salutis ostendit volentibus salvari.* Sebastianus comes dixit: *Parce stultitiæ tuæ, verere publicum auditorium, ne, sicut vere erras, tota vicinia te erroneum rideat. Sacrifica vero diis, ut omnes qui sunt in veneratione deorum frigidi,*

exemplo tuo recalescant. Victor dixit: *Non sum stultus, quia sapientiam quæro. Quisquis vero inquisitor est sapientiæ, magna ex parte stultitiam deposuit, cum ipsius stultitiæ retinendæ etiam voluntatem projecit. Stulti autem sunt qui te audientes dæmonibus sacrificant. Neque enim Deum agnoscunt, quomodo et pater eorum diabolus, qui ab initio veritatem non agnovit. Ipsi mendaces sunt, et corde excæcati* 5 *scientiam fidei salutaris ignorant.* Tunc iratus comes jussit nervos ex corpore ejus evelli. Beatus vero Victor dixit : *Nervis extractis dolor me nullus frangit, angustia nulla dissolvit, licet hæc vincula ruperis quibus corporis compages sibi invicem connexæ ligabantur. Sed quomodo spina a pede tracta alleviat dolorem, et reddit pedi firmissimum statum, ut nec versetur stans nec nutet incedens, sic et ego nervis meis* 10 *erutis dulcissime repauso, jocundissime delector, quia dissolutus corporeis nervis ligor vinculis amoris Christi, cujus vis adeo flagrat in me ut usque ad divisionem animæ et corporis pertingat.* Tunc comes jussit oleo valde ferventi perfundi absconsa illius, scilicet loca quæ extractis nervis vacabant, ut dolor acrior cordis præduratam tolerantiam perfringeret et non viriliter faceret repugnare, sed mulie- 15 briter lassescere. At beatus Victor dixit: *Sic mihi est hoc oleum candens quomodo homini ardore æstuanti aqua frigida, quæ duo nociva excludit, ariditatem sitis et ardorem quo contrahitur sitis. Et sicut per aquam resumit corporis virtutem, ita per hoc bulliens oleum ampliatus est mihi vigor animi mei.*

6. Iterum jussit comes lampades ardentes applicari lateribus beati martyris su- 20 spensi, ut et suspendium ex ipsius corporis pondere cogeret illum ad consensum immolandi diis et, si forsitan inaniter penderet, illum ad eamdem deorum venerationem vapor igneus perurgeret. Verum a proposito mentis neutrum tormentum sanctum martyrem movit; suspensus enim non sibi pœnaliter gravis fuit, sed quasi ipse aliqua creatura esset quam ignis superare nequiret, in medio igni 25 lætissimus et illæsus pependit. Sebastianus comes dixit: *Sacrifica. Jam multum pro te erubesco quod sic stultitia delectaris ut in quo erres non advertas, et unde argueris non intelligas, et quo vel unde revoceris nec videas nec audias, et quod consuleris sic æstimes ac si decipiaris.* Victor martyr dixit: *Voluntatis tuæ est ut errantem te sequens et ipse errem, et confidens in simulacris tecum secundum psal-* 30 *mistam nec videam nec audiam. Per vitiosam concordiam voluntate tua voluntatem meam non corrumpam, quia, sicut apostolo dicente, Qui adhæret meretrici unum corpus efficitur, ita qui consociatur idolatræ et profano, idolatriæ ejus et profanitati consentit.* Tunc comes jussit calcem et acetum ori ejus ad strangulandum potius quam ad utendum inferri, ut obstruso gutture ejus hoc asperrimo gustu spiritus interclu- 35 deretur, vox tolleretur, os clauderetur. Victor vero, cum hæc ori ejus fuissent infusa, dixit: *Acetum tuum et calx tua sic sunt gutturi meo quasi favus mellis. Quæ tu ad nocendum propinasti, ego vero confidens de Deo meo ut mellis dulcedinem hausi. Considera ne forte erraveris dum miscuisti, ut, dum festinas ad meum interitum, mel pro aceto festinanter sumptum æstimationem tuam frustraverit, manusque tuas* 40 *fefellerit. Cave quoque ne in hac offensa bene agendi contra deos tuos nesciens peccaveris. Vide etiam ne periculo capitis tui in hoc pietatis opus impietati tuæ inexpertum et ab imperatore non injunctum nolens incideris. Reus es infidelitatis deorum,*

quorum hostem ut cultorem foves, sic accipis ut eorum mancipium: sic pascis, sic potas deorum inimicum, quasi ex vicinitate et obsequio eorum jam factum semideum. Reus es etiam juramenti tui et imperatoriæ fidelitatis, qui me christianum reficis melle, cum imperator mandaverit omnem cibum quem sumimus mortifera confectione amaricandum. His verbis irritatus Sebastianus, rideri enim confundebatur ab eo cujus judicium damnationis habebat præ manibus, jussit erui oculos ejus, ut quasi cæcus cæcis simulacris comparatus ab eorum injuria cessaret, cum simili cæcitatis confusione se notabilem sciret. Ad hoc etiam fortassis oculos ejus effodit, ut cæcus cæcorum simulacrorum mereretur consessum, et quod illa perplexis involverent responsis, iste solubilibus expediret verbis, et quod Apollo dubie loquens ab intellectu humano suspenderet, iste intelligibiliter diceret. Victor vero excæcatus dixit: *Lumen capitis mei extinxisti, sed interioribus oculis plus video, id est oculis animæ, quemadmodum apostolus dixit: Si consideratis oculis cordis, non est vobis necessarius oculus corporis; oculi enim corporis inania mundi vident, oculi autem cordis vident lumen verum.*

7. Sebastianus comes dixit: *Cogis me acrioribus tormentis in te expensis et adhuc expendendis sæviorem apparere quam innata mihi mansuetudo patiatur. Pietas me matre profusum excepit, primitiis meis et rudimentis auspicata est, omnibus ætatibus meis aspiravit et usque ad senium colluderet mihi, nisi errore tuo exigente aversus ab illa, feritate qua te punirem animum meum et manus meas armassem. Ne ergo impune propter te hoc pietatis bonum perdiderim, dirissime plecteris; et ne in hoc dupliciter confundar, ut et pietate caream et tu ad verecundiam meam vivas, omnimoda pœnarum animadversione quamdiu durabis conficieris.* Beatus Victor dixit: *Gratias ago Deo meo qui me confortat. Quomodo vis damna, sævi, exure, prosterne; noli parcere. Utile mihi est pietatem te amisisse, per quam cum periculo salutis meæ mihi modo mansuesceres, per quam nunc mihi perniciose indulgeres et gloriam meam aut diutissime retardares aut ex toto auferres. Optimum etiam mihi est feritate te induruisse, per quam salus mea conquiritur et corona mea expolitur et desideriis meis votiva præmia procurantur. Itaque, ut dixi, damna, sævi, exure, prosterne, quia hæc omnia pro Deo meo confortante me sustinere paratus sum.* Tunc comes, deorsum dependente cervice, sursum vero inferiori parte suspensa, jussit eum sic immutato humani status ordine dehonestari. Et taliter illo transverse suspenso, quasi capite staret et ambularet, pedibus vero videret et audiret, interim sanguis defluebat de naribus ejus in terram. Et per triduum ita pependit, æstimantibus militibus qui eum suspenderant animam ejus cum sanguine defluxisse, secundum opinionem qua dicunt animam in sanguine sedem habere. Transacto triduo affuerunt, æstimantes se inventuros beatum Victorem morte consopitum, vita excussum, spiritu exanimem, sensu inanem, et jam triduano suspendio obriguisse quasi stipitem. Et appropinquantes cum intenderent in eum, curiose explorantes utrum vitæ sive mortis signa in eo apparerent, statim cæcitate obtenebrati in sua pœna cognoverunt sanctum martyrem necdum expirasse. Quos sciens ad hoc venisse ut sibi insultarent, reputans etiam hac insultatione suum meritum beatius apud Deum futurum, caliginem cæcitatis quam Deus illorum oculis infude-

rat, suis orationibus detersit, dicens eis: *In nomine Dei mei Jesu Christi, pro cujus amore ipse lumen oculorum meorum a vobis passus sum extingui, illuminamini, et videntes scitote me sic suspensum nunquam moriturum et, nisi alia pœna huic pœnæ subinferatur, in hoc semper suspendio duraturum. Deforme enim est et insolitum hoc genus tormenti, sub quo tamen non deficiam, ut appareat minus esse virtute et potentia Dei mei quidquid humanæ curiositatis perspicax et malitiosa astutia invenerit. Non in hoc tormento posuit Deus novissima mea, ne, si hic interirem, æstimaretis contra deformem et insolitam mortem auxilium Dei mei infirmum fuisse. Illuminamini ergo et discite quantum sit reverendus Deus meus qui per me cæcatum vobis cæcis refundit visum, qui fuistis cæcitatis et suspendii mei ministri.* Mox illuminati nuntiaverunt comiti quid periculi, quid remedii coram sancto martyre incurrerint.

8. Dum autem numerant quas passi sunt tenebras et virtutem beati Victoris qua illuminati sunt, ille contemnens eorum exemplo illuminari corde sed plus obtenebrari, adhibito sancto martyre, jussit cutem corporis ejus in modum pellis detrahi et excoriato eo abdita costarum aperiri et quædam ossa denudari. Sub hac cruenta passione sanctus Victor totum animum ad tolerantiam colligens, comiti cum magna hilaritate dixit: *Licet in multis partibus integritati corporis mei detraxeris, oculos effoderis, articulos manus collisos a carne expresseris, nervos diruperis, corium abstraxeris, tamen cor meum nulla adhuc læsione rupisti, quia semper invictum manens fortitudinem toti ministrat corpori, unde et nomen meum victoriæ ejus optime consentit.*

9. Tunc quædam mulier, uxor cujusdam militis, nomine Corona, annorum sedecim, exclamavit dicens: *Beatus es, Victor, et beata opera tua et sancta. Susceptum est sacrificium tuum sicut oblatio Abel, quoniam obtulisti te Deo recte, scilicet non partem tui libans Deo et partem devovens mundo. Deus suscepit te quomodo Enoch justum, qui translatus est, ne videret mortem hujus mundi, quousque veniant tempora quæ sunt futura, consummationi seculi proxima. Credidisti Deo quomodo Abraham, et in præmium fidei tuæ per quam pro justitia Dei tui reclamasti, paulo post gaudio Dei admitteris. Factus es sapiens sicut Joseph, qui intellexit famem futuram, cujus exemplo in hoc tempore sationis bonorum operum semina sparsisti, postmodum collecturus eorum fructum, absque æstimatione humana multiplicatum. Sustinuisti fortissimi Job tentationum exercitia, quæ per patientiam viriliter percurristi, per constantiam animi intrepide oppugnasti et per virtutem Dei triumphaliter subacta exinanisti. Factus es in odorem suavitatis quomodo Eleazar in sacerdotio suo. Non tetigit te ignis ab hoc tyranno tibi suspenso immissus, quomodo tribus pueris fuit innocuus caminus Chaldaicæ fornacis. Sperasti in Dominum quomodo David, et ab ipso adjutus es. Accepisti Salomonis sapientiam a qua volebat te hic seductor supplantare, increpans te cecidisse in errorem stultitiæ, cum in veritate sapientiæ fundatus esses; et sperat fundamentum tuum evertere, quod miser ignorat in petra quæ est Christus consedisse.* Hæc locuta mulier adjecit: *Ecce video duas coronas quantitate impares de cœlo demissas ab angelis, mihi et tibi, secundum uniuscujusque majus vel minus meritum discrete impositas. Et si vas*

infirmum sum, tamen timeo Christum, quæ est septima gratia Spiritus sancti. Et quia sum timorata, jam mecum est principium sapientiæ, dicente Ecclesiaste: Principium sapientiæ timor Domini. Ne ergo repellas me a consortio tuo, quia, etsi ad reliquas gratias Spiritus sancti plenissime pervenisti, certe a timore cœpisti. Et, si 5 *aliis indigna sum, saltem spiritum fortitudinis obtine mihi, ut, si itura sum ad tormentum, spiritu fortitudinis vincam inimicum. Credo quod, cum inter tormenta omnibus Spiritus sancti gratiis multum valueris, hoc spiritu fortitudinis plus potuisti, sicut sapienter locuturus spiritum sapientiæ invocas, ad aliquid intelligendum spiritum intellectus, ad consulendum spiritum consilii, ad habendam scientiam* 10 *conservandæ vel abjiciendæ cujuslibet rei spiritum scientiæ, ad compatiendum et subveniendum tibi in necessitate tua spiritum pietatis efflagitas.*

10. Ut ergo renuntiatum est comiti mulierem illam hujusmodi consolationis verbis sanctum martyrem refovisse et ejus consortium avidissime exoptare, furiis succensus jussit eam adduci ad se, et ait ei: *Quot annorum es? Etenim* 15 *rudis ætas levitatem mentis plus vitiat quam corrigat; cum accessu vero annorum mens promovetur, et, si adhuc puerilis errat, propter recentem ætatem patienter portatur. Si vero jam juvenilis in amentiam defluit aut jam senilis delirat, non est audienda, ne aliam mentem seducat, sed est opprimenda, ut vel sola cum toto suo homine pereat. Quapropter audito numero annorum tuorum advertam si a paucis* 20 *annis consolatio tua misericorditer est pensanda, an ab annosa ætate et diuturno tempore in te atrociter est plectenda. Dic ergo, quot annorum es?* Illa respondit: *Sedecim.* Sebastianus dixit: *Hæc ætas media intervenit pueritiæ et juventuti: idcirco misericordia interveniente venialis indulgentia eam absolvit; consolatio autem ejus sic est accipienda quomodo verba quæ in puellaribus choreis audientes lactant,* 25 *aerem feriunt, nullum vero sapienter erudiunt. Quod vero exoptas ad sacrilegium isti sacrilego conjungi, hoc diligentius est videndum: in hoc nobis est immorandum, ad hoc oportet nos expediri, ut subito ortum in te vitium facilius dum recens est restringatur. Dic ergo si asseris te in errore cum Victore conspirasse?* Illa respondit: *Vere insimul castissime confœderati unius fidei sectam profitemur, unum* 30 *Deum proposuimus nobis sequendum et illius legibus quidquid agimus moderandum, et pro illo condiximus invicem nos morituros, sicut ille carnem quam pro salute nostra assumpsit, pro salute etiam nostra mortalem fecit.* Sebastianus dixit: *Quæ vocaris?* Respondit: *Corona nuncupor, quod nomen fortassis præsagit me a Christo Deo meo coronandam.* Sebastianus dixit: *Sacrifica diis.* Corona dixit: *Non* 35 *intelligis quia ideo Corona vocor, quod a Deo sperem me coronandam, et tu hanc coronam vis gloriæ meæ subripere? Ideo recuso diis tuis sacrificare, ut præsagium nominis mei veritas confirmet coronati capitis.* Sebastianus comes dixit: *Quot annis maritata sub conjuge vivis?* Corona dixit: *Anno et mensibus quatuor.* Sebastianus comes dixit: *Quare de recenti adhuc copula æstuanti marito tuo* 40 *extinctis ignibus amoris continentiam indicis? Cur ejus amplexus refugis? Cur ejus amoribus non occurris? Cur ejus brachiis non involas? Cur in ejus osculis ægra non respiras? Præterea cui speciem tuam devovisti? Cui annos tuos aptos geniture dedicasti? Si festinas ad Christum tuum, expecta paulisper, tales confu-*

sionis ornatus singulis membris tuis appendemus, quibus in diversorium Dei tui non ut gratiosa inducaris, sed ut contemptibilis, ut ignobilis et ut ignominiosa excludaris. Corona dixit: *Maritum abdicavi, quia non concordat meæ quam habeo in Christo dilectioni, sed magis studio explendæ libidinis paganus cum christiana voluptuatur, cum Scriptura dicat: Perdidisti omnem qui fornicatur abs te. Numquid est sapientis hominis a Deo fornicari lascivia carnis et corruptione idolatriæ, quod utrumque ex consuetudine usurpatis pro laude, cum item eadem Scriptura hujusmodi fornicatoribus comminetur dicens: Ecce qui elongant se a te, peribunt? Disposui hoc corpus cæno sordidius a fluxu libidinis per continentiam coercere, ut purificata baptismo, crucis signo confirmata, insignita christiana fide, ad ultimum, si non invideas, sanguinis effusione perfecte mundata, possim occurrere Christo sponso ad nuptias intraturo. Tempus enim hoc transeundo præterit et quantumcumque promittat stabilitatem, ex fine suo colligitur vix fuisse. Regnum autem Dei, quod per initium non cœpit, per successum amplitudinis et longitudinis vel meliorationis non procedit, sed idem manet incommutabile, facturum omnes ad se venientes sine immutatione perpetuos. Sicut ergo promittis, appende singulis membris meis ornatus confusionis, quibus appensis ego vere non confundar, sed ad sponsum meum lætissima ingrediar; et monstrante illo caput suum spinis coronatum, monstrabo et ego corpus meum plagis desectum. Tunc illum non erubescam, quia non me erubescet; sed ex hoc erit mihi major securitas sui, quod pœnis ejus pœnas meas componam et mortem ejus morte mea expiatam ostendam. Sicut ergo comminaris, omnibus negotiis exoccupare, ceteris utilitatibus expedire, breve spatium assume in ædificandis ornatibus meis; moras enim vereor obtendi ædificationi meæ, dum remissius exequeris quod promittis.* Itaque Sebastianus cum strideret rabie, ad acuendam acrius ipsam rabiem ex verbis mulieris accessit materia pudoris et doloris, et cum omnibus suis stimulis rabies ipsa collecta in ejus corde in unum cumulum intumuit, quam non per partes nec per horarum vices, sed in unum pariter tyrannus in pœnam mulieris effudit. Jussit namque duas arbores palmarum declinari ad se contrario deflexu, et earum roboribus mediam utrimque colligari sanctam mulierem, scilicet ut dextera palma teneret quidquid dexterum haberet sancta mulier, et sinistra quidquid haberet sinistrum. Cumque sic fuisset colligata ut de utraque palma penderet, subito ab his qui deflexerant eas remissæ, dum singulæ suos status repetunt, singulæ scissam mulierem in aere mediam ferunt; et sicut pluvialibus stillicidiis inspersæ terram infundere solebant, sic sanguineis guttis de diviso corpore mulieris fluentibus affatim humum suppositam cruentabant. Ita consummata est sancta mulier, vere ad coronam sui nominis tam mirabili martyrio translata.

11. Deinde jam victus tædio pœnarum sancti martyris Victoris, Sebastianus jussit illum decollari. Decollandus autem beatus Victor dixit: *Gratias ago Deo meo, qui mihi donavit constantiam in passione mea, qui libertatem meam qua glorior in illo, nulla servitute peccati passus est dehonestari. Unde obsecro illum ut in summa passionis meæ dignetur avertere, si quid perfectionem meam qua in illo perficior, voluerit impedire; sed, sicut fortiter percurri tot genera pœnarum, ita quod*

ultimum est, adjuvante ipso triumphali fine consummem. Ubi itaque peroravit, conversus dixit carnificibus: *Diebus septem evolutis oratores vestri de medio tollentur, et vobis post duodecim dies eadem sors impendet; duci vero vestro Sebastiano viginti quatuor dierum dilatione extenditur præordinatus sibi a Deo meo interitus. Post* 5 *triennium autem advenient nostræ fidei comparticipes, id est christiani, et transferent corpus meum. Habeo enim sarcophagum novum et exequiarum expensas meis funereis necessitatibus jam dudum procuratas. Exoro ergo ut nullo obstante corpus meum hic retineatur, nec invideat aliquis quod supremum est mortuo homini; quia, si mortuus adhuc quasi vivens contumeliis agitetur, velut cum lapide vel cum quali-* 10 *bet insensibili creatura lucta inanis exercetur. Concedatur ergo cadaver defunctum ad sua cum pace transferri, ut locus electus funeri sibi a me devotas exuvias suscipiat.* Sicut prædixerat omnia convenienti effectu acciderunt, et ex his quæ prævenit verbis, nihil irritum factum est evidentibus indiciis. Itaque sicut jussum fuerat decollatus est, et de colli ejus vulnere lac et sanguis profluxit. Quæ res 15 multis fuit admirationi, fuit etiam maximæ saluti. Nam hæc videntes crediderunt in Dominum Jesum Christum, cui est gloria in secula seculorum. Amen.

DE S. VINCENTIO AGINNENSI. (Vid. Catal., cod. 53, 38°.)

Incipit passio S. Vincentii martyris.

De sancti ac beatissimi Vincentii martyris passione aliqua dicere 20 nos hortantur merita, sed verba frustrantur. Et in laude incliti martyris locuturi, deserimus meditationum ingenia, non materiam meritorum. De cujus gestis atque virtutibus, æmula scilicet christianis et irreligiosa ac profanis cultibus dedita, ad quantum intelligi datur, antiquitas silere magis voluit quam ullis stilorum monimentis notitiæ 25 aliquid hominum memoriæque mandare. Pauca tamen de plurimis quæ fidelium christianorum relatu comperimus, stilo titubante perstringimus. Nam merita illius facilius queunt virtutibus cognosci quam sermonibus explicari; præsertim cum noverimus ea nos commemorare sermonibus quæ probantur præsentibus contenta esse virtuti- 30 bus. Cœptam ergo passionis historiam in quantum a Deo fandi copia suggeritur exsequamur, et incliti venerandique martyris gesta et verba carptim in paginis calamo insignita testantur.

1. Igitur in A... territorio, in regione Metensis ruris agro vel atrio sacrilega... seductionis insectans ad templum quoddam inibi consti- 35 tutum in quo habitantes dæmones fallaciæ convenientis... ut putaret se minus Christo devota plebecula inibi aliquid operis Dei illudentis diaboli simultatibus intueri. Hujus namque prædii cespes, nudus tunc incultusque et nec ipsis agricolis utilis, nunc cruore martyris sublimatus, basilicæ etiam constructione conspicuus, et jam annis singulis 40 convenientium ibidem populorum castris quasi quadam florum

amœnitate variatus, mira in veneratione martyris pulchritudine decoratur. Ad memoratum ergo delubrum præses antedictæ urbis cum civibus populisque aliunde confluentibus convenerat, fraudem diaboli superstitione vana et veneratione solita suppliciter adoraturus, per cujus templi fores... remeare. Hoc ergo illudens phantasmate 5 fallacissimus...

2. Jam solitus diei cursus advenerat, in quo inspiciens progredientis rotæ igneum gyrum ingentis populi sollicitudo pendebat. In quas populorum catervas...

3. ... et vinctum Dei hominem ad examinis sui aditum jubet usque 10 perduci, sperans sibi vel reliquias, id est ipsum Vincentium in quem ultionem redderet detectæ fraudis, insania perfidi hominis resedisse. Diabolus itaque perdito habitaculo in quo residebat ad decipiendum, elegit sibi habitaculum in præside in quo resideret ad persequendum, ut sanctus Vincentius... 15

4. ... nullam mœstitiam præses fletus gemitusque permoveret, sed cum exultatione quadam, sicut ante prædixerat, Dei Christi se famulum fateretur, torqueri diutius Dei hominem ipse etiam auctor sceleris, suppliciorum illator, exhorruit, et duci beatum virum non toto fere stadio præcepit ad delubrum. Absolutis... 20

5. ... tecta testantur. Hæc postquam ibidem sunt peracta, per terdena et eo amplius lustra fideles sacri corporis membra latuerunt. Emenso ergo tanti temporis intervallo nunquam inibi post martyrii diem aut sacrilegi paganorum cultus aut dæmonum phantasmata paruerunt. Tantum ibidem beneficii aut martyrii dies aut locus tri- 25 buit sepulturæ. Post longum tempus quemdam boni operis christianum in somnis admonuit, incognitum martyris nomen edocuit, locum etiam latentis sepulturæ manifesta indicatione detexit, et ut repertum martyris corpus ad locum nomine Pompeiacum, non longe a regione, Metensi quatuor et ferme non totis quinque millibus consti- 30 tutum transferret, quasi præsens loqueretur edixit... tumulantur. Ut neutro tamen loco celebritatis merita licet illo translato auferrentur, hic emptione effusi cruoris sanctificationis gratiam promeretur, hic dotatus pretiosi corporis præsentia gloriatur. Propagari enim se potius venerabilis martyr pro conferenda locis gloria volens quam 35 mutari, hic et illic orantibus cum invocatus fuerit promptus intercessor assistit, nec redire a liminibus hic et illic constitutus * patitur supplicantes, nisi votorum compotes. Credimus... tumuli, per sancti martyris artus præsentia magnarum virium munerati. Nam veteres loci illius incolas gentis Gothicæ generationis unus præcipue dominatus 40 sub hostilitatis sorte omni proprietatis jure privaverat, diuque generationis illius rapacitas huc illucque bachata, et repleta diversorum facultatibus nec expleta, tandem ad hunc præsumptionis instinctum

* *ita corr; antea* constitutis.

superbia et nimiis rapinarum divitiis elata, et arrianæ hæresis venenis interius penetrata pervenit, ut diruere martyris basilicam, dissolvere sepulturam, transferre etiam membra præsumeret, quod Guetarium arrianæ legis potentissimum et nequissimum sacerdotem etiam juve-
5 nilis ætas meminit præsumpsisse. Sed non longe post præsumptionis ausum patriæ, laris aut potentiæ fortis obtinere sinitur dominatum. Nam statim eum genere, familiis omnique laborum utilitate privatum, intra Hispaniarum Alpes ad precem martyrîs ultio divina exiliavit. Et omnem generationis illius superbum dominatum de loco
10 sepulturæ suæ proximo vir Deo placitus obtentu deprecationis admovit. Nec ad integram ultionem migratio Hispaniæ sola suffecit. Nam læsis nutu Dei gentis suæ principibus intra Italiam usque translatus est, et super Averni fœtidum lacum in loco malitiæ suæ digno per aliquot annos mœsto est ac morbido mulctatus exilio. Post ægram
15 vero exilii longamque mœstitiam in Hispaniam rursus, non ut felicius ageret sed ut arrogantis vitæ cursum juxta meritum consummaret, advenit. Nam et in navicula ad alteram fluminis ripam transeunti absorbentibus undis eripitur subito cœlum vivo, denegatur terra defuncto. Sic namque pro illata inquietudine sepulturæ gloriosi mar-
20 tyris coactus est ut ulciscente Deo dimersus, lividus, tumidus atque contusus inter impastos piscium morsus per fluenta fluminis fluctuaret *; atque ita injuriam martyris artubus irrogatam judicium divinæ sententiæ librato æquitatis examine vindicavit. Oremus...

* *prius* flut-taret; *corr.* flutuaret.

DE S. BARNABA APOSTOLO. (Vid. Catal., cod. 53, 41°.)

25 **Incipit prologus in passione sancti Barnabæ apostoli.**

Barnabas hebraice, latine interpretatur filius consolationis. Barnabas qui et Joseph, natione Cypriæ civitatis, quæ a Cyro rege Persarum fundata extitit, cum Paulo in gentibus apostolatum adeptus est. Deinde propter Johannem discipulum qui etiam cognomento
30 Marcus appellabatur, sejunctus a Paulo, nihilominus Evangelii prædicatione opus sibi injunctum exercuit et martyrio coronatus est. Cujus festivitas celebratur III Idus Junii.

Explicit prologus.

Ergo non omnis sequestratio mala, sed illa prorsus bona quæ ratio-
35 nabiliter agitur, justo negotio flagitante. Divisi namque corpore, animo tamen connexi erant. Quare itaque?... Quoniam illos catena caritatis irretitos habebat ille qui eis præceperat: *In hoc cognoscent*

omnes quia vere discipuli mei eritis, si dilectionem habueritis ad invicem. De sessione autem hujus sanctissimi apostoli Barnabæ nemo in scrupulum dubitationis incidat, ut non sedeat cum Domino sicut et ceteri apostoli ad judicandum, pro eo quod non est in duodenario ordine illorum; quoniam quidem, sicut sancti edocuere patres, per duodenarium numerum universitas credentium significatur. Ergo procul dubio sedebit cum sanctis apostolis et martyribus gloriosumque judicium exhibebit. Qui quomodo non defuit de catalogo prædicationis, ita non deerit a gloria sessionis. Igitur, quia sermo exortus de sessione illius rationabiliter disertus est, operæ pretium duxisse videtur et utile, ut liquidius intelligamus quot sunt partes illorum qui judicant, et quot eorum qui judicantur. Ergo sanctorum patrum documenta sequentes veraciter teneamus quia duæ sunt differentiæ vel ordines hominum in judicio, hoc est electorum et reproborum. Quæ tamen istæ duæ partes dividuntur in quatuor. Perfectorum enim unus est qui cum Domino judicat, et alius qui judicatur; utrique tamen cum Domino regnabunt. Similiter ordo reproborum partitur in duabus partibus, dum hi qui intra Ecclesiam sunt mali, judicandi sunt et damnandi, qui vero extra Ecclesiam sunt inveniendi, non sunt judicandi sed tantummodo damnandi. Nos ergo interim, fratres carissimi, hæc considerantes, hujus sancti et gloriosi martyris Barnabæ vitam et devotionem admirantes, ejusque vestigia sequentes, in hac illius festivitate spirituali jocunditate lætemur, quatinus illo interveniente a peccatorum maculis exuti in judicio Domini inter justos inveniamur, et cum eo vitam æternam percipere mereamur. Huc usque beatissimi Barnabæ gloriosum agonem et veneranda magnalia declarantes, ex authentica auctoritate Lucæ evangelistæ, ut prædictum est, breviter deflorare curavimus. Sed idem Lucas sequendo beatum Paulum apostolum, sancti Barnabæ finem cernere non valuit. Cetera quæ sequuntur et quo ordine ad coronam martyrii pervenerit, ex græco logio prædicti Johannis, discipuli ejus, transferentes fideliter declarabimus. Sic enim idem Johannes declarat, dicens... *(Deinde pergit ut habes in Florilegio Casinensi. l. c.)*

DE SS. NAZARIO ET CELSO. (Vid. Catal., cod. 53, 42°.)

Incipit passio sanctorum Nazarii martyris et Celsi pueri.

1. Sanctus Nazarius secundum seculi dignitatem clarissimis natalibus Romæ ortus, Spiritu sancto repletus, prædicabat in plurimis urbibus Dominum Jesum Christum cum Patre et Spiritu sancto unum Deum debere coli, non idola manu-

facta. Audiens quidam hæc ex satellitibus Neronis, nomine Cornelius, relationem ad eumdem detulit quod prædictus sanctus Nazarius adversus deos quos sacratissimi imperatores adorant, christianam religionem auderet asserere et per diversas provincias turbas hominum sua prædicatione converteret. Cumque Nero hujusmodi
5 litteras accepisset, repletus ira et furore, dicit Dentoni magno militi suo : *Celeriter proficiscens cum multis militibus inquire hominem Nazarium, perturbantem seditionibus civitates et murmurantem in maledictis adversum deos, et fines regionum contaminantem.* Dento autem accipiens litteras Neronis et idoneos milites, inquirens invenit Nazarium in civitate quæ dicitur Ebredunum, ædificantem oratorium
10 contra Orientem, et cum eo duos pueros, Gervasium et Protasium, qui ad doctrinam ejus convenerant, et infantem, Celsum nomine, lapides porrigentem. Dento ait : *Operari, tu es Nazarius qui Christum prædicat?* Respondit : *Ego sum.* Dixitque ad eum Dento : *Numquid et hi juvenes christiani sunt?* Nazarius respondit : *Christiani.* Statim vinctos pariter ad Neronem perduxerunt.
15 **2.** Nero autem donavit Dentoni talentum aureum, et jussit Nazarium, Gervasium et Protasium includi in obscuro carceris. Celsus vero parvulus ejulans cum lacrimis sequebatur eos. Unus autem ex militibus apprehenso puero, alapis cædebat maxillas ejus, dixitque Nazarius : *Infelicissime hominum, quæ rabies absque ceteris te invasit, quia a pueri hujus vexatione non desistis?* Et irati milites Naza-
20 rium calcibus ceciderunt. Suspirante autem sancto Nazario, corruit miles ille in faciem super saxum ibique amisit oculum dextrum. Et confestim duxerunt eos in ergastulum. Volente autem Nerone post triduum perdere eos, venit ad eos angelus Domini, dicens : *Nolite timere; per vos confundetur Nero.* Alia vero die misit Nero venatores ferarum, et jussit deduci de sublimioribus montibus Galliarum diversi
25 generis feras. Ipse autem secessit ad prædium, ut voluptatibus resolutus vacaret. Deus vero Nazarii spiritum iracundiæ misit, et abegit omnes feras ex sublimioribus montibus, et quærebant eas venatores Neronis et non inveniebant. Nocte vero irruentes feræ, iracundiæ spiritu incitatæ, dissolverunt muros horti in quo erat Nero, et destruxerunt jacinto et margaritis exornata tentoria Neronis et circumde-
30 derunt concubinas ejus et disperserunt sanguinem armigeri ejus. Nero autem morsu lacerato pede solus tunc evasit. Timuerunt milites valde cum abigerentur feræ quæ a spiritu iracundiæ incitatæ venerant.

3. Intelligens vero sanctus Nazarius, cum esset in carcere, omnia quæ facta erant, ait puero : *Mittens mittet ad nos Nero, et tradam te mulieri viduæ. Ne ergo timeas
35 neque contristeris. Venies autem ad nos citius, Deo adjuvante.* Nero autem elatus, omnibus qui erant in domo ejus dixit : *Non amici, non fratres, sed domestici mei estis. Irati dii tradiderunt omnes proximos meos feris, et non potuerunt venatores mei præcurrentes perducere, quoniam irritavit eas Nazarius.* Post duos vero menses sedit Nero macer et miser et turpis visu. Sanctus autem Nazarius exultavit
40 hora illa. Et continuo steterunt ante januas ubi erat Nazarius milites Neronis, missi ducere eum ligatum. Suspiciens vero Nazarius in cœlum, ibat cum militibus et puer cum eo. In media vero via mulier quædam vidua exclamavit : *Homo Dei, quare vadit puer judicari tecum?* Et dixit Nazarius puero : *Vade ad illam, quia ipsa*

est mater tua. Et commendavit eum mulieri, dicens ei : *Quandoquidem vocatus fuerit semel, mitte illum.* Et percussit unus miles puerum. Dixit vero sanctus Nazarius : *Non homo sed inhumane, utquid percutis puerum ?* Et trahentes milites Nazarium, calcibus vexaverunt eum, dicentes ei : *Tu et cum ducaris in carcerem, dicis nos non esse homines sed sine humanitate. Neroni te oportet confiteri quia mœchatus es cum muliere hac quæ habet puerum hunc.* 5

* *videntur hic quædam omissa.*

4. Suspirante vero Nazario * continuo perduxerunt eum et statuerunt ante tribunal Neronis. Et tenebræ factæ sunt super faciem Neronis, et sanctorum facies visæ sunt sicut sol. Et admirantes ministri dixerunt *Dii nostri obscuraverunt Cæsarem, et Deus christianorum illuminavit eos.* Repletus ira Nero, obscuratus 10 simul et contristatus propter concubinas et casum quem pertulerat, et quia plagatus erat pede, ait ad sanctum Nazarium dicens : *Malefici, propter vos passus sum tempestatem a diis meis et incurri ferarum rabiem. Digni igitur estis ut in sanguine vestro pereatis.* Sanctus Nazarius respondit : *Quid turbaris aut quid male vidisti ? Dii vestri semper in tempestate et in amaritudine effundunt sanguinem, contribulant* 15 *ossa et carnes polluunt. Feræ vero diis vestris meliores extant, quæ ad præceptum venerunt et devoraverunt mulieres tuas.* Tunc accensus ira Nero ait : *Quis tibi annuntiavit, cum esses in carcere, quæ facta sunt ?* Nazarius dixit : *Qui dedit timeri se, ipse mihi annuntiavit. Quare unus ex diis tuis non tenuit te currentem, sed morsu laceratus pedem fregisti ?* Nero ait : *Utquid magicis tuis artibus irrides me et deos* 20 *meos ? Si vis vivere, sacrifica.* Nazarius respondit : *Dii vestri semper in tenebris sunt. Nos vero despicimus dæmones, et Deum colimus sempiternum.* Accensus ira Nero dixit : *Removeatur hic nefarius, ne aures nostræ diutius asperentur.* Cumque removeretur sanctus Nazarius, exclamavit voce magna dicens : *Domine Jesu Christe, salva animas servorum tuorum Gervasii et Protasii, ut per confessionem nominis* 25 *tui liberati a malitia Neronis, a te in gloria suscipi mereantur.* Nazarius vero dixit servantibus se : *Precor vos, adducite puerum de quo dixistis quia mœchatus habeo filium ; ne patiamini sicut passus est qui locutus est verbum hoc.* Et cito festinantes adduxerunt eum. Et osculatus est puer pedes ejus et sanctus Nazarius caput pueri.

5. Cumque amotus fuisset Nazarius, Nero dixit ad Gervasium et Protasium : 30 *Nolite consentire huic malefico, ne cum eo suppliciis consumamini.* Sancti dixerunt : *Quoniam hic pater noster est, qui nos non solum secundum carnem genuit sed spiritualiter procreavit, oportet nos cum eo mori, ut habeamus vitam æternam.* Nero dixit : *Video vos adhuc in juvenili ætate, florentes ingenio et alacritate, et miror quod tam stulta et inania verba loquamini. Desistite ab hac prava persuasione, et* 35 *exaltabunt vos dii nostri.* Gervasius et Protasius dixerunt : *Irrationabilis et prava persuasio est Deum conditorem cœli et terræ et maris et omnium quæ in eis sunt, non confiteri, et colere idola manufacta quæ non loquuntur neque audiunt.* Nero indignatus pugnis et calcibus eos subigi præcepit. Cumque a ministris cæsi fuissent, Nero dixit : *Militate nobis et eligite honores. Copiam vobis tribuam, divitiarum* 40 *abundantiam ad arbitrium vestrum in vos conferam, necnon et procerum palatii mei senatorumque quorum malueritis filias vobis in matrimonio tradam.* Gervasius et Protasius dixerunt : *Non nos terrenæ opes delectant, nec Jovis figuram arte*

hominum auro et ebore distinctam adorabimus; sed nec tu pedem nostrum retorquere poteris a via quam nobis Dominus Jesus Christus per patrem nostrum Nazarium aperuit, quia potius est nobis perennis vitæ bonis perfrui quam mala brevia possidere. Nam divitiæ et honores tui nulli sunt, quia et tu ipse continuo interibis.
5 Nero iratus dixit: *Digne fundetur sanguis vester, qui propter crucificum hominem magis mori vultis quam mecum feliciter vivere.* Gervasius et Protasius dixerunt: *Quandoquidem nos occideris, tunc vivificabimur. Nam hic mori parati sumus, ut in æternum vivamus.* Tunc Nero ad aram eos deduci præcepit, ut gustarent ex profanatis et pollutis. Cumque statuissent eos ministri ante aram, Nero dixit: *Si vultis*
10 *vivere, sacrificate diis.* Gervasius et Protasius dixerunt: *Non faciemus, quia vivere præoptamus.* Tunc jussit Nero cervices eorum confringi.

6. Et ut confringebantur cervices eorum, Gervasius et Protasius dixerunt ministris: *Obtestamur vos per caput Neronis, quiescite a nobis parumper et adducite patrem nostrum Nazarium.* Renuntiaverunt Neroni ministri hæc. Gratulatus
15 est igitur Nero, et dixit ministris: *Interponite aliquid spatii, et forte meliori consilio immolabunt diis; et sicut poposcerunt exhibeatur Nazarius.* Cumque exhibitus fuisset Nazarius, Nero dixit ad eum: *Consule tibi: ecce ara, immola diis.* Nazarius vero aspiciens in cœlum, ait voce magna: *Domine, libera animas nostras a dæmoniis, et salva nos in dextera tua fortissima.* Nero dixit: *Oportet ex hoc nefandissimo*
20 *terrarum spatia liberare.* Tunc jussit sanctum Nazarium cum Celso puero recludi in carcerem; sanctos vero Gervasium et Protasium Mediolanum ad Anolinum, qui præerat civitati, deduci præcepit, scribens ei: " Gervasium et Protasium juvenes, detractantes immolare diis, ad te misimus. Quos carcerali custodia detine et diis nostris sacrificare compelle. „ Cumque perducti fuissent, alia die Nero ad portum
25 maris processit et statui sibi Nazarium cum puero jussit. Dixitque ad eum: *Tantæ sunt artes tuæ ut amplius vivere non debeas. A te mihi immissa est ferarum rabies; tu gustare deorum libamina noluisti; tu subvertisti juvenes Gervasium et Protasium, ne immolarent diis; atque ideo maris te profunda suscipient.* Nazarius respondit: *Salvator meus et Deus meus qui me per baptismum regeneravit, ipse in mari et*
30 *ubique custodiet, quia ipsi famulantur elementa quæ sola jussione constituit.* Nero dixit nauclero: *Hunc nefarium cum puero in mare projice, ut a contagione istius terra purgetur.*

7. Et continuo elevatis in navicula, ita in altum nantæ provecti sunt ut obscurarentur a terra, et præcipitaverunt Nazarium cum puero. Et subito stridentibus
35 ventis commota tempestas est, et pereuntes nautæ clamaverunt: *Peccavimus coram Deo Nazarii, dum Neronis paruimus imperio. Ubi nunc es, Nero, et dii tui? Quis nos salvos faciet?* Illico ab eis Nazarius natans visus est et circa eum erat fida tranquillitas. Admirantesque nautæ clamaverunt: *Veni, et salva nos per Deum tuum, qui te in tanta tempestate custodit.* Cumque ascendisset sanctus Nazarius una cum
40 parvulo in naviculam, sedata tempestas est. Dixitque Nazarius: *Creditis quia Deus meus Deus verus est, qui et commovet maria et commota compescit, vestri vero dii idola sunt surda et cæca?* Responderunt nautæ: *Nunc vero credimus et scimus quoniam vana sunt quæ hucusque coluimus.* Dicit eis Nazarius: *Si creditis, custodite*

vos a malitia Neronis. Responderunt : *Orationibus tuis, etiam.* Et catechizavit eos credentes doctrinam ejus, et profecti sunt gratia Dei custoditi. Nazarius vero abiit cum Celso puero.

8. Cumque venissent in civitatem Genuensem, puer est mortuus, et non erat in eo spiritus neque loquebatur. Confirmatus autem Nazarius oravit, dicens : *Domine* 5 *Deus patrum nostrorum, ostende mihi si vere puer moritur, ut sepeliam eum in locum hunc. Si vero vivit, expectans expectabo eum.* Et orante eo venit vox dicens : *Resurget puer et annuntiabit tibi gaudium.* Circa horam autem nonam surrexit puer, dicens : *Ave, pater Nazari.* Dixitque illi Nazarius ; *Ave et tu, fili Celse, et ubi eras dic.* Celsus dixit : *In loco ubi eram vidi te stantem juxta sedem regis Dei, et* 10 *loquebatur tibi de vita immortali.* Gaudio autem repletus Nazarius, osculatus est caput ejus et puer osculatus est vestigia ejus. Manserunt autem nocte illa intra civitatem. Et post triduum surgens, ambulavit et venit Mediolanum, inquirens sanctos martyres Gervasium et Protasium, quos invenit in carcere pari gratia confirmatos. Audiens vero Anolinus, qui præerat civitati, quod prædictos viros 15 adhortatione et præsentia confirmaret, capi eum jussit, scribens Neroni : " Virum scelestum qui dicitur Nazarius inveni fugientem potestatem tuam et pervertentem eos quos in carcere tenebam Gervasium et Protasium, quos sperabamus diis nostris immolaturos. „ Accipiens Nero relationem, exilivit dicens : *Adhuc vivit deorum adversarius.* Et ingenti ira exæstuans, nautas quæri et puniri jubet qui vivere 20 Nazarium permisissent.

9. Quos cum non invenisset, misit ad Anolinum, scribens ei : " Concide colla eorum, id est, Nazarii malefici, Gervasii et Protasii et Celsi pueri, eorumque carnes expone avibus et feris, ut nec ossa eorum quiescere patiaris. „ Cumque Anolinus hujuscemodi litteras accepisset, palam recitavit, sibique Nazarium offerri præce- 25 pit, dixitque ad eum : *Jussit inclitus imperator incidi cervices tuas, pariter et Gervasii et Protasii et Celsi pueri.* Nazarius respondit : *Magnus Deus et magna opera ejus, qui nos jam absolvi jubet.* Cumque eos Anolinus publice vellet occidere, factus est tumultus populi gravis, quia omnes eos venerabantur propter virtutes quas assidue faciebant. Receptique in ergastulo occulte interrempti sunt. Mox 30 etiam pretiosa corpora eorum furati sunt qui Deum timebant, et deposuerunt ea extra portam quæ dicitur Romana, in domo Cereatii, religiosi viri. Ipsa vero nocte apparuerunt eidem, dicentes : *Defossa humo altius absconde corpora nostra secrete propter Neronem.* Et rogavit eos Ceratius dicens : *Oro vos, domini, salvate unicam filiam meam, quia paralytica est.* Et dixerunt ei : *Qui nos inter manus persecuto-* 35 *rum glorificare dignatus est et animas nostras exultare fecit in requiem, dabit tibi quod fideliter petis.* Mature vero consurgens vidit filiam suam currentem cum laudibus ad sanctorum memoriam. Ille vero stupefactus cum gaudio nuntiavit mirabilia quæ viderat facta per sanctos uxori suæ Fortunatæ, et constituit eorum corpora in loco qui dicitur *Ad tres muros.* 40

10. Quidam autem philosophus ab initio martyrium certaminis eorum scripsit, quod conservans secum retinebat. Et admonitus in somnis a sanctis, dedit libros

beato Ceratio, et sicut ei a martyribus revelatum est, continuo condidit librum ad caput eorum. Nec multo post tempore Nero strangulatus est a dæmonibus et Anolinus morte pessima consumptus est. Tandem ut primum placuit omnipotenti Deo, qui est gloriosus in sanctis suis, beatissimo Ambrosio Mediolanensi episcopo per
5 visum apparuit quo loco laterent martyrum corpora. At ubi agnitionem sancto sacerdoti divina ostensio condonavit, accedens cum omni plebe ad locum quem gratia divina monstraverat et requirens, invenit sanctos martyres in profundo terræ sicut thesaurum reconditos. Prolata autem e fossa martyrum corpora, omnium sunt oblata conspectibus. Et stipati populi cum angelicis canticis ad
10 ambrosianam basilicam ea deduxerunt. Quibus diebus in Mediolanensi civitate tanta signa in honore sanctorum martyrum Deus fecit ut vigorem paralytici, claudi gressum, cæci plurimi lumina recepissent. Quidam per plures annos cæcus civis omnium notissimus, cum in uno residens loco psallentium voces audisset, causaque cognita eo se poposcisset duci, sudarium quo feretrum tegebatur admovit
15 oculis statimque receptis luminibus exultavit in Domino. Dæmones ab obsessis hominibus expulsi sunt, diversaque hominum desideria Domino Jesu Christo tribuente completa sunt, cui est cum Patre et Spiritu sancto honor, laus et gloria in secula seculorum. Amen.

DE SS. RUFINO ET VALERIO. (Vid. Catal., cod. 53, 43°.)

20 1. Eodem tempore... superbo digrederetur Coturno, a Vangionum civitate progrediens... cessarent. Et cum hæc ejus edicta in urbe essent fidelibus proposita, et illi recusarent parere, neque enim utile ducebant in his quæ legi suæ erant contraria obedire jubenti, aliquos in prædicta... carperet iter, ejus profectio a quodam eventu retar-
25 data est, qui eventus ejus desiderio suppeditaret et quod quærebat venienti ultro administraret. Erat enim Vidolæ fluvio locus contiguus, in quo aliquando res publica fuerat gubernata, id est res imperialibus sumptibus comportanda fuerat collata ad conservandum; cui providentiæ, adhuc manente antiqua consuetudine, duo fratres, Rufinus
30 et Valerius, erant deputati, ut conservarent horrea frugum, digestim imperiali palatio inferenda. Hic ergo Christo fideliter adhærentes commanebant, et salutaribus exercitiis se ipsos componebant. Et ex hac compositione sui aliorum multorum incomposita corrigebant: alios enim quorum lumina erant cæcitate extincta, illuminabant; alios vero
35 quorum pedes emortui de jacente et tamen vivente corpore pendebant inanes, erigebant; multis aurium claustra reserabant; plerisque quorum ora quasi silentio devota vacabant, cum voce linguam faciebant solubilem, et ceteris infirmitatibus per virtutem Dei quam merita eorum, quandocumque vellent, habebant non imparatam, fidenter et
40 tamen humiliter occurrebant. Ipsis vero nulla incommoda in quocumque ægrotante repugnabant, et non solum jubentibus dicto citius con-

quiescebant, sed etiam tantummodo 'præsentibus absistebant. Cum ergo in præfatum...

6. ... isti duo confidunt. Nam quanto plura tormenta in corripienda eorum pervicacia insumimus, tanto ampliori pertinacia præduratum animum monstrant, et nihil minus a deorum obsequiis avertuntur; 5 et quo plus efferor et indignor in eos pro injuriis deorum, tanto magis linguam contumacem sine respectu divinæ reverentiæ intorquent. Volo... eminus, id est in spatium septem millium quingentorum passuum juxta...

DE S. SALVIO MARTYRE. (Vid. Catal., cod. 53, 50°.) 10

Incipit passio sancti Salvii martyris.

1. Regnante in perpetuum Domino et salvatore nostro Jesu Christo, memorabilis pontifex et martyr Christi Salvius, temporibus regis Francorum Karoli velut quidam puræ lucis oculus ab Aquitaniæ partibus emicuit, qui gratiæ Dei lumine perfusus has proximas regiones suo sanguine suisque illustravit meritis. Huic 15 voluntariam peregrinationem imperavit amor et desiderium Christi, quia, sicut sitiens tendit ad fontes aquarum, sic ipse per martyrium pervenire desiderabat ad Christum. Erat ei discipulus fidelis et laboris particeps et meriti, qui illi et solatium peregrinationis et socius factus est passionis. Is ergo cum illo suo discipulo in hanc proximam Hainoensium devenit, in vicum qui Valentianas dicitur, ubi non multo 20 post beati desiderii portum feliciter attigit. Eo in loco aliquantisper moratus, lacteos prædicationis amnes mentium campis infundit et jam nutu Dei locum dedicat sibi in habitaculum et requiem sui corporis.

2. Dein paululum digressus conspicatur ecclesiam in cominus sitam, beati Martini confessoris nomini et reliquiis dicatam. Illo propere divertit, intrat basi- 25 licam, celebratisque missarum solemniis proximam ecclesiæ mansionem capit. Videris cum quanto affectu locum sanctum amplectitur, quam devote, quam pie veneratur, ac si rebus ipsis loquatur: hunc suum esse locum, hoc sibi munus a Deo concessum. Ea nox tota sancto insomnis extitit, totam illam in orationibus, totam in Dei laudibus in eadem ecclesia expendit. Dein sequenti die coloni ex vicinis 30 assunt congregati, multitudo quamplurima promiscui sexus et ætatis, omnes parati intentique ab illo verbum salutis audire. Nam doctrina viri omnibus grata, cunctis desiderio erat. Tum ille solito aquæ vivæ fontem aperit, omnes verbo vitæ reparat ac reficit, ac deinde missas agit. Ubi peractis omnibus turba defluxit. Genardus quidam, potens et honorabilis, is quippe procurator erat fisci supra memorati, 35 sanctum episcopum accedit, rogat uti caritatis gratia pransurus ad se divertat. Ille nihil caritati renisus, domum ingressus discumbit ac reficitur.

3. Erat prædicto viro filius, nomine Winegardus, homo animis et gestu corporis levis, cupiditate crudelis et, ubi occasio se præbuisset, nihili pendens actum

cujuslibet magni facinoris. Is viro Dei infestus esse, insidias illi parare, necem quoque iniqua mente moliri. Incitabant cupidum et atrocem ejus animum vasa aurea quæ viderat vel argentea, sacerdotalia quoque indumenta, quæ sanctus episcopus sacri ministerii reverentiæ et honori habebat. Abeuntem ergò insidiose 5 persecutus, in devexo cujusdam montis latere nactus opportunitatem capit, spoliat et in vincula conjicit. Dein propere domum se proripit, quid egerit patri indicat. Audita re pater, cui mens sanior erat, tale factum execrari, Dei virum illum dicens esse; sacrilegium in eo admissum, in se suamque domum a Deo vindictam sceleris hujus mature affuturam. Nihil horum curæ fuit barbaro et crudeli, immo, spreto 10 patre, consilio * sodalium quibus furta, cædes et rapinæ cordi erant, in servi Dei necem armatur. Nil moratus ad locum properat in quo sanctum clausum haberi jusserat. Introgressus ostia claudit et obfirmat. Erat ei ex servis unus familiarior, qui in multis obsecutus fuerat domini sui crudelibus imperiis. Is ipse ad obsequium sceleris hujus admittitur. Huic ergo jussum eat quantocius in abdito carceris, 15 capite puniat episcopum, jugulet pariter ejus discipulum. Ille quidem ad parendum solito paulum segnior. Nam viri sanctitas audita et comperta nonnihil formidini erat. It tamen, certus de sua pœna, si non quod jubetur adimpleat. At ubi ventum est ad locum patrandi sceleris, ex virtute Dei metus et horror satelliti validus incumbit. Tum ille prostratus veniam precari, se invitum, se coactum adesse, se 20 nihil minus quam mortem ejus desiderare. Ad hoc domini sui superbam feritatem et tyrannicum ejus super se dominium commemorare, seque nisi pareat nihil minus quam vitam sperare. Orat deinde uti fuga periculum evadat, se inquiens malle fugæ ejus socium quam mortis esse ministrum. E contra sanctus, cui vita præsens oneri, martyrium desiderio erat, nihilominus fugam abnuere, quin potius 25 nudam cervicem percussuro præbere. *Christi*, inquit, *victima sum; ante aram ejus gladio feriar.* Ille amplius timere, hiatum terræ ad absorbendum se ante oculos suspectum semper habere.

* *cod.* consilia

4. Interim mora expectanti domino longa nimium visa. Missus ex servis alius morantem interius satellitem evocat; evocatus ille statim procumbit ante 30 pedes residentis, tamquam qui non impleto præcepto pœnam meruerit. Ad hæc furenti domino aiebat se, uti res erat, timore perculsum vix potuisse subsistere, tantam virtutem sancti in loco orantis esse. Hoc ille nihilominus socordiæ et ignaviæ illius imputare. Mittit deinde alium cum eo, cujus solatio fortior et animis constantior redderetur, quique exploraret metu an voluntate præceptum transgre-35 deretur. Non erat Deo impossible duos exturbare, quippe qui potest et duos et universum mundum uno nutu delere. Sed profecto ipse Dominus si insecutores suos ut primo fecerat, ita semper exturbasset, passus ipse non fuisset et totus orbis redemptus non esset. Ita sane, si Christus a servis suis persecutores cohibuisset, tanta gloria, tanta corona martyrum non esset. Igitur ab illis primo quidem ipse 40 sanctus pontifex et martyr Christi Salvius capite cæsus coronam æternam accepit. Deinde ipse discipulus morti ultro se offerens, magistrum ad gloriam secutus est. Ita ambo consummati VI Kl. Julii, coronam vitæ acceperunt de manu Domini, cui est honor et gloria in secula seculorum.

5. Igitur Dominus martyrem suum quem coronaverat in cœlis, etiam apud homines clarificare non distulit, et lucernam quam ipse accendit, non diu aspectus hominum latere permisit. Siquidem impius homicida corpora sanctorum in armento gregis sui effossa humo latenter deposuerat, id videlicet timens, ne vestigia sui sceleris humanis paterent oculis. Itaque locus ipse cœpit multis miraculo esse ex præsentia Dei, qui illius inspector erat, ita ut speculum lucis fieret locus hactenus ignobilis et per noctes divinitus accensis micaret lampadibus. Erat præterea in eodem armento taurus acer et validus et magnitudine præstans. Is ex jussu Dei assidue sanctorum pignoribus obsequebatur, gregem reliquum abinde procul arcebat; ipse semper astabat, prorsus nihil immundum, nihil sordidum admittebat. Factum est hoc palam omnibus, dum alii qui prius viderant, alios miraculi testes asciscunt, qui et frequentes noctes explorandi studio insomnes inibi duxerunt. Omnes ergo rogabant ut ea visio quam, uti res erat, angelicam visitationem æstimabant, in bonum eis procederet.

6. Igitur eo tempore, ut supra memoratum est, regnum Francorum Karolus regebat. Huic in somnis a Deo per visionem angelicam imperatum est uti sanctorum corpora requireret, quæ in fisco qui dicitur Valentianas, haberentur negligenter in loco ignobili deposita. Ille autem primo quidem secundum humanam consuetudinem otiosum somnium ratus, nonnihil tamen de qualitate visionis miratus est. Sequenti item nocte admonitus, nihilominus iteratæ visionis negligens extitit. Tertia jam nocte durius arguitur, velut qui nihili pendat præceptum Dei, cum tertio admonitus necdum jussa sit exsecutus : sciret profecto sibi imputari in peccatum, si diutius in negligentia jacerent corpora sanctorum. Tum demum rex certus ex visione factus simul et metu exterritus, narrat suis quæ viderit. Dehinc summo agit studio, delectos ad investigandum mittit viros, locumque edicit ubi martyres requirendos didicerit. Itaque ad prædictum fiscum assunt legati, præclari et nobiles viri, habitaque rei quæstione turba non modica convenit. Quæsitum est summo studio, tandemque deprehensum quod Genardi domus conscia esset passionis sanctorum. Is cum filio Winegardo in medium deductus, de ea re a principibus interrogatus est. At ille conscius quid suus egerit filius, primo quidem abnegare nititur, tamquam qui nesciat unde agatur, non sine magno metu et pallore, quæ satis aperta erant argumenta malæ conscientiæ. Sane negare non poterant illuc Salvium episcopum advenisse, quia id palam omnibus fuerat, nec vetustas temporis memoriam ejus rei intercluserat. Nam abinde tertius modo annus agebatur.

7. Convicti illi se non posse nescire de quo agebatur, scire quidem id se fatentur, venisse illuc ipsum episcopum, se illum vidisse, refectionemque una die præbuisse, ceterum quo diverterit, quo abierit, id se penitus ignorare. Hæc omnia magis accusare quam excusare poterant nocentes. Nam ipsa verba sæpius intercepta vix proferri poterant, stupore ex mala conscientia quasi quodam obstaculo intercludente. Hæc omnia scelus occultum paulatim publicabant. Tum illi in scelestos acrius sævire, pœnas incomparabiles minitari, si non citius uti res erat omnino declararent. Venitur ad præsentiam sæpedicti regis Karoli, illo perducun-

tur ambo super hac re discutiendi. Quos intuitus rex, animis ira permotis, minis et terroribus perurget, illos publicos hostes, illos inclamans regni subversores, qui in suum totiusque regni periculum summi Dei trucidaverunt amicum. Ad hæc illi dejectis luminibus quamquam inviti conscientiæ suæ morem gerebant. Imperat 5 demum, fateantur quantocius quid egerint, qualiter vel ubi scelus eflectum sit, quod sine dubio ipsi commiserint. Hoc illi articulo angustati, cum nusquam pateret via qua possent elabi, Deo maxime conscientiam illorum in hoc ipsum concludente, qualiter a Winegardo sanctus episcopus cum discipulo interemptus sit, quomodo patre conscio scelus ipsum delituerit, quid etiam de interfectis egerint, 10 per ordinem persecuti sunt. Ad ea rex lætus quidem de indicio extitit, in reos autem justa vindicta animadvertit. Primo quidem virilibus amputatis ignominiosam pœnam intulit, dein oculis erutis miseram vitam superstitem reliquit, quæ, excepto eo quod pœnitentiæ datus est locus, morte gravior miseris fuit. Servus qui sceleris minister extitit, quoniam necessitate servili invitus iniquis paruerat imperiis, 15 sola oculorum evulsione pœnas solvit.

8. Et vindicta quidem ita se habuit; id autem ad quod vocatus fuerat, hoc modo peregit. Convocat religiosos undecumque... *(Cetera desiderantur.)*

DE SS. HERMAGORA ET FORTUNATO. (Catal., cod. Nam. 53, 61°.) (1)

Incipit Passio sanctorum Hermagoræ episcopi et Fortunati 20 diaconi.

1. In illo tempore, cum esset beatus Petrus apostolus in urbe Roma, dixit ad Marcum discipulum suum : *Quid hic nobiscum moraris? Ecce eruditus es de omnibus quæ fecit Jesus Nazarenus. Surge et perge ad urbem quæ vocatur Aquileia, Ystriæ provinciæ, ad prædicandum verbum Domini.* Tunc accipiens beatus Marcus 25 primam sortem et baculum pontificatus, iter arripuit, et veniens in prædictam civitatem invenit ibi juvenem nomine Attulfum, filium Ulfii, illustris et primi civitatis, qui magna detinebatur infirmitate. A quo interrogatus de qua provincia adveniret, enarravit ei eo quod christianus esset et medicus ad omnes ægritudines curandas.

30 **2-3.** Audiens juvenis hujuscemodi sermones, ad pedes ejus provolutus, rogabat ut infirmitatem ejus depelleret. Tunc beatus Marcus apprehensa manu et brachio ejus mundavit eum a lepra. At juvenis, videns hæc mirabilia, citius cucurrit ad patrem suum Ulfium et omnia indicavit ei quæ illi beatus Marcus fecisset. Celerius ergo cum magna turba veniens Ulfius inveniensque beatum Marcum ad portam

(1) Hanc Passionem, quamvis primum visa non fuerit in hac Appendice edenda, edimus tamen, quia videmus eam sat discrepare a duplici textu qui legitur apud Mombritium et in *Act. SS.* — Ad majorem collationis facilitatem numeros in *Actis* assignatos servavimus.

occidentalem residentem, vidensque mirabilia Dei in sanitate filii sui luce clarius apparentia, credens in Dominum Jesum Christum, prædicante ei beato Marco baptizatus est ipse et filius ejus et omnis familia ejus et multitudo populi. Cumque beatus Marcus prædicaret per annos aliquot, desiderio videndi beatum Petrum cor ejus succensum est, voluitque occulte dimittere populum Romamque contendere. Cujus conatui occurrentes populi, querebantur de abscessu ejus et querulis vocibus hæc verba ei ingeminabant: *Quid offensionis tuæ paternitati ingessimus? Quid peccavimus, quia absentia tua filios tuos contristas, hactenus te præsente sedula jocunditate exhilaratos? Da nobis, pastorem.* Tunc beatus Marcus proposuit eis ut eligerent quemcumque vellent christiana fidelitate pollentem. At illi elegerant sibi elegantem personam nomine Hermagoram.

4. Qui iter faciens cum beato Marco ad urbem Romam, a beato Petro accepto baculo pontificatus et velamine sacramenti, factus est episcopus provinciæ Italiæ. Et regressus ad urbem Aquileiam ecclesiæ suæ moderationem composuit, presbyteros et levitas ordinavit, quos ad civitatem Tergestinam et per alias civitates direxit.

5. Crescebat itaque quotidie fides christianorum in verbo Domini; crescebat et in caritate. Qui ejus informabantur disciplina, ab adolescentia sua usque ad venerandam ætatem non aliud exercebant nisi orationibus et jejuniis vacantes semper quæ Dei erant meditabantur. Et Dominus qui eos in una caritate conjunxit suique gubernatione custodivit, ipse etiam a passionis gloria non separavit. Cum igitur beatissimus Hermagoras diversis polleret miraculis, concurrebant ad eum omnes Italiæ provinciæ populi, et videntes ejus mirabilia referebant subsidia animæ et corporis. Sicque per eum sancta multiplicabatur fides, paganorum autem insania minuebatur.

6. Eodem vero tempore, imperante Nerone in urbe Roma et præfecturam agente Agrippa qui fuit frater Herodis, in Aquileiensem civitatem directus est ab eis præses nomine Sevastus, ut in eadem civitate præfecturam administraret. Cui ingredienti civitatem statim ab universo populo occurritur, et favorabili applausu laudi ejus acclamatur, sicut est solitum acclamari judicibus. Alia autem die sedente eo pro tribunali, postquam immundas hostias obtulerunt dæmonibus sacerdotes idolorum, suggesserunt ei de beatissimo Hermagora, dicentes: *Subveni, domine præses, quoniam templa deorum desolata sunt per virum quemdam nomine Hermagoram, qui per magicam suorum verborum seductionem omnem populum a diis immortalibus separavit, prædicando illum qui a Judæorum populo in Judæa est interfectus. Quem si tu permiseris, omnes separabit a sacrificio deorum. Et si te remissum et in indulgentia hujus offensionis facilem hæc tua misericordia multis suppliciis punienda apud principem publicaverit, fortassis et de præsidatu dejicieris et de vita periclitaberis.* His verbis exasperatus præses, ut leo infremuit, et plurima militum turba convocata, suo eum prætorio exhiberi præcepit.

7. Audiens Hermagoras se accersiri, suo et fratrum suorum gemitu et oratione precabatur, quidquid erga eos ageretur divinitus prosperari, et diabolum suæ saluti invidentem, ne eis prævaleret, elisum eorum pedibus substerni. Quæ cum perorasset, comprehensus et ferro vinctus Sevasto præsidi præsentatur.

8. Cui astanti dixit præses: *Qua audacia niteris? Qua arte et seductione falsitatem pro veritate imaginaris, qua populum a deorum cultu separas, et illi conjungis qui crucifixus occubuit? Quem et Petrus imitatus, dum per crucem putat immortalis fieri, etiam ipse crucifixus ignominiose interiit. Noveris itaque hoc edicto*
5 *principum mihi injunctum ut et te et per te seductos veritati revocem; si vero apud vos inaniter clamem, cum tormentis quod suggero animis vestris inculcem, et veritatem in cordibus vestris oblitteratam per diversa supplicia vobis invitis rescribam. Oportet veneranda deorum numina venerari per quos et nos regimur et principamur, et tibi quamvis ingrato iste cultus episcopalis eorum munere datus eorum au-*
10 *spicio nobilitatur.* Beatus Hermagoras signaculo Christi frontem suam muniens, ita respondit:

9. *Ego non deorum sed Domini mei Jesu Christi munere ordinatus episcopus, non quiesco prædicationi ejus operam dare; et nullum tempus patiens infructuosum transire, nocte pro augmentatione gregis ejus orationem impendo, et die laborem et*
15 *exercitatum exhortationis administro.* Sevastus præses dixit: *Ut video, certa est sacerdotum querimonia, qui tua verbositate queruntur populum seduci et a deorum cultura alienari. Ego vero non puto quia tua hæc loquaris mente.* Sanctus Hermagoras dixit: *Hoc certum est quod dixisti, me non mea mente loqui: quia Spiritus sanctus in se meæ locutionis officium suscepit; de quo quidquid loquor procedit,*
20 *quique, cum loquor, ex verborum pondere ipse loqui creditur, ex oris facundia, ex mentis constantia ipse cultum suum exponere comprobatur. Loquitur, inquit Christus, Spiritus sanctus per os omnium in me credentium.* Sevastus præses dixit: *Ego verbis tecum contendere nolo, sed tuæ saluti prospiciens, persuadeo tibi culturam deorum esse credere et confiteri venerabilem, et sic te credentem et confitentem eorum*
25 *reverentiæ devotum te et supplicem humiliari. Quod si nunc, cum tecum pacifice loquor, recusaveris, postmodum cum confusione facturus es, quod liberaliter et devotissime factum obedientia commendat, proterviter autem repudiatum contemptus cum dolore contemnentis crudeliter vindicat.*

10. Sanctus Hermagoras dixit: *In me de Domini mei Jesu Christi misericordia*
30 *confiso quidquid pœnarum inveneris consume; quibus, ut confido, jam consumptis ego necdum incipiam consumi, nec penitus a mea integritate imminui. Si enim dissolveris corpus, quo ruente homo exterior jacturam patitur, animam non dissolvis; qua durante, licet qui videbatur homo ceciderit, qui non videtur integer et perfectus perseverat creatori suo. Diis tuis nunquam inclinabor, qui nec anima nec auditu nec*
35 *visu nec incessu vivere comprobantur.* Hæc audiens præses, extensum nervis crudis jussit cædi. Qui dum inter verbera gratias agendo Dei sui recordaretur, præses illi deorum suorum memoriam execrabilem opponebat, sic volens illum immemorem fieri Dei sui, dum frequenter ipse clamaret et iste audiret, *Sacrifica diis.* Qui dum non acquiesceret, non sufferens hæc audire nedum assentire, cœpit præses
40 comminari sic illum pœnis voracibus depasci ut nihil ex illo resideret quod sepulturæ mandatum in terram, matrem scilicet naturalem, reflueret. Hæc comminans et furorem animi in perniciem martyris effundens, jubet eum equuleo appendi; et hoc tormento singulis ejus membris emortuis, solum os vivebat

divinæ laudi et sæviebat in contumeliam deorum et judicis. Deinde pectus ejus jubet ungulis radi et laminas ferreas candentes ejus pectori imprimi et lampades ardentes ejus lateribus applicari. Inter hæc sanctus martyr hymnum constanter Deo canebat. Videntes autem populi magnam ejus constantiam, exclamabant magnum Deum esse christianorum, et hunc testem ejus immeritum esse tam cru- 5 delibus tormentis expendi, *qui in exhortatione*, inquiunt, *nostra indefessus diem continuat nocti.*

11. Tunc pro assertione populi confusi sacerdotes, dixerunt præsidi: *Nunc manifestissime probas illum magica arte seduxisse populum qui eum justificat, quem non justum censura judiciaria et nostra pro deorum offensione reclamatio,* 10 *sed criminosum seditiosumque demonstrat.* Tunc iratus præses illum equuleo depositum jussit carcere recludi, ut arceret ab eo populi frequentiam, quia in eo quod illius acclamabant laudi, suo et omnium deorum derogabant honori. Ingrediens autem carcerem, orabat se in Domino consummari, timens se imbecillitate corporis emolliri et inchoatum certamen viribus suis effeminatis non posse viri- 15 liter consummari.

12. Itaque hoc dispendium animæ per orationem præcavens, accepit post orationem majoris fiduciæ firmitatem, lumen scilicet quod divinitus refulsit in carcere et odorem suavissimum carceris fœtorem excludentem. Quo viso, custos carceris illuminatus est hoc lumine, et depulsis infidelitatis suæ tenebris, aperta 20 carceris janua, provolvitur pedibus sancti martyris, orans ut sicut fide jam videbat, ita ipso adjuvante videret et baptismo. Quisquis enim baptismo non illuminatur, etsi fide videat, utique in tenebris palpando errat.

13. Cujus credulitatem beatus Hermagoras professione ipsius Pontiani, hoc erat nomen carcerarii, examinans, et probans in tenebris ejus exortum esse lumen 25 veritatis, indixit ei triduano jejunio baptismum prævenire, ut mortificatis vitiis ejus per abstinentiam, abluto etiam per baptismum originali peccato, duo haberet expiationis genera, afflictus jejunio ut baptizari mereretur et baptizatus in Christo ut justificaretur. Baptizatus itaque, irruente in eum Spiritu sancto cœpit quasi præconis voce clamare: *Magnus est Deus Hermagoræ, cui in carcere clauso fugatis* 30 *tenebris illuxit, sic solitus cum luce fideles suos visitare, quos testimonio apostoli sui probat esse filios diei.* Ad hanc vocem cucurrit ad carcerem universus populus, visurus lumen cujus jam interius sentiebat splendorem: quod enim sentitur, plenius tenetur, si visu etiam contempletur. Conspecto itaque lumine et hausta interioribus oculis ipsius claritate, detestabatur paganorum insaniam et fidem chri- 35 stianam qua initiatus erat venerabatur.

14. Sacerdotes itaque contumelia deorum suorum irritati, usitata querimonia præsidem appellant, deorum suorum contumeliam deplorant, ipsum negligentem in eorum ulciscenda injuria querulis vocibus clamant, propitium vero christianis esse objiciunt, et hoc publicum totius imperii periculum minantur auribus 40 imperatoris inferendum. Quibus præses respondit: *Triduo sustinete; hoc sit mihi spatium quo de ejus interitu animum meum consulam, quo de ejus mortis qualitate cordis mei prudentiam interrogem.* Hanc dilationem simulatorie expetebat, volens

hoc diuturno spatio populi frequentiam ab illo abstrahere, et sic populo secedente quasi furtive martyris vitam abrumpere. Sed hæc dolosa simulatio sancto viro nesciens servivit, nam verbis sacerdotes frustravit et seipsum intentione fefellit. Multitudine enim populi non absistente sed potius accedente, et ipse populus 5 vitam quam nesciebat per illum didicit, et ipse martyr quasi populi præsentia patrocinante vitam suam protraxit; ipse vero judex verbis et intentione mendacissimus, coram sacerdotibus erubuit.

15-18. Igitur inter innumeram populi multitudinem quidam, Gregorius dictus, videns sanctum episcopum tormenta derisisse nec defecisse, credens 10 etiam hæc mira virtute potuisse, filium suum dæmone triennio vexatum ei curandum obtulit. Cui cum ille hoc potentiæ Dei ascriberet, nec ab homine quærendum quod a solo Deo poscendum est et consequendum, Gregorius jam fide non autem adhuc baptismo christianus, sic illi et Deo dixit concorditer convenire ut in uno opere habeant idem velle, habeant etiam et idem posse. Hac viri professione 15 potius quam bonæ conscientiæ securitate adductus ad misericordiam, orationem pro puero fudit et dæmone eum absolvit, et deinde eum cum patre baptismo ablutum et peccatis absolutum, triduanam vitæ suæ dilationem gratulatus est isti fructuosam. Post hæc congregato omni clericorum ordine, quos ipse in sacris mysteriis habebat consecretales, hoc modo ab omnibus sollicitatur et non sine 20 lacrimis, quas ejus exequiis quasi condignas inferias præmittebant:

19. Te, inquiunt, *pastore nostro hominem ponente, ut transeas ad eum qui similes tui remunerat gloria et suo consessu, quem tuo gregi videbimus præsidere, in quem quasi in alterum Heliseum te sicut alterum Heliam sentiemus spiritum tuum transfudisse, qui et hereditet et succedendo suscipiat quidquid in te bonorum operum* 25 *nos salubriter ædificat? Oportet pastoris ordinationem consulte disponere, qui pastoralem providentiam non cupide arripiat, sed coactus et renitens dum aliis præponitur ingemiscat. Sic ordinatus ministrabit gregi quod pascat, sollerti cautela discutiet singula quæ ministrabit; quod videbit utile et fructuosum relinquet eis fruendum, quod sentiet virulentum tollet ab aspectu eorum, ne illectus aspectus illiciat animum,* 30 *qui captis et captivatis oculis exterioribus capitur et ipse et captivatur.* Quod illis suggerentibus, ad quod explendum plus illis erat voluntarius, quemdam Fortunatum discipulum suum, ab ipso a puero eruditum, sibi ordinavit substitui et sua hereditate potiri, ut primum desudaret in exercitio sui, deinde erudiret subjectos, post hæc argueret profanos, ad ultimum defensioni fidei christianæ animam daret, 35 et nobiliter semper cum Christo victurus hic ignobiliter oppeteret.

20. Hoc ita ordinato, mulier quædam, Alexandria nuncupata, timens Deum, per Pontianum carcerarium ad beatum Hermagoram in carcere positum inducitur, quæ obductis cæcitate luminibus orabat ab eo illuminari. Hujus mulieris fides in hoc valde laudabilis quod, cum virum Dei tenebris carceris occultari videret, tene-40 bras suas ab eo poscebat dissolvi, vere credens non illum intrinsecus tenebrosum, ubi lumine vultus Dei illustrabatur, et quidquid erat extrinsecus peccati caligine clausum penetrabat cordis oculis videntibus Christum. Quam beatus martyr oculis ejus signo crucis signatis illuminavit et, expleto triduano jejunio ab illo sibi

indicto, per supradictum Fortunatum baptizavit. Quod negotium et cetera similia illi injunxit, utpote non carcere clauso sed ad discurrendum pro talibus ministeriis expedito.

21. Post aliquot dies idem Fortunatus pro gratia baptismi impensa mulieri a Sevasto præside comprehensus carcere includitur, et tenebras quas ignorabat dum ministraret inclusis lætus amplectitur, quia idem exitium intellexit sibi impendere quod magistro suo, qui post carcerem ad Christum prævidebat se transire. Quem videns beatus Hermagoras, quamvis elegerit sibi successorem, non invidit sibi ad mortem fieri consortem, credens Deum id dignitatis etiam nunc sibi providisse ut non sine ministro pateretur, non sine ministro etiam coronaretur. Nullo autem relicto extrinsecus qui primitias populi in fide rudis roboraret, frequens ad carcerem fit auditorium, ubi utroque docente, quamvis difficilis pateret auditus, facilis tamen Deo reserante aperiebatur intellectus. Cum doctrina itaque qua sanabantur mentes, apponebant et medicinam qua sanabantur læsa corpora : nec his duobus medicaminibus erat alteri tardior effectus, quia in sanandis mentibus virtute non succumbebant, in sanandis corporibus potestate non laborabant. Videntes autem sacerdotes templorum ad carcerem fieri populi concursum, doluerunt hic diis suis plurimum dispendii importari, dum quoscumque carcer includebat, diis tollebat, quoscumque ad auditorium suum advocabat, christianis sociabat. Ex quo furore permoti ad præsidem proruunt, gravibus contumeliis impetunt, nec contumeliis contenti lapidibus obruere nituntur, eo quod Hermagoræ contra deos agenti vitæ tempora fortassis cum seculo, si liceat, duratura non succideret. *Prosterne*, inquiunt, *seductorem, et, si te patientia propitium, si indulgentia facit misericordem, tu ipse sustine quod ei inferre perhorrescis.* Hac suggestione efferatus judex nulla dilatione vel misericordiæ vel supplicii quo puniretur excogitandi immoratus, dum timet populum, sicut in ejus favore devotum, ita in ejus expetenda ultione paratum, scelus suum diei non credidit, sed noctis taciturnitati commendavit. Misit quippe noctu spiculatorem in carcerem et decollavit beatum Hermagoram cum Fortunato designato herede episcopatus ejus, sed modo melius facto consorte profectionis ejus ad Christum.

22. Quorum corpora cum cruore effuso Pontianus custos carceris collegit, et in remuneratione beneficii ab eis accepti Gregorius, filii dæmoniaci ereptionem recordatus, et Alexandria, cæcitatis suæ illuminatione commonita, venerunt nocte occulte, et linteaminibus mundis involuta et aromatibus condita sepelierunt ea foras murum Aquileiæ, in agello memoratæ Alexandriæ matronæ. Universi autem qui spe et fiducia consequendæ sospitatis eorum tumulos adeunt, quacumque incommoditate pulsantur, eorum opitulatione convalescunt. Martyrizatus est autem beatus Hermagoras episcopus cum Fortunato diacono suo IIII Idus Julii, regnante Domino nostro Jesu Christo, cui est honor et gloria et potestas in secula seculorum. Amen.

DE S. VICTORE MASSILIENSI. (Vid. Catal., cod. 53, 66°.)

Incipit passio beati Victoris martyris.

1. Cum sub Diocletiano et Maximiano imperatoribus crudelis ac turbulenta quassatio pene totum orbem ruinosa vastaret intentione, ac a se propagata in sanctis Dei crudeli passionum subreptione et exquisito calamitatum genere diabolus
5 vellet de hac sua iniquitate gaudere ac secum dæmonum cultores sanguinis pastu ætari, cumque ubique tota debacharetur impietas, ad Massiliensem urbem tandem Maximiani imperatoris adventuram esse præsentiam, præcedens declarat auctoritas, ita ut, dum in nece martyrum gratulatur ac depromit finem sententiæ, suo fine terminum daret et ante tormenta martyrum tormentum suæ crudelitatis exce-
10 perit et prius inceperit pœnam possidere quam tradere.

2. Sed Dei virtus, qui semper in sanctis suis est gloriosus, sanctum Victorem, civem Massiliensem, noluit esse solummodo nomine sed virtute perspicuum; ita ut in tropheo civitatis istius victimam sibi placitam immolaret. Adveniens igitur Maximianus, quem fumantia libaminum oblectamenta ex pastu dæmonum satiare
15 consueverant, præfationem ordinationis suæ istam habuisse dinoscitur, ut primum nulli rei vacare videretur ex omnibus, nisi christiani nominis investigare cultores et quia pro opinione Dei sui qua per omnes populos laudabatur sanctus ac venerabilis Victor, latere non poterat, indagatione pervigili jubetur inquiri, ut lucerna quæ lumen suum sibi soli præbebat, omnibus coruscaret et non esset abscondita
20 quæ præbitura erat omnibus medicinam.

3. Tandem inventus qui erat jam Dei protectione securus, ad forum omni velocitate perducitur, ubi cum Asterium et Euticium præsides, quos potestas impia ad opus persecutionis promptissimos habere consueverat, reperissent, in conspectu eorum sanctum Dei stare fecerunt. Nam tanta et tam acerba ferocitas
25 eorum erat in christianos, ut non solum imperata sibi summa aviditate complerent, sed etiam pro honoribus ac dignitatibus ista quodammodo compararent. Hanc ergo Maximianus crudelis et iniquus fertur dedisse sententiam ut ubi et ubi christiani latentes ab eisdem investigari possent, quibuslibet tormentis afflicti, si diis sacrificare comtemnerent, vitæ suæ terminum darent.

30 **4.** Præsides vero residentes pro tribunali sanctum Victorem sibi sisti fecerunt. Ad quem blando sermone ita exorsi sunt: *Victor, debes amare principum dignitates, homo romanis legibus vivens.* Quibus sanctus Victor ita respondit : *Et a quibus melius diligitur imperator nisi ab hominibus christianis? Assidua enim nobis et jugis oratio est, ut prolixum ævum in hac luce conficiat et justa populos potestate*
35 *moderetur et pacatum maxime imperii sui tempus agnoscat.*

5. Præsides dixerunt: *Hæc et ipsi laudamus; sed, ut obsequium tuum plenius imperator intelligat, prius sacrifica diis, et ista bene dixisti.* Beatus Victor dixit: *Ego creatorem omnium timeo, Deum meum diligo, quia verus et magnus est, quem ego etiam pro salute imperatorum sine cessatione obtestor, deprecor et exoro;*
40 *nam sacrificium dæmonibus his nec illi exigere nec nos debemus exsolvere. Ut quid*

enim quis idolis sacra persolvat, a quibus nec salutem recipit nec veniam sperat nec remuneratione ditatur, immo animæ detrimenta acquirit? Illi enim debemus sacrificare qui hominem corporis sui sacrificio reparat in melius, qui etiam nullo indiget dono nec cruore pecudum delectatur. Præsides dixerunt: *Ut cernimus, philosopharis, et te multum loqui delectat. Sacrifica optimo Jovi magis quam illi quem prædicas crucifixum, quia vana ista sunt quæ geritis.* Sanctus Victor respondit: *Illius cruciatus salus nostra esse dinoscitur; nam si commotus fuerit, quis ei resistit? Cujus minæ, ut cernimus, separant montes et ira sua aquas * subvertit.* 5

* *sub linea* vel iniqua
* *cod.* verbo saris

6. Qui responderunt: *Apud quos hæc loqueris et ista verba seris * agnoscis.* Quibus sanctus Victor respondit: *Quid me interrogatis novi. Quia christianus sum sæpe jam dixi. Quid vultis ad hæc? Præparate pœnas.* Audientes hæc præsides dixerunt: *Hoc tibi videtur et ipsa pertractas?* Beatus Victor dixit: *Tractatus ac deliberatio mea a quo incipit in hoc et finit.* Cui dixerunt: *Miserrime omnium, deceperas nos loquendo, si conditione tua nautam te fuisse forsitan nesciremus.* Sanctus Victor respondit: *Non solum nauta sed etiam gubernator adjuvante Domino fui. Unde qui creavit me, modo gubernat, tuetur et adjuvat, in quo spem posui, cui vota obtuli et offerre non desino.* 10 15

7. Tunc irati Asterius et Euticius dixerunt: *Ecce suspenderis in patibulo. Videbimus quid tibi prosit iste animus tam pertinax.* Quibus sanctus Victor respondit: *Ego suspensus in patibulo ad regionem veram emigrabo, ibique suscipiet me qui pugnat pro me. Vos autem cum diis vestris tenebris perpetuis involuti apud inferos æterna morte torquebimini.* Cumque suspensus fuisset, clamare cœpit et dicere: *Domine, audi precem servi tui; ne permittas discedere a te, a quo nunquam defui ex quo cognovi te. Sis mecum, quia tecum esse desidero; et qui es creator, esto redemptor. Ne derelinquas servum, qui tradidisti Filium; sed fac me videre et possidere eum, quia hoc cupio, hoc opto, ita desidero.* 20 25

8. Cumque vidissent eum in tanta fidei durare mensura, deponi eum patibulo jubent, et a tribus militibus custodiendum cum omni severitate mandarunt. Quem milites suscipientes in custodia pervigili ac secreta observatione durabant; et quia sæpe intentionem vis naturæ opprimit et evincit, cum intempesta nocte attonitorum sopore militum quies membra sopiret, beatus Victor una cum custodibus ab angelis visitatur. 30

9. Cernentes autem tantam claritatem tantumque splendorem quem necdum viderant advenisse, tanta virtute perterriti et in admiratione defixi, cadentes ad beati Victoris genua, remedia salutis ab eo implorabant. Ille vero corroborabat eos eloquiis suis. Tunc reserato carcere ad maris littus accedunt, ibique, operante Domino, a sacerdotibus signum crucis et gratiam baptismi consequuntur. Quibus militibus, Eleutherio, Feliciano et Alexandro, sanctus Victor in gratia baptismi pater extitit. Cumque peracto mysterio desiderium martyris de militibus virtus Domini adimplesset, non ignari divinæ legis ad carcerem redeunt exultantes; et nocte depulsa, ut lux diei exorta est et illuxit, omnis ad forum multitudo concurrit videre sanctum martyrem cum diabolo dimicantem. 35 40

10. Interea divulgatur tres milites sancto Victori pro fide Christi esse sociatos

et tota cum eo alacritate gaudere. Hæc audientes præsides, præcipites ad forum conveniunt, ubi milites et sanctum Dei venire jusserunt. Quos blande et patienti sermocinatione mulcentes, ad beatum Victorem dixerunt: *Victor, prudens es et valde eruditus, ut cernimus: quare ergo non recte tractas et immolas diis a quibus*
5 *semper adjutus es?* Sanctus Victor respondit: *A quo semper adjutus sum ac nutritus, ipsi laudis hostias immolabo. Credite mihi, non sacrifico. Creatori istud debetur, non creaturæ. Sufficiat me dixisse.* Commoti ergo ambo judices dum a se unusquisque sanctum martyrem torqueri desiderat et in scelere suo quasi communem æstimant, facta inter eos ex contentione discordia Euticius de tribunali descendit
10 in ira magna.

11. Asterius igitur præses vehementius exardescens extendi sanctum jussit et fustibus vehementer artari. Qui cum cæderetur, orationem fundebat ad Dominum, dicens: *Domine, ne discedas a servis tuis quos acquisisti nomini tuo sancto.* Asterius præses dixit: *Infelicissime omnium, et hos milites in perfidiam tui supplan-*
15 *tasti, socios tibi magis adjungens quam custodes tui esse sufferens. His enim tuum effugium præcavendum commisimus; quibus errore tuo seductis, de eorum etiam furtivo discessu antequam examinentur sollicitamur.* Et ait: *Per fortissimum Jovem, cujus potentia laudabilis prædicatur, gladio tecum hos puniri præcipio.* Cui sancti, confortati exemplo parentis ac ducis, una voce respondent se per omnia
20 christianos effectos. Nam quæcumque ille eis suggerebat, dicebant esse miserrima; et cum evasissent jacturam mortis, ille volebat eos inescare ut flagitiis prioribus subriperentur et ex præcipiti prærupto gravioris ruinæ casu eliderentur.

12. Hæc audiens præses, ira tollente verba sed pro verbis frendente confusa murmura, tandem cum os potuit informare ad vocem et verba, carceri eos mancipari
25 præcepit. Quibus post triduum eductis ait: *Quid patimini sine aliqua persecutione optare mori, præcipui milites, qui legibus vestris semper vixisse probamini? Spernite nescio quam calliditatem mentis, et ad cultum eorum quibus nunc usque servistis animos inclinate. Quod si nolueritis, in vobis diversis et exquisitis suppliciis debachabor.* Ducuntur ad templum quod superiori foro est constitutum, ut culturam
30 dæmonibus exsolverent et hanc offensam qua a deorum professione desciverant hostiis sacrificalibus expiarent. Qui cum hoc se facere tota animi virtute negarent, consueto præses accensus furore, gladio eos puniri præcepit. Qui reducti ad templum concurrente universo populo, fixis genibus gladio feriuntur, in Dei laudibus perdurantes, et projicientes corpus temporale martyrio vitam suscipiunt sempiternam.
35 Tunc sanctus Victor hanc orationem publica voce fudit ad Dominum: *Gratias tibi, Domine Jesu, qui famulos tuos usque ad hanc coronam perducere dignatus es. Concede mihi, Domine, ut sim cum illis ac merear socius esse in gloria quibus eram semper junctus ad pœnam.*

13. Interea nuntiantur hæc omnia quæ fuerant gesta Maximiano. Qui inflam-
40 matus a diabolo, beatum Victorem gladio feriri jussit. Sanctus Victor læto vultu et corpore florenti ad sibi debitum martyrium properabat. Stupefactus præses quod talis in eo visio ac pulchritudo maneret, dicit ei: *Tu es, Victor, rebellis imperii et deorum contemptor, ac contumax insuper et militum interemptor.* Sanctus Victor

respondit: *Ego Deum meum ante oculos habeo, quem semper mecum habui, possideo, et se tribuente in perpetuum possidebo. Qui et in cælis est, cujusque potestas ubique diffusa est; nam in eorum societate quos dicis mea arte deceptos, Dei mei misericordia cito me conjunget. Quid plura?*

14. Tunc præses in medio foro inferiori gloriosum Victorem decollari præcepit; cumque spiculator injunctam sibi cum celeritate implesset jussionem, facta est vox de cœlo dicens: *Vicisti, Victor, vicisti; eripui te a persequentibus et de profundo aquarum liberavi te. Et quicumque nomen tuum invocaverit, non erit inanis invocatio ejus, quia subsequetur celer obtentus; salvabitur enim sub quacumque tribulatione ad te ingemuerit.* Et iterum astante omni populo, vox audita est: *Vicisti, Victor, viriliter seculum; contempsisti vitam mundi; acquisisti cælestia regna; ab hominibus honoratus es, ab angelis coronatus.* O beata civitas Massilia, quæ meruisti suscipere defensores martyres Dei cum sancto Victore! Et statim tanta tonitrua facta sunt, ut crederentur universa subverti.

15. Hanc ergo imperator dedit sententiam ut omnia sanctorum corpora projicientes ab urbe in portu piscium mergerentur in mari. Et cum jam causa perisset, furor tamen finem non ponebat crudelitati; sed velit nolit beatitudinis eorum testes erunt quibus mortuos invidebat. Ecce quomodo semper malitia cum stultitia copulatur. Ecce, quibus cœlum acquirebat, his terram negabat. Sed sancto Dei Spiritu flante sanctorum corpora ad partem ulteriorem impulsa gurgitem secant, ut transmissos huic ripæ magis quam illic mersos agnosceres. Ecce quale præsidium huic solo terra nostra transmisit. Nam Domini misericordia quæ hic illis tribuit palmam, illic eis, ut cernimus, constituit sepulturam: ita ut hic teneantur in conscientia, ibidem excolantur in gloria.

16. Unde a christianis nocte sacra corpora sublata veloci ac necessario furto sancta quisque rapina ut potuit usurpavit, et paululum in latere montis late inciso velociter saxo reliquias condiderunt, dum et fremens ferocitas dignum finem quem merebatur acciperet, et quod sanctis debebat patria non negaret, ac tum illis obsequium, sibi patrocinium collocaret.

17. Nec illud miraculum omnino silendum est, parvulum filium de utero matris amore Christi baptismatis unda perfusum natandi adminiculo portanda pelago tenera membra commisisse: quique spiritu Dei gubernante perductus, præ dolore animi maceratione natandi imbecilli corpore attrito, dum se ad monumentum patris pia animi contritione defigit, emisit spiritum. Cum patre ergo martyrio copulatur, ut consortio dignitatis fieret socius, qui sancto martyri extitit pietate carissimus. In quo loco tantam gratiam tantamque virtutem semper Dominus collocare dignatus est ut omnis qui fide plenus advenerit, juxta devotionis meritum deprecationis reportet effectum.

18. Maximianus vero diu languidus animo ac corporis virtute nudatus et dæmonis jugi vexatione confectus, consummato sanctorum martyrio, clamare Asterio cœpit et dicere: *Incidor miser a sanctis viris ac torqueor. Ut video, jam et nos claudemur a luce quam tulimus. Torqueor pœna quam dedimus. Majus est quod recipimus quam quod intulisse probamur.* Qui usque ad quartum diem tortus, die

quinto a semetipso laqueatus et etiam omni putredinis squalore decoctus, vermibus ebulliens, in diro indicio vitæ suæ malitiam digna morte finivit. Quod ejus cadaver etiam nobis qui adhuc cernimus monumentum, aperta veritate declarat; id est, ut gloriæ sanctorum sit testimonium qui probatur crudelitatis fuisse principium. 5 Sanctos vero suos Dominus ita ubique decorat, glorificat et exaltat, ut vindictæ suæ meritum ante remunerationis tempus in eorum virtutibus fideles agnoscant. Quod superest, rogo ut sacerdotes, ministri civitatis, plebs mihi qui in dilectione patriæ ad testimonium tantæ rei in ædificatione vel in honore beati Victoris, martyris ac specialis patroni nostri, hæc gesta contexui et suis attestantibus meritis et oratione 10 vestræ caritatis adorsus etiam scribendo percurri, jugi apud Dominum intercessione in omnibus bonis patrocinari dignentur. Triumphavit autem sanctus Victor, christianæ fidei defensor ac testis venerabilis, a gloria Christi, XII[mo] Kal. Augusti.

DE S. MARIA MAGDALENA. (Vid. Catal., cod. 53, 69°.)

Quo in loco exhinc diversis atque innumerabilibus Domino coope- 15 rante signorum virtutibus claruit. Si quispiam vero insolenter cujusque gradus hominum in rebus ad eumdem locum pertinentibus aliquam violentiam intorsit, extitit ultrix divina ultio. Fuere namque qui etiam prælationem loci ejusdem arroganter præripere gestirent, quos itidem in brevi vindex divinitas coercuit. Furta nempe aut luxu- 20 riosas obscenitates ita locus isdem abhorret ut, si perpetrata ibi fuerint, manifestissimo Dei judicio quantocius ulciscantur. Sanitates etenim universarum invalitudinum illo in loco creberrime a viris et mulieribus sunt assecutæ. Tum etiam quique quorum mens gravabatur pondere peccaminum et flagitiorum, confitentes ibidem 25 quæ illicite perpetraverant, saluberrimum invenere levamen. Extat quippe ad hoc informandum venerabile et universo orbi perevidens illic exemplar. Maria scilicet quæ Magdalene, id est florida, vel illuminatrix potest intelligi, illa utique cujus piissimam sacrum Evangelium facit mentionem, taliter ut vel saxeum quispiam cor gerat qui 30 non protinus ut audierit compungens molliatur. Condonat nempe certæ spei ac perfectæ fidei emolumentum ad impetrandam delictorum veniam ipsius confidentissima prudentia, qua nimirum ad Dominum Jesum accedens sincerissimæ humanitatis illi obsequium præbuit atque exinde suorum omnium delictorum remissionem obti- 35 nuit. Credi etenim debet absque ullo cunctamine, quoniam pro quibus ipsa noverit Christum rogare offensis, sine difficultate impetrabit. Facit hujusmodi fidem in necessitatibus divinum per invocationem ejusdem præsens auxilium.

DE S. FELICE PAPA II. (Vid. Catal., cod. 53, 78°.)

Incipit passio beati Felicis episcopi.

1. Fuit temporibus Constantii, filii Constantini magni principis, Liberius quidam, tertius a beato Silvestro papa Romanus. Qui in Beria civitate Thraciæ deportatus est exilio, jussu Constantii imperatoris, eo quod minime voluisset hæresi arrianæ consentire, et fecit in exilio annos duos. Et interim congregati 5 sacerdotes cum universo clero Romano ordinaverunt Felicem quemdam presbyterum ipsius Liberii, ejusdem urbis episcopum, venerabilem virum. Transactis itaque duobus annis quibus Liberius in exilio detentus est, Constantius imperator venit Romam. Procerum vero senatorumque conjuges rogabant viros suos ut Constantio supplicarent, quatinus pastorem suum Liberium gregibus restitueret. 10 Aiebant enim quia, nisi flecterent animum principi, eos ipsæ relinquerent, et ad pastorem suum Liberium properarent. At illi dixerunt: *Nos furorem principis formidamus, nec forte aliquam veniam, si rogaverimus pro Liberio, apud ipsum imperatorem promerebimur; sed vobis,* inquiunt, *magis rogantibus forsitan parcet, et unum alterius fiet, ut aut preces vestras suscipiat aut, si flecti nequierit, sine* 15 *aliqua injuria vos dimittat.* Hoc consilium mulieres illæ percipientes, cum ornatu solito adierunt imperatorem, quatinus ex veste sublimi insignes eas et nobiles arbitratus, reverentiam eis haberet et parceret. Adeuntes autem principem, tali voce clamabant: *Miserere tantæ civitati pastoris providentiam non habenti, quæ luporum insidiis patet.* At ille respondit: *Non egere alio pastore civitatem; esse* 20 *namque pontificem Felicem, presbyterum ipsius Liberii, qui earum curam haberet.* Iste Felix expositam in Nicena synodo fidem integram inconcusse servavit, sed falso accusabatur corruptoribus ipsius fidei sine discretione communicasse; et idcirco nullus habitantium Romæ in basilicam ingressus est, cum ille intus staret. Hoc etiam matronæ illæ imperatori de Felice suggesserunt. Qua gratia flexus, 25 præcepit Liberium revocari, et ut uterque gubernaret communiter Ecclesiam concessit. His ergo litteris in cyrcensi spectaculo relectis, populus clamabat justam esse principis sententiam, ut sicut dupliciter coloribus divisi sunt spectatores sic oporteret alterum his alterum aliis præsidere. Cum ergo primitus principis litteris sic favissent, postea commutata sententia communi voce clamaverunt: *Unus Deus,* 30 *unus Christus, unus episcopus.* Post has populi pias et justitia exornatas voces Felix recedens habitavit in alia civitate.

2. Hic beatissimus Felix cum adhuc presbyterii honore fungeretur, fecit basilicam in via Aurelia et juxta eamdem basilicam emit agrum eumque obtulit ecclesiæ quam fecit. Factus autem episcopus declaravit ipsum imperatorem Constantium 35 esse hæreticum et secundo rebaptizatum ab Eusebio Nichomediensi juxta Nichomediam in Aquilone Villa. Fecit etiam concilium idem Felix et invenit duos presbyteros Romanos consentientes Constantio augusto arriano, nomine Ursacium et

Valentem, et damnavit eos in concilio coram quadraginta octo episcopis, qui fuerant congregati. Et propter hoc dejicitur Felix de episcopatu suo. Tunc zelo ducti Ursacius et Valens presbyteri rogaverunt augustum Constantium ut Liberio adhuc posito in exilio hanc conditionem, si vellet exilio resolvi, proponeret, ut una cum eis
5 in omnibus communione participaretur, excepto ut non rebaptizaret. Tunc missa auctoritate per Catulinum agentem in rebus et simul Ursacium et Valentem ventum est ad Liberium. Qui audita conditione consensit præceptis augusti, ut in unam communionis participationem convenirent. Sic absolutus exilio per hanc hæreticæ conditionis concordiam et supradictam matronarum acclamationem,
10 rediit Liberius et habitavit in cymiterio sanctæ Agnetis apud Constantiam, germanam augusti, ut quasi per ejus interventionem rediret in civitatem Romam. Tunc Constantia augusta, quæ fidelis erat Jesu Christo, noluit rogare Constantium germanum augustum, eo quod non consenserat consilio ejus. Eodem autem tempore Constantius augustus una cum Ursacio et Valente convocaverunt aliquos qui ex
15 fide arriana erant, et miserunt et revocaverunt Liberium de cymiterio Agnetis martyris, et ingressus Romam sedit in sede pontificali. Et quia sanctum Felicem intellexerat non consentire sibi et suis in arriano errore fautoribus, ejecit eum de episcopatu suo, cum ipse Felix esset catholicus et timens Deum et justus homo. Depositus autem sanctus ac beatissimus papa Felix de episcopatu suo, habitavit
20 in prædiolo suo quod est in via Portuensi.

3. Eo etiam tempore Eusebius presbyter urbis Romæ cœpit declarare Liberium papam esse hæreticum et amicum fautoremque Constantii augusti arriani. Cum itaque multi pro sancta et catholica confessione vitare communionem Liberii per Eusebii doctrinam studerent, tenetur Eusebius presbyter, quia in prædio
25 suo, quod ipse construxerat, populum congregaret, et confortaret in fide orthodoxa sanctam plebem. Quem comprehensum et augusto præsentatum aggreditur ipse augustus cum Liberio dicens : *Tu solus christianus es in urbe Roma?* Eusebius presbyter respondit : *Confidimus in Domino quia fideles nos inveniet Christus sicut et baptizati sumus : si benedictionem quam a beato Julio papa Romano suscepi-*
30 *mus, teneamus.* Liberius dixit : *Nos cujus fungimur vice? Nonne Julii antecessoris nostri?* Eusebius presbyter dixit : *Si perseverasses in fide quam in persecutione primum tenere visus fueras, Julii et exemplo et professione, Christo fideliter et inconcusse cohæreres.* Liberius dixit præsente augusto : *Tam contumacem me existimas, ut a Julii institutione dissentiam et a Christo ut apostata refugiam?*
35 Eusebius dixit : *Res ipsa docet et declarat te a Deo aversum et sanctæ ejus fidei publicum inimicum.* Imperator dixit : *Et quid distat inter fidem et fidem?* Eusebius presbyter dixit : *Quantum ad nos peccatores, integre fidem tenentes sumus; quantum ad vos, insania diaboli et invidia superstitionis vestræ pro ipsius fidei defensione vexamur, in tantum ut Felicem episcopum, quem vos non tacuistis esse catholicum et*
40 *Dominum Jesum Christum invocantem, purum sacerdotem ab omnibus fidelibus declaratum sed ab infidelibus falso criminatum corruptoribus fidei sine discretione communicasse, in damnationis causam exilio dirigeretis. Qui tamen nunc in prædiolo suo orationibus vacat. Et quidem jussu tuo christianis occisionem et necem*

præcepisti inferri, maxime clericis, presbyteris et diaconibus.. Tunc iratus Constantius rogatu Liberii includi fecit Eusebium presbyterum in quodam cubiculo domus suæ, quod humile erat altitudine, angustum quoque latitudine, id est spatio pedum quatuor. Qui ibi multis diebus in oratione constanter perseverans inclusus, post menses septem dormitionem accepit XVIIII Kal. Septembris. Cujus corpus collegerunt Gregorius et Orosius presbyteri, parentes ejus, et sepelierunt in crypta juxta corpus beati Syxti martyris et episcopi, via Appia in cymiterio Calixti, ubi et titulum ejus scribentes posuerunt pro commemoratione ejus, EUSEBIO HOMINI DEI. Eodem tempore auditum est a Constantio imperatore eo quod Gregorius et Orosius presbyteri collegerint corpus Eusebii presbyteri, et in eadem crypta vivum includi præcepit Gregorium. Tunc Orosius presbyter collegit ut semivivum beatum Gregorium nocte occulte, propter Constantium augustum. Et emisso spiritu sepelivit juxta corpus sancti Eusebii presbyteri. Qui etiam Orosius hæc gesta conscripsit.

4. Ab eodem die fuit persecutio magna in clero, ita ut intra ecclesias quisquis inventus fuisset non sic confiteri vel participari sicut Liberius, jussu Constantii imperatoris indiscussus gladio puniretur. In plateis et in vicis et in ecclesiis sive in balneis feriebantur, persequente Constantio uno cum Liberio christianos. Tunc etiam venerabilis Felix, agentibus hæreticis, levatus ex prædiolo suo ubi dejectus de episcopatu se consulerat et ductus in civitatem Romanam, passus est ibi capite truncato, et martyrio coronatus est III Idus Novembris. Et exinde raptum corpus ejus a presbyteris et clericis sepultum est in basilica quam ipse construxit via Aurelia, XV Kl. Decembris, milliario secundo. Cujus natalicium celebratur IIII Kl. Augusti, quando sanctum corpus ejus mutatum est. Sedit autem in episcopatu anno uno, mensibus tribus, diebus duobus. Mortuo autem Liberio, levatur Damasus, qui voce publica damnavit Liberium, facta synodo cum episcopis viginti et octo et presbyteris viginti et quinque. Felicis vero et Eusebii fidem approbavit catholicam fuisse, in Domino nostro Jesu Christo, qui vivit et regnat cum Patre in unitate Spiritus sancti per omnia secula seculorum. Amen.

Ex codice Namurc. n° 73. (1)

DE S. YVONE PRESBYTERO TRECORENSI. (Vid. Catal., cod. 73, 9°.)

Incipit vita beati Yvonis.

1. Temporibus nostris in quos fines seculorum devenerunt, stellam quamdam novam produxit Altissimus in cœli cœlorum firmamento, per cujus splendorem decorarentur cœlestia, illuminarentur humana, sanctissimum videlicet Yvonem presbyterum et confessorem de Brittania. Cujus gloriosis meritis cœlestis congaudet patria, congratulatur et triumphat ecclesia, potestas suppeditatur diabolica,

(1) Tom. I *Analect. Boll.*, p. 520 sqq.

humana reparatur natura et ubique terrarum jam refulgent ipsius miracula. Unde ipso beato Yvone adhuc inter mortales vivente, meritis ipsius apparere cœperunt salutis exempla, prout super iis litteris apostolicis attestantibus et diversorum ecclesiæ prælatorum ac principum aliorumque multorum fidelium fideli testimonio
5 dinoscitur probatum. Igitur beatus Yvo a nobilibus secundum carnem parentibus ex legitimo matrimonio traxit originem. Pater ejus vocabatur Ahelarus, filius Cancreti militis et nobilis. Azo mater ejus vocabatur. Qui in quodam manerio paterno *villa Martini* vulgariter nuncupata juxta civitatem Trecorensem natus fuit. Cui Deus tantam gratiam tribuit, quod divina ipsius adoptio in somnis suæ
10 genitrici revelata fuit. Cujus conversatio sancta a primæva ætate usque ad exitum vitæ juxta doctrinam apostoli sobrie, juste et pie fuit consummata.

2. Et cum factus fuisset quatuordecim annorum vel circa, cupiebat sacris informari Scripturis, ut exinde juxta dictum prophetæ posset in lege Domini meditari die ac nocte. Ad studium ergo Parisiense cum magna accessit devotione,
15 solatium amicorum et consanguineorum vel parentum propter Deum contemnendo, ad terras et gentes sibi ignotas se transferendo, ut ex hoc juxta Dominicam promissionem centuplum posset reportare ac vitam æternam obtinere. Cum autem sanctus Yvo studium suum viriliter et devote continuasset et in primitivis scientiis Parisius bene fundatus extitisset, statim pro sacræ theologiæ et canonum scientiis
20 ad studium Aurelianense se affectuose transtulit acquirendis. Ibidem a vino et lautis ferculis et mundanis deliciis quantum potuit abstinuit et corpus suum diversis modis maceravit. Cordis et corporis pudicitiam Deo omnimodis præservare satagebat, memorans illud Sapientis : *In malivolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis.* Cum autem in prædictis
25 scientiis diu studuisset, per quemdam archidiaconum Redonensem pro judice curiæ suæ fuit postulatus. Qui memor verbi prophetæ : *Beati qui custodiunt judicium et faciunt justitiam in omni tempore*, prædictum officium gratis acceptavit et circa ipsum benigne, caritative et cum cleri * expeditione frequenter laboravit, et nihilominus lectionem sacræ theologiæ qualibet die libenter audiebat, et multi-
30 plices abstinentias peragebat. Orphanis miserabilibusque personis, oppressis et spoliatis occurrebat, pacem et concordiam inter discordantes procurabat, incarceratos confortabat suasque sententias cum lacrimis proferebat. Libertates ecclesiasticas pro viribus suis defensabat; operibus misericordiæ totus insistebat, in tantum quod extunc ex toto cœpit spernere mundana et fervore desiderii degustare
35 cœlestia.

* *legendum videtur* celeri

3. Cum autem fama ejus devenisset ad audientiam episcopi Trecorensis, per ipsum vocatus et in judicem ipsius universalem fuit assumptus. Qui prædictorum non immemor, imo ad majora exequenda paratus de virtute in virtutem ambulando die noctuque proficiebat. Cumque per aliquot spatium temporis in prædicto
40 officio fideliter laborasset, et contemplationi divinæ totaliter se dedicare affectaret vitamque suam in melius commutare disponeret, officium prædictum penitus dimisit et ad ecclesiam de Lohavec, cujus rector erat, se transtulit, divinoque officio totaliter mancipavit. Nam et vestes delicatas quas antea secundum exigentiam

status sui deferebat, jam statim dimisit et panno albo rudi modici pretii et valoris se vestivit, sotulares altos et corrigatos adinstar pauperum religiosorum deferebat. Cilicio carnem domabat, et camisiam grossissimam desuper, ne cilicium videretur, deportabat. Insuper omnia jejunia ab ecclesia indicta in pane et aqua jejunabat, a cibariis delicatis abstinebat, panem grossum et potagium rudissimum quotidie man- 5 ducabat. Cum autem esset in domo sua, semper orationi et contemplationi secrete vacabat, in tantum quod de aliquo nutrimento corporali recipiendo tunc minime curabat, ut apparet in sequentibus.

4. Nam quadam vice contigit quod presbyter sanctus solus stetit in camera sua per septem dies continue in oratione absque aliquo cibo corporali sibi administrato 10 nec ab eodem requisito. Qui quidem in bono statu et facie jocunda postea omnibus apparuit, ac si bona cibaria diebus illis comedisset. Tantæ vero devotionis erat quod omni die, illis exceptis diebus quibus legitime fuisset impeditus, cum summa affectione et devotione missam celebravit. Quadam die contigit beatum Yvonem sacra missarum solemnia celebrare, cumque corpus Dominicum, ut moris est, 15 elevaret, statim globus igneus magni splendoris ibi apparuit et circumdans ipsum Christi corpus maxime refulsit, statimque post calicis elevationem ab omnium oculis disparuit. Vacabat etiam assidue cum magna diligentia circa horas canonicas. Nam juxta morem propheticum media semper nocte surgebat, officium matutinum Deo persolvendo; sic et ceteris horis diei interesse non deficiebat. 20 Raro etiam vel numquam die noctuque dormiebat, nisi labore studii vel laboris sive itineris esset fatigatus; et tunc necessitate compulsus discalciatus tantum requiescebat, ceteris vestibus suis manens indutus. Lectus vero ejus erat terra nuda vel gleba grossis et nodosis virgis seu baculis constrata. Cervical autem ipsius erat liber Bibliæ vel lapis magnæ duritiæ. Tenebat etiam magnam hospita- 25 litatem in domo sua, in tantum quod raro vel numquam sine pauperibus aut hospitibus esse volebat. Quemdam etiam pauperem tenebat in domo sua cum uxore et quatuor filiis, novem annis vel circiter ipsis in victu et vestitu decenter providendo. Erat etiam summe misericors et largus, et circa eleemosynas pauperibus erogandas valde intentus. Nam pauperes alienigenas languidos et deformes 30 tamquam fratres suos benigne suscipiebat, affabilem seu familiarem se eis præbebat, et in mensa juxta se eos collocabat et de suis alimentis eos reficiebat. De lectis etiam eorum ipsis providebat; manibus propriis eorum pedes abluebat. Pro quibus explendis certam et deputatam domum ordinabat, in qua opera pietatis jugiter perageret. 35

5. Ut etiam vota infusæ sibi caritatis implere posset, ipsa sibi semper ultra subsidia humana subtrahebat, et pro ipsis pauperibus propria vestimenta et corporalia alimenta exponebat. Nam quodam tempore supervenit magna caristia de blado in illis partibus. Et cum beatus Yvo in domo sua nisi unicum panem haberet de quo pauperibus eleemosynam dare posset, et cum pauperibus dare vellet, 40 subito vicarius ejus rogavit quosdam per beatum Yvonem invitatos ut hoc eum facere impedirent, quia alium panem in domo non haberent. Cum igitur beatus Yvo murmur vicarii sui perpenderet, statim medietatem illius panis sibi dedit, et alte-

ram pauperibus erogavit. Cum autem mensam intrare vellet et vicarius ille medietatem panis apportare deberet, ipsam in loco quo posuerat invenire nequivit. Confestim ergo nutu divino muliercula quædam superveniens tres magnos panes secum detulit; quos cum servo Dei præsentasset et super mensam illam collocas-
5 set, statim disparuit et invisibiliter ab eis recessit. Alia autem die multi pauperes pro eleemosyna recipienda ad beatum virum venerunt; et cum non haberet nisi paucos panes, implorato divino auxilio omnibus abundanter satisfecit. Quadam die, cum beatus Yvo parochiam suam visitaret, occurrit sibi pauper unus petens eleemosynam ab eo. Et cum nihil haberet de quo eleemosynam faceret, statim
10 capucium suum quod deportabat pauperi dedit. Cumque sine capucio ad spatium dimidiæ leucæ processisset, mox capucium quod pauperi dedit super caput suum invenit. Accidit aliquando quod beatus Yvo duobus familiaribus suis injunxit ut quamdam arcam frumenti pro necessitate sui hospitii et pauperum Christi reservarent. Et cum postea invenissent eam apertam atque ejus clausuram penitus
15 amotam, in ea valde modicum frumenti cernentes, hoc beato confestim Yvoni nuntiaverunt. Quibus ille respondit: *Nolite timere: satis habebimus Domino suffragante.* Et cum dicti familiares ad arcam reversi essent, ipsam frumento impletam invenerunt.

6. Erat præterea beatus Yvo magnæ caritatis et compassionis erga infirmos,
20 præsertim pauperes, quos libenter visitabat et pro ipsis Deum fideliter exorabat. Nam quadam die, cum quædam nobilis domina infirmaretur et de sua infirmitate curari non posset, de precibus et meritis beati Yvonis confidens ipsum invitavit. Cumque jam comedere non posset, confestim beatus Yvo fecit unam vipam de aqua in calice suo atque divinum auxilium invocans ipsam vipam mulieri ad
25 gustandum dedit. Quam cum illa comedisset, citius ab omni infirmitate liberata fuit et postea per viginti annos supervixit.

7. Sequenti vero tempore, cum quidam per tres annos graviter infirmaretur et a dæmone qui in eo loquebatur valde fuisset vexatus, beatus Yvo ipsum dæmoniacum ad se venire fecit et juxta se in loco suo per noctem reponi. Cumque obsessus
30 ille de mane surrexisset, seipsum curatum et a dæmone liberatum invenit et gratias Deo ac beato Yvoni reddidit. Item pro viribus suis omnes afflictos consolabatur et quantum poterat eis succurrebat. Nam cum populus cujusdam ioci pontem ædificare vellet propter pericula quæ in transitu cujusdam magni fluminis contingebant, et plures trabes ac diversa genera lignorum juxta consilia magistro-
35 rum inutiliter præparata fuissent et hoc ad notitiam beati Yvonis pervenisset, damno illorum compassus fudit preces ad Dominum et statim ipsa ligna utilia sunt reperta.

8. Cum quædam domus igne fuisset accensa et ad defensionem ejusdem vicini et amici currentes nihil remedii invenirent, nuntiatur hoc viro Dei, et ejus precibus
40 dicta domus ab igne est liberata. Erat etiam summus tractator pacis et defensor ecclesiasticæ libertatis, pro cujus defensione corpus suum exponere non formidabat. Quadam enim die, cum instinctu diabolico inter quamdam mulierem et filium ejus discordia gravis suscitata fuisset nullisque precibus amicorum suorum pax

inter eos fieri posset, audiens hoc beatus Yvo statim unam missam pro eorum pace reformanda celebravit et protinus ambo se voluntati beati Yvonis supposuerunt, qui eos plene confœderavit.

9. Alia quadam vice, cum gentes regis Franciæ venissent ad civitatem Trecorensem pro quodam subsidio quod rex ab episcopo et clero extorquere volebat, 5 et ipsi multum timerent quod thesauros ecclesiæ secum asportare deberent, beatus Yvo se posuit in sacristia ecclesiæ pro illius thesauri defensione. Et cum ministri regales quemdam equum de domo episcopi cepissent et secum ducere vellent, beatus Yvo hoc audiens ad ipsos accessit, equumque de manibus eorum liberavit[1] et ad domum episcopalem reduxit atque eos dure satis reprehendit, 10 cum talia facere non debebant. At illi statim desistebant et nihil de præmissis secum tulerunt. Porro pupillis et orphanis erat bonus defensator. Nam pro eisdem in diversis curiis litigavit, non tamen motus aliqua remuneratione sed pietatis et justitiæ causa suisque propriis expensis, ut retributionem Domini mereretur dicentis: *Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.* Unde in partibus illis digne 15 vocatus est pauperum advocatus.

10. Erat etiam magnus prædicator ac verbi Dei zelator et seminator. Non enim per solam suam parochiam prædicabat, sed et per totam patriam illam, non tamen equitando sed humiliter peditando, Christi ductus exemplo de quo scriptum est: *Quam pulchri pedes annuntiantis et prædicantis pacem.* Cum igitur sanctus Yvo 20 quadam die cum famulo suo verbum Dei prædicando per diversa discurreret loca venissetque ad quoddam flumen per cujus pontem transire solebat, invenit dictum pontem aquis coopertum. Cumque signum crucis vir sanctus super aquas fecisset, mox aquæ dividebantur et transitum beato Yvoni et famulo ejus præbuerunt statimque ad priora loca post ejus transitum reversæ fuerunt, atque gentes terræ 25 illius ad prædicationem ejus conversæ sunt.

11. Insuper erat vir iste magnæ sanctitatis et contemplationis. Nam a circumstantibus quandoque animus ejus credebatur occupatus in terris, cum tamen mens ejus totaliter erat in cœlis. Quare frequenter suis meritis in humano corpore visitabatur a supernis. Quadam enim die, viro Dei sedente ad mensam, supervenit 30 quidam ut videbatur pauper miserabilis, vili habitu indutus. Quem humiliter et generose recollegit et juxta se in mensa collocavit, et eum de eadem scutella secum comedere fecit. Cum vero idem pauper, prout omnibus videbatur, modicum comedisset, confestim de mensa surrexit et dixit: *Dominus sit vobiscum.* Quo dicto, valde pulcher et resplendens in veste alba apparuit ac de ipsius claritate tota 35 domus resplenduit; sicque disparuit.

12. Alia quoque die, cum beatus Yvo sederet in sacristia Trecorensi, supervenit quædam columba mire resplendens, cujus fulgore tota ecclesia simul cum sacristia fuit mirabiliter illuminata. Alia vice, cum vir sanctus cum multis pauperibus sederet ad mensam, avis quædam modica quæ erat circa pectus et collum 40 nivei candoris et desuper viridi coloris, posuit se super eum. Quam manu suscipiens et ei humiliter blandiens, post aliquantulam moram dimisit dicens: *Vade in nomine Domini.* Quæ statim ab oculis omnium disparuit.

13. Tandem cum per plurimas abstinentias et labores intolerabiles atque cruciatus multiplices corpus suum valde extenuatum fuisset et ipse desideraret cum apostolo dissolvi et esse cum Christo, per aliquot tempus obitum suum præscivit. Unde cum solito plus debilitaretur, nullum remedium pro relevatione suæ debili-
5 tatis recipere acquievit; sed tamquam sanus et firmus, modica pallearum quantitate apposita, super terram jacebat et versus crucem quam more solito in camera sua continue tenebat cum multis lacrimis et suspiriis orabat. Expleto autem sacramento extremæ unctionis super eum, signaculo crucis se munivit et spiritum suum humiliter Deo commendavit, ac postea a sermone penitus cessavit. Per totam vero
10 noctem cujusdam diei sabbati usque ad sequentem diem sub silentio apertis oculis et ad crucem erectis jacuit. In aurora autem illius diei dominicæ quæ fuit post Ascensionem Domini, scilicet nonadecima die mensis maii, animam suam reddidit Altissimo. Corpus suum in ecclesia Trecorensi terræ commendatum est de qua et sumptum est.
15 **14.** Hujus viri gloriosa ob merita Altissimus gloriosa operatus fuit miracula. Nihilominus ejus sepulcrum quotidie a fidelibus de diversis mundi partibus præcipua cum devotione crebrius visitatur, atque ejus meritis et precibus gloriosis humanæ naturæ diversa subsidia obtinentur ac fidelium corda illustrantur. Nam surdi audiunt, mortui resurgunt, muti loquuntur, cæci vident, claudi ambulant,
20 leprosi mundantur; et multa alia signa et prodigia quæ nimis prolixum esset enarrare, meritis et precibus beati Yvonis operatus est ille qui operatus est salutem in medio terræ. Quidam juvenis casualiter cecidit sub rota cujusdam molendini. Qui cum per motum dictæ rotæ letaliter fuisset læsus et confractus et ab aquis velut mortuus coopertus, quidam amicus dicti mortui fecit votum Deo et
25 beato Yvoni super vita ejus recuperanda, et statim pristinæ vitæ est restitutus. Contigit quemdam juvenem ab hora vesperarum usque ad auroram sequentis diei jacere mortuum. Cujus mater cum certum votum Deo et beato Yvoni fecisset; statim qui fuerat mortuus surrexit vivus. Sic quidam puer submersus, invocante matre Deum et sanctum Yvonem, est vitæ restitutus.
30 **15.** Post hunc infans quidam quinque annorum in die Dominicæ Cœnæ migravit a seculo, cujus corpus propter reverentiam illarum dierum usque ad festum Paschæ circa horam vespertinam remanserat inhumatum. Mater ipsius pueri super ejus vita obtinenda Dei ei beati Yvonis suffragium humiliter imploravit, et subito quatriduanns mortuus fuit vitæ restitutus. Quædam juvencula per annum
35 vel circiter fuerat effecta furiosa et per amicos ipsius ad sepulcrum beati Yvonis deportata, atque post paucos dies decessit a vita. Porro amici dictæ puellæ noluerunt quod brachia ejus sudario cooperirentur, quia plurimum de meritis beati Yvonis confidebant. Nam cum Dei auxilium et beati Yvonis invocassent plena fide, subito a mortuis juvencula sana surrexit, et cum candelis et sudario ad sepulcrum
40 beati Yvonis gratias Deo et beato Yvoni referendo perrexit. Cum quidam infans per quinque dies in utero matris suæ mortuus extitisset, mulier illa ad sepulcrum beati Yvonis pro auxilio perrexit. Quæ cum ecclesiam Trecorensem ingressa fuisset, infantem suum statim sensit vivum et venter ipsius mulieris in tantum fuit

inflatus quod zona et tunica ipsius rumpebatur ac postmodum puerum illum sanum peperit, qui et longo tempore supervixit.

16. Quidam homo ad suspendium fuit condemnatus, qui Dei et beati Yvonis auxilium affectuose et humiliter postulabat. Et cum per carnificem fuisset suspensus, statim cordæ rumpebantur. Porro carnifex credens propter cordarum defectum hominem evasisse, iterum atque iterum eum religavit, et sic tribus vicibus liberatus fuit. Cæcus quidam in puteum valde profundum aqua pene vacuum cecidit, ita quod ab omnibus mortuus credebatur. Et cum amici ipsius beati Yvonis auxilium devote flagitassent, illico fuit sanus extractus atque illæsus. Accidit quod miles quidam transibat mare in navicula quadam, et famuli ejus cum equis erant in alia navi, atque propter improbitatem equorum famuli projecti cum equis ceciderunt in aquam. Quod cum miles agnovisset, beati Yvonis auxilium imploravit, et subito famuli cum equis ad portum sani et salvi redierunt. Cum quidam homines numero quinquaginta in mari essent et propter naufragium bis descendissent in maris profundum ac in tali periculo per duarum horarum spatium fuissent, quatuor ex ipsis Dei et beati Yvonis auxilium postularunt, et mox omnes a periculo mortis liberati fuerunt.

17. Mulier quædam erat omnibus membris suis contracta, in tantum quod sine adjutorio comedere, bibere vel aliquid aliud facere minime valeret. Quæ se ad sepulcrum beati Yvonis fecit deportari, ibidem per aliquot temporis in precibus persistendo : sed sospitate quam quæsierat nondum obtenta, a sepulcro ejus dolens recessit. Cumque in recessu suo beati Yvonis auxilium iterum invocasset, vidit maximum splendorem juxta se : de quo tabefacta fuit et omnino sanata, in tantum quod sine adjutorio alicujus alacriter ad sepulcrum beati Yvonis gratiarum actiones persolvendo rediret. Sic et quidam paralyticus ad sepulcrum sancti veniens et dolens quod statim sanatus non esset, cum sequenti die recedere intenderet, nocte illa sibi magna claritas apparuit, qua se mane cum surgeret sanatum invenit.

18. Contigit quod quidam fures cujusdam mulieris bona raperent et mulier pro recuperandis rebus suis Dei et beati Yvonis auxilium, certum sibi votum faciendo, invocaret : quæ paulo post bona sua reinvenit et recuperavit. Alia quædam mulier cyphum argenteum amiserat, pro cujus recuperatione beati hujus auxilium suppliciter implorabat. Post sex annos domus illius qui cyphum abstulerat igne combusta fuit cum omnibus quæ in ea fuerant, excepto cypho illo, quem dicta mulier recuperavit.

19. Cum die quadam Clemens papa sextus in itinere constitutus fuisset, qui tempore Clementis quinti et Benedicti duodecimi sæpe pro canonizatione beati Yvonis laboravit, apparuit ei beatus Yvo baculum in manu tenens, dicens ei ut circa expeditionom intenderet facti sui. Qui postea cum magna solemnitate processit circa sæpedicti Yvonis canonizationem ipsumque sanctum et gloriosum cum aliis sanctis fore pronuntiavit, atque eum solemniter canonizavit anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo sexto nono decimo die mensis maii ipsumque mandavit catalogo sanctorum ascribi. Ad cujns sepulcrum multa fiunt et facta sunt miracula ad laudem et gloriam Dei qui est benedictus in secula. Amen.

Ex codice Namurc. n° 76. (1)

DE S. CORDULA. (Vid. Catal., cod. 76, 3°.)

Capitulum de S. Cordula editum in Legenda Aurea *(ed. Coloniensis 1483, fol. 183, col. 3 med.) ita desinit in codice nostro :*

5 Quicumque ante scire desiderat numerum cetuum prædictorum quæ Ursula potest nuncupari, sciat quod tam de puris virginibus quam de aliis una cum summo pontifice beato Cyriaco nec non cardinalium, archiepiscoporum, episcoporum, pontificum, regum, ducum, comitum, militum, terrarum gubernatorum, et presbyterorum, 10 pariter matronarum, diversarum prædictarum dignitatum gentium, nihilominus feminarum multarum religiosarum et aliorum, et aliarum multarum atque multorum, quorum vel quarum multitudinem narrare non sufficimus, nisi certo quod modo tam masculorum quam feminarum puellarumque insimul concurrentium sane annuatim in 15 locis ubi a viris littratis sacra evangelia exponuntur fore triginta sex milia creditur et prædicatur. Excepto quod etiam aliæ multæ reliquiæ martyrum quorum non est numerus in prædicta civitate continentur, scilicet beati Gereonis cum sodalibus suis, et Thebeorum, Albini et adhuc quotidie sacra corpora in civitate inveniun- 20 tur.

Ex codice Namurc. n° 159. (2)

DE S. ANTONIO ABBATE. (Vid. Catal., cod. 159, 19°.)

Incipit translatio sancti Anthonii confessoris.

1. Tempore quo Constantius imperator regebat imperium in Bizantium civi- 25 tate et factum est cum non haberet filios, nimisque fluctuabat : eo quod non haberet cui post obitum imperium ad regendum committeret. Noctibus ac diebus ecclesiis adhærens et jejuniis et orationibus orans et obsecrans ac petens a Deo sibi filium parari. Et ita ambulabat in ecclesia quæ constructa est in honore hujus sanctissimi nominis Domini Nostri Jesu Christi Sophir * ac in ipsa fecit orna- 30 menta per totam ecclesiam innumerabilia, et præcipue super altare ad honorem sanctissimi Nominis constructum. Sicque Deus compatiens ejus humilitati, largitus est ei unicam filiam. Convocato episcopo Theophilo Constantinopoleos, post annos duos fecit eam in eadem ecclesia baptizari, et imposuit ei nomen idem episcopus Sophia, ab illo sancto nomine Sophir.

* *ita nunc legitur ; prius* Sophia.

(1) Tom. I *Analect. Boll.*, p. 524. — (2) Ibid., p. 528 sqq.

2. Facta igitur annorum decem puella tanta erat imbuta sapientia ut omnes loquerentur de illius prudentia, et quia erat pulchra nimis, composita facie et animo. Cum autem quadam die exiret cum aliis puellis foras in pomeriis et comederet de pomis pomerii, perrexit ad quemdam fontem, ut biberet cum dictis puellis. Illico cum aqua in ventrem ejus novem spiritus immundi subintraverunt, 5 et statim mugitus incepit tanquam bestiæ faciunt emittere et fremere tanquam leones. Puellæ vero quæ cum ea erant fugam arripientes et stridorem mittentes, cœperunt magnis vocibus clamare : *Maxime imperator, succurre filiæ tuæ.* Quod audiens cum omnibus de palatio, cœpit venire in pomerium et altas voces mittere et dicere : *O Creator cœli et terræ, Redemptor humani generis, succurre et adjuva* 10 *filiam meam.* Et cœpit ire versus filiam suam Sophiam.

3. Ipsa vero fremebat dentibus et mugitus maximos emittebat: sed tunc immundi spiritus quieverunt. Ipse vero imperator cepit eam per manus et duxit eam in palatium. Et spiritus cœperunt fremere; et mordebat linguam suam, et fremebat dentibus; et non valebant eam tenere, sed omnes catenas ferreas rumpe- 15 bat, et mugiebat quemadmodum leones, pardi et tigrides faciunt; ita ut omnes mirarentur. Tunc imperator dolore nimio repletus fecit fabricari habitaculum ferreum; et in ipso dictam puellam ligatam reclusit, ubi per quinquennium permansit inclusa, in tantum ut nullus auderet ei appropinquare. Sed Deus qui nolebat ancillam ejus perire, eam ab immundis spiritibus dignatus est liberare. Spiritus 20 autem immundi qui eam tenebant, abinde magnis vocibus per os puellæ clamare cœperunt : *Anthonius, Ægyptiorum eremita, hinc nos erit expulsurus, qui nos quotidie urit.* Et ita per annum nihil aliud clamaverunt. Unde imperator maximo dolore repletus : quoniam quo nuntios suos delegaret et in quam partem Ægypti pro sancto corpore, ubi posset illud invenire, penitus ignorabat. 25

4. Eo vero in tali cogitatione perseverante, misit pro Theophilo, episcopo Constantinopoleos, et pro omnibus sapientibus sui imperii, et quæsivit ab eis diligenter si scirent aliquam scripturam de sanctis patribus et vitam beatissimi Anthonii et in quo loco corpus ejus fuisset reconditum : quia spiritus immundi qui habitant in filia sua quotidie clamare non desinunt: *Ánthonius namque,* 30 *Ægyptiorum eremita, hinc nos erit expulsurus.* Episcopus vero cum aliis clericis et sapientibus videntes angustiam imperatoris, fecerunt venire omnes libros quos in Græcia de vita sanctorum patrum et eremitarum invenire potuerunt; et in ipsis legentes, invenerunt de sanctissimo Anthonio, confessore et eremita magnifico; qualiter ab infantia sua suum corpus Domino Jesu Christo consecraverat, et qua- 35 liter præcepit fratribus suis, quando de hoc seculo migravit ad Christum, ut corpus suum ita humi traderent, ut nulli nisi soli omnipotenti Deo et ipsis esset cognitum, et nullo tempore posset inveniri.

5. Cum hæc et alia de sanctissimo patre Anthonio scripta invenissent, de certitudine illius loci et quo corpus ejus a discipulis ejus depositum fuisset aliquid 40 scire minime potuerunt. Idem episcopus Theophilus surrexit, et manu silentium indicens, ait : *Quia placuit beato Anthonio, o filii, ne aliquis sciret locum ubi positum fuisset corpus ejus, quoniam rimati sumus, et perspeximus omnes scripturas*

sanctorum patrum, neque in quo loco fuisset positum corpus ejus scire potuimus, nisi Deus per suam gratiam et magnam misericordiam nobis famulis suis revelaverit; et ideo rogo vos, fratres, et præcipio ut humilietis vos cinere et cilicio, jejunando unusquisque novem diebus cum omni oratione et timore Domini. Et una voce 5 *ad Dominum clamemus, ut dignetur nobis famulis suis ostendere tam pretiosissimum thesaurum; ut per ipsum dignetur ancillam suam Sophiam, Constantii serenissimi imperatoris filiam, ab immundis spiritibus liberare.*

6. Peracto vero noveno jejunio cum omni humilitate ac timore Domini, et quia Deus nolebat tam pretiosissimum thesaurum amplius esse absconditum, 10 imo ut omnibus per totum mundum luceret in aperto, et exaltaretur usque in diem judicii nomen ejus, ecce medio noctis tempore, in somnis apparuit angelus Domini imperatori et episcopo Theophilo, dicens eis: *Constanti.* Qui respondit: *Audio; quis enim es tu?* Et angelus: *Ego sum Gabriel archangelus, Dei omnipotentis nuntius. Quia semper stetisti in præceptis et mandatis ejus, ideo exaudita* 15 *est oratio tua et jam cœlum penetravit; et veni docere te qualiter possis corpus beati Anthonii invenire, Bizantium civitatis et filiæ tuæ ad salutem.* Illico imperator resedit in lecto et elevans manus angelum Domini tangere ac palpare suis manibus volebat. Sed angelus non permisit; ac in adventu sanctissimi archangeli Gabrielis, ut idem imperator referebat, totum palatium resplenduit sicut sol; et ait 20 angelus ei: *Non licet tibi tangere me, quia ad salutem filiæ tuæ veni, et ideo mane cum surrexeris, convocato Theophilo episcopo, ipsum tanquam virum religiosum versus partes Ægypti cum duodecim clericis religiosis valde Deum timentibus mittere procura; quia semper cum eis ero et non timebunt fluctuationes maris et tempestates.* Et eodem modo retulit episcopo Theophilo statimque recessit angelus 25 Domini.

7. Mane vero surgens imperator Constantius, misit pro episcopo Theophilo et clericis civitatis et sui imperii, narravitque ei omnia quæ sibi angelus per visionem locutus est. Eodem itaque modo retulit episcopus de ipsa visione, quemadmodum imperator dixerat. Alia vero die episcopus cum duodecim clericis religiosis intra- 30 verunt navim, psallentes et dicentes: *Dominus illuminatio nostra et salus nostra; quem timebimus?* et extensis velis cœperunt navigare contra Hierosolymam. Habebant autem prosperum ventum, nihilque fuit eis contrarium nec opus ten[dere] vela. Post septem vero dies cessavit ventus, et cœperunt navigare usque dum vires eorum deficerent. Episcopus vero cœpit confortare fratres suos, dicens: 35 *Fratres, nolite formidare; Deus adjutor noster est, et nautor et gubernator:* et ecce ventus prosper apparuit. Post hoc, aliis octo diebus venerunt Hierosolymam et sanctam Christi resurrectionem et adoraverunt cruce[m]. Deinde exeuntes in Bethlehem adoraverunt sanctum præsepe. Consignantes autem se, viam continuo aggredientes civitatem Alexandrinam ingressi sunt.

40 **8**. Post hæc autem cum mercatoribus civitatis Alexandriæ prosperum facientibus iter, intraverunt Libies et venerunt via viginti dierum usque ad flumen Nili, in quodam vico nomine Effesos in partibus Ægypti, et ibi sciscitabantur ab eis ubi sanctus Anthonius cum fratribus suis ad serviendum Deo manere solebat. Inquiunt

illi: *In quodam altissimo nemore mansit per multa tempora, a quo restat adhuc vobis iter viginti quinque dierum; nullamque invenietis habitationem, sed bestias extraneas videbitis inauditas et infinitas.* Ipsi vero signantes se signo salutiferæ crucis, sequenti die iter ceperunt, dicentes: *Exurgat Deus et dissipentur imimici ejus, et fugiant qui oderunt eum a facie ejus.* Tribus itaque diebus transactis, 5 venerunt per asperas et devias montium solitudines, et ambulantes viam viginti dierum invenerunt feras silvestres, leones, tigrides, leopardos, ursos et vestigium unicornium; omnesque invocato beato Anthonio transierunt illæsi.

9. Tandem etenim venerunt prope quamdam eremum. Considerantes namque qua parte ituri essent, contra eos venit quidam, senex nimis et clarus facie ac 10 aspectu decorus; et osculantibus se invicem recepit manus episcopi, et ibat cum eo usque ad portam ecclesiæ ipsius eremi. Tunc episcopus Theophilus ait ad senem: *Locus iste a quo primo constructus est et ordinatus? Aut quis dominatur ibi?* His et aliis sermonibus Theophilus episcopus interrogavit senem, et penitus nullum dabat senex responsum; sed manu silentium insinuabat. Illico intelligens episco- 15 pus Theophilus illius eremi regulam, clericos et fratres suos admonebat dicens: *Ora vestra, fratres, a loquelis servate, ne impediantur isti fratres;* et statim ille senex evanuit: quem postea episcopus scivit per revelationem fuisse B. Anthonium.

10. His admonitionibus dictis, statim exierunt de ipsa eremo duodecim fratres 20 cum cappis laneis, crucibus et incenso: quia revelaverat eis Deus adventum eorum. Psallentes cum jubilo et dicentes: *Proficiscamur electi obviam invitanti; jubilemus Deo salutari nostro.* Et hac laude peracta, prior eremi osculatus est episcopum Theophilum et fratres suos per ordinem. Facta autem ei peracta pace inter eos vicissim, duxerunt eos in ecclesiam eremi et fratres illius eremi in claustro 25 cœperunt lavare pedes Theophili episcopi et fratrum ejus et decantare mandatum novum. His itaque peractis, magno cum silentio duxit illos prior in refectorium ut reficerentur, et pulsato signo, ablutisque manibus, fecit illos residere. Iterum pulsato signo secundo, surrexit unus e fratribus eremi et cœpit ponere panem in mensa miri candoris et quasdam herbas et radices incredibilis saporis. Sedebant eremitæ 30 cum hospitibus suis mixtim: ponebatur unicuique secundum ordinem medium parvi panis. Pulsato signo, aqua in potu dabatur fratribus. Postquam igitur tribus vicibus biberunt, prior solito more signum pulsavit, et fratres simul cum omni humilitate et magno silentio et gravitate surrexerunt a mensa.

11. Antecedentes sanctos patres ad ecclesiam gradiebantur; post illos episco- 35 pus Theophilus et prior eremi, cantantes cum psalmista: *Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam,* usque in finem per ordinem. Cum autem ecclesiam introissent, et illuc totum officium quod dicitur post comestionem, expletum esset, dixit prior eremi episcopo Theophilo: *Aqua vero quam modo bibistis, est de quodam fonte nobis a Deo parato, omnem saporem habente. Est etenim* 40 *alius fons juxta nos turbidam habens aquam, quam vidistis; tribuit illum Deus patri nostro Anthonio, et de ipso lavantur pedes fratrum et hospitum quotidie, quia omni die calidus est.*

12. *Panes vero quos vidistis ante nos, incognitum est nobis ubi præparentur. Sed hoc scimus quia quotidie veniunt ad nostrum cellarium duo leones, de quibus scimus per revelationem quod sunt illi leones qui fuerunt cum sancto Anthonio ad fodiendum locum ubi positum fuit corpus sancti Pauli, primi eremitæ, cum tot panibus quanti nobis sufficiunt omnibus. Et pro hospitibus similiter faciunt, quia beatus Anthonius pater noster ita dispositione Dei, quando hanc eremum construxit, ordinavit ac disposuit. Idem vero prædictus pater posuit et ordinavit nos hic viginti quatuor fratres. Sed in Resurrectione Domini et in dominicis et solemnitatibus apostolorum duplicant ipsi duo leones ex nutu Altissimi annonam, tribuentes unicuique integrum panem. Tali etenim modo ut audistis, nutrivit nos a tempore patris nostri Anthonii, qui hunc locum composuit, usque modo pius et misericors Dominus. Cum autem venimus ad missas et alia officia facienda, lampades nostræ in ecclesia, quam sanctus Anthonius in hac eremo in honore sanctæ Dei genitricis Mariæ virginis construxit, ab eodem patre nostro Anthonio fuerunt accensæ et manent usque modo et non sunt diminutæ.* His dictis cum magno silentio, dixit prior episcopo Theophilo : *Cantemus vesperam.*

13. Dum explessent vesperam, Theophilus episcopus cœpit inspicere ecclesiam quam sanctus Anthonius construxerat, quomodo erat ædificata et mirabilibus ædificiis ornata. Erat enim constructa ex lapidibus nullo ligno existente, et quadrata, et claustrum ibi juxta murum ecclesiæ. Sed ecclesia duas mensuras habuit plus quam bis tantum longa erat, et habebat quinque luminaria ante altare quod erat in medio, et duo ante alia duo altaria. Erant enim altaria de crystallo facta quadrata : et cetera vasa pro missa cantanda similiter de crystallo. Erant viginti quatuor sedilia ante altaria, sed sedile ubi prior eremi sederet sublime ab aliis, diversis pretiosissimis generibus gemmarum et innumerabilibus margaritis ornatum mirificoque opere constructum. Erat enim positum inter duos choros magnificis ornamentis decoratum. Neque vero in ecclesia neque in tota eremo ullus strepitus vel aliqua vox audiebatur. Nec aliquis præsumebat absque prioris licentia loqui ; sed quando aliquid necessarium erat alicui, frater ibat ad priorem, et genu flexo et inclinato capite cum omni reverentia postulans in ceratis tabulis stilo designando quæ necessaria sunt. Ipse sicut bonus pater, ad exemplum patris sui sanctissimi Anthonii, unicuique secundum prudentiam suam tribuit necessaria.

14. Tunc episcopus Theophilus dixit priori : *Quomodo potuit in humana carne esse tam continuum silentium, sicut vidi inter fratres tuos teneri ?* Tunc prior ait : *Pater, coram Redemptore fateor, quadraginta anni sunt postquam pater Anthonius recessit a nobis et posuit nos hic ; ubi nullam humanam vocem nisi a vobis audivimus, excepto quod cantamus Deo laudes.* Tunc episcopus Theophilus ait : *Licet nobis, pater, hic esse vobiscum et est Dei voluntas ?* Qui ait : *Cur me interrogas, pater ? Hoc compertum est nobis quia Deus revelavit tibi quid te oporteat facere, antequam huc venisses. Te enim cum fratribus tuis oportet reverti ad locum tuum.* Cum autem hæc loqueretur, ecce illis videntibus avis quædam, alba sicut nix, ferens in ore ignem lucidissimum, et demissa est per quamdam fenestram, et

accendit omnes lampades ante altare ipsius ecclesiæ et statim recessit, et lumen clarum dimisit. Theophilus autem hoc perpendens, interrogavit priorem eremi quid esset. Prior respondit: *Sciatis quia in omni festivitate paschali et beatæ virginis Mariæ et patris nostri sanctissimi Anthonii et in festivitatibus apostolorum hoc facit.* 5

15. His et aliis dictis Theophilus cœpit narrare itineris sui causam et qualiter et quomodo missus fuerat ab imperatore Constantinopoleos pro filia sua liberanda, quæ erat a novem spiritibus immundis occupata, ut possit liberari; et quomodo spiritus immundi clamarent se ab ipsa non discedere, donec sanctum corpus beatissimi confessoris Anthonii viderent Constantinopoleos: *Et ideo partes maris* 10 *venimus et terræ, et certe ubi est sanctum corpus invenire minime potuimus. Sed vos, servi Dei altissimi, miseremini nostri intuitu pietatis et Dei. Si aliquid de tumulo tam pretiosissimi confessoris scitis, nos doceatis, et ut per vos tam pretiosissimum thesaurum invenire et Omnipotenti gratias referre possimus.*

16. Quo dicto, prior eremi respondit: *Patres mei et servi Dei excelsi, nos enim* 15 *Dominus in hoc loco precibus beati Anthonii posuit ut hanc vitam servaremus usque ad diem judicii; qui recessit a nostris prædecessoribus cum duobus fratribus nostris, discipulis suis, cum Hylarione videlicet et cum quodam alio qui Prior vocabatur; et cum ipsis ordinavit per Ægyptum duodecim monasteria et revertens habitavit in Siphiæ partibus, in horribili et magna solitudine juxta Ægyptum, ubi* 20 *construxit oratorium et cellas multas; ac ibi cum fratribus suis demoratus est. Sed cum senilia membra non mediocre incommodum pulsaret et ad diem perveniret extremum, legimus quod præcepit duobus fratribus suis ut nullus præter illos sciret locum tumuli ipsius. Sed tempore procedente illa eremus destructa est a latronibus, et nescimus inde aliquid, nisi Deus per suam magnam misericordiam* 25 *revelaverit nobis. Stemus autem per tres dies et tres noctes in oratione, et oremus Dominum ut Deus ostendat nobis famulis suis viam eundi ad locum in quo positum fuit tam pretiosissimum corpus.* Et ita factum est.

17. Peracto vero jejunio cum omni oratione et humilitate, ecce angelus Domini Gabriel, cum missa cantabatur, qui quemdam chirographum in manibus 30 tenens et ponens super altare beatæ Mariæ virginis ante priorem. Sed omnes fratres qui aderant in ecclesia, præ timore angeli proni in terram ceciderunt velut mortui. Et ait priori monasterii: *Accipe chirographum et lege, et quidquid ibi dicitur faciatis per ordinem, quoniam exaudita est oratio vestra.* Et recessit angelus ab eo. Prior vero elevans caput, neminem vidit; et respiciens retro, vidit omnes fratres 35 suos pronos jacentes in terra. Qui ait eis: *Surgite, fratres, nolite timere,* et statim ad vocem ejus surrexerunt. Et ait prior: *Fratres et patres mei, visio quam modo vidistis, fuit angelus Gabriel, summi Dei nuntius, qui nobis apparuit et dedit nobis hunc chirographum, ut muniatis vos signo salutiferæ crucis et eatis per viam directam; quia Deus semper vobiscum erit, et adimplebit desiderium vestrum. Et ecce* 40 *apparebit vobis quædam stella lucidissima omni splendore repleta, et præcedet vos et stabit supra ubi positum est corpus beati Anthonii. Ibi vero cum orationibus fodientes invenietis pretiosissimum corpus ejus.* Quo audito chirographo, celebra-

taque missa a priore, episcopus Theophilus accepta benedictione cum fratribus suis ac depingens in fronte sua signum sanctæ crucis et valedicens fratribus eremi, recessit.

Inventio sancti Anthonii.

5 **18.** Exeuntibus illis de eremo, apparuit eis lucidissima stella sicut sol, ut dicebatur in chirographo, et anteibat illos: et ecce quædam vox intonuit, dicens: *Sequimini stellam*, Et secuti sunt eam, ac omnipotentis Dei et Creatoris omnium cum clamore et lacrimis adjutorium postulare cœperunt. Inde vero profecti sunt per aspera et devia montium in plano Joseu, in quo herbas et poma incredibilis 10 saporis et odoris invenerunt, ac de ipsis accipientes comederunt, et Deo laudes reddiderunt. Postea iter arripientes, devenerunt inter montes altissimos et terribiles ubi non intrat sol nec arbor vel herbæ crescunt; sed serpentes, dracones innumerabiles, leones, tigrides, pardos, sorices sicut volpes, aspides, basiliscos et unicornes invenerunt infinitos et alias innumerabiles feras, quarum nomina sive 15 naturas penitus ignorabant. Sed manu Altissimi ipsos protegente qui non dormit neque dormitat, illæsi pertransierunt. Stella autem nunquam ab eis cessabat. Post vero decem et novem dies ipsis euntibus pervenit ad nares eorum pessimus et intolerabilis fœtor, de quo sicut mortui proni in terram oraverunt ad Dominum ne tolleret animas eorum. Post hæc autem surgentes viderunt lacum magnum et 20 multitudinem serpentum ignitorum. Et ex ipso lacu exivit ululatus et planctus non modicus, et vox desuper prorupit dicens: *Locus pœnarum est iste et judicii, in quo cruciantur omnes qui Christum perjurando et debitam fidem non servando negaverunt et mandata ejus non custodierunt.* Ipsi vero has voces audientes perterriti, locum illum pertransierunt illæsi.

25 **19.** Inde igitur egressi, cum quadraginta dierum viam fecissent, devenerunt ad locum admirabilem et campum parvum sed gloriosum, qui omnibus generibus arborum plenus, dulcissimis ac odoriferis redundabat fructibus; super quem locum stella quæ antecedebat eos stetit immobilis, et vox ad eos facta est: *Fodite hic et invenietis thesaurum pretiosum.* Ipsi vero nescientes in quo loco ipsius 30 campi foderent, ecce quædam avis alba sicut nix rubeum habens rostrum apparuit, stetitque supra quamdam arborem quæ facta erat in modum tentorii; et ibi manabat fons irriguus, omnem saporem in se retinens et suavissimus tanquam nectar; et cœpit sonare alas suas sicut tintinnabula, quasi diceret et demonstraret ut ubi foderent. Tunc episcopus Theophilus cum clericis projecerunt se in oratione, et 35 omnes similiter orabant. Tandem vero audierunt suavissimas cantilenas et odoriferas super eos. Tunc episcopus Theophilus dedit laudem Deo dicens: *Deus conditor et revelator omnium absconditorum, tu nosti causam mei itineris; flagito clementiam et majestatem tuam ut mihi infelicissimo peccatori per tuam immensam misericordiam revelare digneris secretum tuum, et mitte nobis aliquam animam cujus* 40 *adjutorio possimus fodere et invenire thesaurum petitum.*

20. Et cum hoc dixisset, ecce a longe venerunt duo leopardi, currentes a parte solitudinis. Quibus visis timore perterriti iterum ad Creatorem omnium cor eorum

referentes, statim sine omni pavore permanserunt. Et illico quasi fumus aromatum desuper ubi erat corpus beati Anthonii ascendens videbatur eis tangere cœlum. Leopardi adulantibus caudis circa pedes episcopi accubuerunt, vocibus magnis clamantes, quasi dicerent ut eis episcopus imperaret, et doceret ubi foderent. Sic manu insinuavit eis locum ubi foderent. Ipsi vero cœperunt pedibus humum scarpere, terram certatim fodientes, donec appareret sarcophagum in quo repositum fuerat corpus sanctum, ultra procedere non audentes. Hanc igitur episcopus cum clericis suis subintrans foveam, invenit lapidem et loculum in quo erat scriptum litteris græcis et hebraicis qualiter ibi corpus sancti Anthonii ab Hylarione et Priore cum discipulis suis fuisset reconditum. Titulum itaque legentes gavisi sunt gaudio magno valde. Et voces angelorum suavissimas audiebant cantantes et laudantes Dominum ; et elevantes lapidem, suavissimus et odoriferus odor innotuit, ita ut viderentur eis esse in paradiso. Invento autem tam pretiosissimo thesauro, invenerunt corpus ejus vestitum cilicio facto de corio et desuper vestitum vestimento de palma contexto quod beatus Paulus primus eremita fecerat. Elevantibus autem illis tertio idus Junii, omnis illa provincia fragrabat ineffabili odore. Prædicti vero leopardi non separabantur ab eis. Episcopus cum clericis corpus ejus, quod nondum erat solutum, tollentes et hymnum cantantes, viam qua venerant aggressi sunt, sicque cum prædictis leopardis et cum sancto corpore stella ducente, reversi sunt ad prædictam eremum cum maxima salute.

21. Prior vero eremi cum omnibus fratribus suis, cum crucibus, incenso et et aqua benedicta, psalmis et orationibus, cum omni reverentia exierunt obviam tam pretiosissimo thesauro. Et ecce quinque viri leprosi venerunt venientes et implorantes sanctum Anthonium ut eos sanaret; et ut perducti sunt ad feretrum in quo sanctum corpus jacebat, obtentu sancti Anthonii illico sanati sunt, Deo gratias reddentes. Dimissoque in dicta eremo vestimento quod erat contextum de palma et accepta benedictione a priore et fratribus eremi, viam aggressi sunt cum sancto corpore. Duo vero fratres eos secuti sunt.

22. Qui peracta via decem dierum, prope quamdam semitam invenerunt tria corpora mortuorum a feris silvestribus occisa. Qui videntes timuerunt valde, et imponentes loculum ubi erat sanctissimum corpus super cadavera mortuorum, ait episcopus Theophilus: *In nomine Domini nostri Jesu Christi et in honore sancti Anthonii, surgite ;* et statim qui jacebant surrexerunt, statimque ante loculum sancti corporis se proni in terram jactaverunt et cœperunt clamare et dicere quemadmodum ducebantur ad loca tormentorum ab inimicis humani generis, et orationibus et precibus beati Anthonii sunt liberati. Sed cum episcopus Theophilus interrogaret eos ad quem locum fuerant destinati, illi in lacrimis erumpebant, dicentes: *In maximo fœtore et igne missi eramus, et tota anima nostra consumebatur.* Hæc audiens episcopus in lacrimas prorupit, dicens: *Dicetur homini illi Væ, qui mandata Dei non custodit, quia illuc transmittetur.*

23. Inde ergo cum duobus leopardis et tribus hominibus quos sanctus Anthonius suscitaverat egredientes, viam viginti dierum per aspera et devia montium ambulantes et feras silvestres multas invenientes, leones, tigrides, pardos, ursos,

dracones et alias innumerabiles bestias; omnesque illæsi invocato sancto Anthonio pertransierunt, ipsius gratia protegente, usque ad flumen Nili in quemdam vicum nomine Ephesos. In dicto vico quemdam virum fortissimum et ditissimum, nomine Daniel, de regali stirpe natum, a dæmonibus raptum, et omnia membra 5 ejus erant onerata ferro, invenerunt. Audiens autem de adventu sancti corporis tantam gratiam, prorumpens de manibus eorum qui eum tenebant et exiens usque ad flumen Nyli pervenit, et dæmones alta voce clamabant: *Anthoni, noli nos ita fortiter cruciare*. Et similiter Daniel clamabat clara voce: *Sanctissime pater, confessor Anthoni, solve miserum, solve captivum*. Nam ex uno hominis ore 10 multæ ac diversæ voces et quasi confusus populi clamor audiebatur, et tota gens illius vici post eum currens ubi currerent nesciebant, sed ad vocem ejus audierunt quod corpus beati Anthonii esset ibi. Omnibus videntibus, statim ut tetigit loculum sancti corporis, illic curatus est, clamantibus dæmonibus: *Cur nos, Anthoni, de domo nostra expellis?*

15 **24**. Et ita per aera clamabant: *Transit hic qui nos urit, cruciat et flagellat*. Et clamabant: *O Anthoni, noli nos tam fortiter cruciare*. Ipsi namque de castro hæc audientes magis et magis timebant, ac ipsi exeuntes et descendentes devenerunt ad locum ubi erat sanctum corpus, et videntes Theophilum episcopum et fratres ejus et leopardos cum eis, cœperunt quærere quid hoc esset. Episcopus respondit 20 et dixit: *Nos sumus de Constantinopoleos, nuntii serenissimi et magni imperatoris Constantii; qui fere totum orbem rimati sumus pro tam pretioso corpore quod invenimus et hic habemus nobiscum*. Quo dicto, ecce vox insonuit de castro, dicens: *Succurrite, quia decem lupi intraverunt castrum et omnes bestias occiderunt et deportaverunt quinque infantulos*. Cumque omnes occurrerunt et sanctum Antho- 25 nium invocarent, omnes lupi steterunt, ac recidentes ad feretrum sancti Anthonii, sicut essent rationales animæ, se prostraverunt quasi veniam postulantes; et omnes bestiæ sanatæ sunt et parvuli illæsi permanserunt. Et sic Deo gratias egerunt.

25. Deinde navem introeuntes, cum maximo labore navigantes, intraverunt portum civitatis Alexandriæ, et terræ motus factus est ingens; dæmones vero 30 per aera clamabant: *Noli nos cruciare, sanctissime Anthoni*. Ac omnes de civitate currentes ad portum maris, navem in qua sanctum corpus jacebat repererunt. Omnes autem infirmi veniebant, et tangebant loculum sancti corporis, et statim sanabantur de quacumque tenebantur infirmitate; ibique multis surdis reddidit auditum et mutis loquelam. Theophilus vero episcopus exiens de navi in terram, 35 fecit naves suas aptari. Fama autem Anthonii cœpit crescere per totam terram Alexandriæ.

26. His vero diebus Effron, filius cujusdam militis Alexandriæ, Madyan, accusatus est ad præfectum se quoddam facinus perpetrasse. Qui vocans eum ante se, judicavit ad mortem præcepitque eum suspendi. Sed cum duceretur ad suspen- 40 dium, parentes et amici ejus et omnes de civitate clamabant: *Sanctissime pater Anthoni, succurre et adjuva famulum tuum Effron, et libera eum de manibus impiissimi Mandaber, præfecti Alexandriæ*. Sicque projiciebant se genu flexo ante loculum in quo erat sanctum corpus. Mandaber vero præcepit ministris suis, ut ipsum

super arbores altas laqueo suspenderent. Qui jussionibus ejus obtemperantes laqueum in collo ejus mittentes suspenderunt. Sed nullo modo os ejus stabat quin sanctum Anthonium imvocaret, ut eum adjuvaret. Parentes et uxor ejus capillis sparsis, amici et consanguinei genu flexo flebant et nomen sanctissimi confessoris Anthonii invocabant, dicentes: *Sancte pater Anthoni, succurre et adjuva famulum tuum Effron, et libera eum innocentem atque inculpabilem.* Sicque diu credentes ipsum suspensum, reversi sunt in civitatem. Pater vero et mater, uxor et amici et consanguinei ejus post VIII dies et VII noctes perrexerunt ad locum ubi Effron fuerat suspensus, putantes eum a feris silvestribus membratim esse discerptum. Cum autem appropinquassent, dictus Effron humili prece clamare cœpit et dicere: *Pater mi, curre et de his arboribus descendere me festina.* Qui vocem ejus audientes cœperunt voces magnas mittere propter lætitiam; et appropinquantibus illis propius magis clamabat: *Succurrite et de hac arbore me deponite.* Pater vero magnis vocibus clamabat: *Vivit filius meus, lumen oculorum meorum?* Qui respondens ait: *Vivit, pater mi. Nam ex quo fui hic positus, sanctus Anthonius quem omnes alta et supplici voce invocabamus, per capillos me manibus suis cepit desuper. Quidam vero alius, ejus socius, duas alas habens et pulcher facie, manus meas tenuit. Et ita sum jam octo dies et septem noctes absque cibo et potu, refectus verbis eorum.* Et ita Creatori suo et beato Anthonio, cujus precibus est liberatus a morte turpissima, referunt laudes et laqueum inciderunt.

27. Sicque cum maxima lætitia et reverentia cum Effron revertebautur ad portum maris, ut viderent loculum ubi sanctum corpus jacebat et ipsi gratias redderent. Cumque hæc essent Mandaber præfecto nuntiata, illico cum tota civitate pervenit ad portum, et videns Effron quem suspendi præcepit, cœpit eum interrogare et dicere ut ei insinuaret et diceret quis esset ausus eum deponere et liberare. Ille humili voce respondens: *Cum enim essem suspensus, venit ad me quidam senex nimiæ senectutis et gravitate plenus, barba prolixa et nivea et capillos habens longos et albos, et tenuit me per capillos et dixit: Noli timere, quia ego sum quem invocasti. Cumque interrogassem eum quis et unde esset, dixit: Ego sum Anthonius, Domini Jesu Christi servus, quem tam fortiter invocasti. Et cum quodam socio suo duas alas habente tenente manus meas et me admonente, nullam sensi læsionem nec aliquam famem.* Cum autem hæc et his similia audisset præfectus Alexandriæ de sancto patre, statim discalciatis pedibus perrexit ad loculum ubi erat corpus sancti Anthonii atque genu flexo orabat, ut ipsum in civitate posset ducere. Et advocans ad se XL viros religiosos ac Deum timentes, ait illis: *Accipite loculum et deferte in civitatem.* Cum ergo irent ad loculum sancti patris tollendum et vellent tangere, illico ceciderunt in terram. Et per VII horas quasi mortui in terram prostrati permanserunt. Cum hæc præfectus vidisset, magis timuit. Et posito loculo sancti corporis super eos, statim surrexerunt. Postea vero non sunt ausi tangere. Sed præfectus petiit episcopum Theophilum ut aliquod de vestimentis sancti patris ei daret. Ipse accipiens medietatem cujusdam vestimenti quod habebat sanctus pater Anthonius, dedit ei. Ipse vero cum maximo timore et reverentia accipiens, reversus est ad civitatem. Statimque quoddam oratorium maximum fabricari fecit, mirabili

opere pulchrum, ad memoriam et honorem beatissimi Anthonii. In quo nomen ejus in æternum est honorificatum, ac omni modo laudatum et exaltatum.

28. Episcopus vero Theophilus cum fratribus suis et cum Effron et duobus leopardis et duobus lupis et cum aliis qui ibi erant, ingressi sunt navem cum sancto 5 corpore, hymnos et laudes canentes, et cœperunt navigare contra Hierosolimam. Sicque timentes noluerunt intrare Hierosolimam. Sed dæmones per aera semper vociferabantur et clamabant: *O Anthoni, noli nos tam fortiter cruciare; miserere nobis: ignis nos acriter urit.* Et sic venerunt Hierosolimam. Et noctu inde progredientes, invenerunt quemdam cæcum et claudum stantem juxta civitatem strata 10 publica, et mendicabat. Qui cum audiret clamari a spiritibus immundis per aera nomen sancti Anthonii, statim ut sensit eos juxta se cœpit clamare et dicere: *O sanctissime Anthoni, redde mihi lumen et pedibus meis gressum.* Et non desinebat clamare. Cum autem appropinquasset loculum sancti corporis et tetigisset vestimentum in quo erat involutum sanctum corpus, et linisset episcopus oculos suos, 15 statim redditum est ei lumen et ambulare cœpit sicut prius. Ipse vero currens in civitatem, clamabat: *Transit hinc Anthonius qui me sanavit.* Sicque currentes extra civitatem et non invenientes, mœsti facti sunt valde. Ipsi vero per totam noctem ambulantes, audiebant semper super eos tam odoriferos cantus et voces quod videbatur eis esse in paradiso. Legiones angelorum semper ante loculum 20 sancti corporis laudes cantabant, donec venerunt Colonam maritimam.

29. Et invenientes naves euntes Constantinopoleos, convocantes ductores navium dixerunt eis: *Fratres, nos volumus ire Constantinopolim et deferre nobiscum maximum thesaurum quemdam; pro quo poteritis habere remunerationem.* Sicque dederunt eis cxx aureos. Qui dixerunt episcopo Theophilo et fratribus suis: 25 *Ascendite navem.* Cum detulissent sanctum corpus et misissent in navim et intrassent, spiritus immundi clamabant: *Sancte Anthoni, noli nos cruciare. Sine nos liberos abire.* Cum autem naucleri navium hoc audissent, cœperunt dicere episcopo et aliis qui cum eo erant: *Cur nobis celastis tam pretiosum thesaurum? Nos enim servi ejus sumus, et multotiens ipsum in magnis fluctibus et tempestatibus invoca- 30 vimus, et apparuit supra proram navis, et vidimus eum et misertus est nobis, et ideo non debebatis nos verbis detinere et celare tum sanctissimum thesaurum.* Et retulerunt eis pecuniam quam episcopus dederat eis pro pretio et reddiderunt. Statimque facientes magnos cereos et candelas multas, fecerunt accendi ante loculum sancti corporis.

35 **30.** Dæmones vero semper per aera plangebant et magnas voces emittebant. Et cum omnes navem intrassent, navis per se separata a terra sine labore est. Et navigantibus illis per alta maria, ecce maxima tempestas apparuit, ita ut viderentur de salute desperare. Sed cum sanctum Anthonium invocarent devotissime, ecce apparuit sanctus Anthonius supra proram navis, pulchram faciem habens, 40 baculum in manu se sustinendo ferens, confortans eos et dicens eis: *Ego sum, nolite timere.* Quo dicto tempestas sedata est. Et facta est tranquillitas magna et ventus prosper apparuit. Et navigantibus illis per tres dies et totidem noctes, ecce ventus fortiter flans apparuit, velum extendens versus aquilonem. Et videbatur

episcopo quasi desperare. Qui se projiciens ante corpus sanctum in oratione ait: *Sancte pater Anthoni, libera nos et vias directas demonstra nobis et noli nos derelinquere.* Sicque ferebatur navicula bene per quadraginta dies contra voluntatem eorum versus aquilonem, non observando viam directam versus Constantinopoleos. 5

31. Transactis vero diebus quadraginta, viderunt a longe quamdam insulam magnam, terribilem et saxosam per totum ; et paucas ibi arbores viderunt, et erat plena officinis fabrorum. Et vox ad eos facta est: *Nolite expavescere, nolite ipsis appropinquare.* Cum autem ibi prope per jactum lapidis transirent, audierunt quasi tonitrua magna et videbatur eis quod tota insula moveretur. Cum autem citius 10 navigassent et signo crucis se munissent et audissent collisiones ferrorum et incudes, projecit se episcopus Theophilus ante loculum sancti corporis Anthonii et ait: *Sancte pater Anthoni, libera nos tuis precibus de hac insula.* Quo dicto, ecce duodecim ex habitatoribus illius insulæ veniebant foras ad aliquod opus faciendum. Erant magni decem pedum in altitudine et tenebrosi et ignei. Cum autem 15 vidissent famulos Dei transire per ipsam insulam, cœperunt mugitus mittere, revertentes ad officinas suas; et omnes de navi iterum se signo crucis armaverunt et cœperunt navigare quam citius potuerunt. Et ecce postea viderunt venire fere centum et quinquaginta de habitatoribus illius insulæ, forcipes portantes in manibus et furcas ferreas cum clavis igneis. Qui illico super famulos Dei frementes, 20 volebant eos ardere. Sed angelus Domini existens videntibus illis sub loculo in quo sanctum corpus jacebat, percussit eos ac demergi fecit in mare. Cum autem cecidissent in mare, tota pene aqua combusta est usque ad profundum. Et per totam diem navigantes semper ululatum nimium audiebant.

32. Deinde progredientes et navigantes pro posse, prosperum facientes iter, 25 post quadraginta dies et totidem noctes, semper redemptorem suum collaudantes qui de eorum manibus illos liberavit, reversi sunt cum summa laude et invenerunt portum Calcedonis, et dæmones semper clamabant: *O sancte Anthoni, noli nos tam fortiter cruciare.* Omnes vero de civitate ad portum currentes et tangentes loculum sancti corporis, a quacumque detinebantur infirmitate illico sanabantur. 30 Sicque ibi cæcis visum, claudis gressum, multis surdis reddidit auditum et mutis loquelam; et multi veniebant a dæmonibus possessi et tangebant loculnm sancti corporis et liberabantur. Facientes autem dies aliquos ibidem, et collaudantes Dominum, et inde itinere arrepto sic postea devenerunt Sosas. Sed omnes de civitate currentes ad portum, quia dæmones per aera clamabant: *Transit hic* 35 *Anthonius qui nos flagellat.* Sed quidam magnus vir de ipsa civitate, nomine Fronder, unicum habens filium nomine Abaron, faciem habentem a nativitate contra naturam, venit et projecit se ante loculum sancti corporis Anthonii, eum orans et obsecrans ut suo pignori subveniret. Et elevatis illis ab oratione, statim sanata est facies ejus. Ipsi læva manu intrantes et ambulantes, Christi comitante 40 gratia, devenerunt ad civitatem Staurium prope Constantinopoleos.

33. Et omnes de civitate audientes cursu devenerunt ad portum. Spiritus vero immundi qui corpus Sophiæ, imperatoris filiæ, tenebant obsessum, clamabant per

os puellæ et dicebant: *Ecce properat qui nos hinc erit expulsurus.* Et magnis vocibus clamabant: *O Anthoni, cur tam cito properasti huc venire et eripere nos de habitatione nostra quam inhabitavimus VII annis? Sed accelera et noli nos tam fortiter cruciare.* Imperator Constantius hæc audiens fecit naves et omnia genera
5 musicorum et instrumentorum præparari et mitti in navibus et omnes clericos civitatis sacris indutos, cum crucibus et orationibus et psalmis et incenso et aqua sancta, et ascenderunt naves. Et cœperunt navigare contra corpus. Cumque navem a longe venire vidissent, manus alte levaverunt et sanctum nomen invocabant dicentes: *Miserere nostri, Domine, miserere nostri precibus beati Anthonii quem*
10 *jam expectavimus, et ostende nobis ista quæ vidimus mirabilia tua.* Cum autem propius appropinquassent et vidissent se invicem prope et oscularentur se ad invicem, et pacem dedissent, ait episcopus Theophilus Constantio imperatori: *Bona hora concepit te mater tua, quia meruisti invenire ac possidere tam pretiosissimum thesaurum. Recordare itaque quanta beneficia dedit tibi Deus in hoc seculo.*
15 *Modo veni, quia filia tua liberata est.* Et inclinans se, discalceatis pedibus oravit diu ante loculum pretiosissimi corporis. Cum autem pervenissent ante fores Constantinopoleos, cum omni genere instrumentorum musicorum et cum omni reverentia intraverunt civitatem. At imperator et omnes de civitate cereos magnos in manibus portantes et ponentes pretiosissimum corpus super carrucam, et jun-
20 gentes duo paria vitulorum indomitorum cœperunt venire ad locum qui vocabatur *insentino*, ubi quidam eremita steterat. Ibi vero erant duæ viæ, quarum unius iter ibat ad quemdam alium locum quem imperator Constantius in honore sancti Anthonii construi fecerat, mirifico opere fabricatum; et volentes ire ad ipsum locum vituli non permittebant per viam illam ire. Qui adjungentes tria paria boum
25 nec movere valebant. Episcopus vero Theophilus dixit: *Sinamus eos ire, et vadant ubicumque voluerint.* Qui mox per viam quæ ad Sanctum Sophir iter habebat alacriter ire cœperunt. Et ut pervenerunt ante fores ipsius ecclesiæ Sancti Sophir, filia imperatoris Sophia quæ erat ab immundis spiritibus occupata, catenis ligata cum multo pondere ferri adducta est ante loculum in quo sanctum corpus jacebat,
30 et projecit se ante eum. Dæmones vero clamabant: *Noli nos igne cremare, sancte Anthoni; sed cito nos erue de hac domo.* Episcopus autem et imperator cum omnibus stabant in oratione expectantes miraculum Dei. Cum in oratione perseverassent, spiritus immundi cum magnis ululationibus et vocibus, tonitruis et terræ motibus exierunt de ipso corpore deligato, ac ipsam feminam in terra reliquerunt.
35 Episcopus vero accipiens lævam ejus, erexit eam a terra. Ipsa vero clamabat: *Nolo amodo separari a tam pretiosissimo thesauro, quia modo in somnis vidi dominum meum Anthonium, heremitarum tenentem habitum, habentem manus spirituum immundorum ac ipsos fortiter flagellantem.*

34. Sicque cum ingenti lætitia Constantinopoleos intraverunt, et magna cum
40 devotione Deo gratias referentes corpus sanctum detulerunt. Fecit autem imperator Constantius fabricari quoddam monumentum ex ebore et auro et gemmis pretiosis, mirabili opere ornatum, in quo sanctum corpus cum ingenti ac summa gloria miserunt, ac duodenis munierunt sigillis, imponentes desuper titulum græcis

et hebraicis litteris factum, dicentem : " Hic corpus Anthonii confessoris et eremitæ requiescit, a desertis Ægypti translatum a Theophilo episcopo. " Duo autem leopardi qui cum eo de Ægypto venerant, cum duobus lupis toto tempore vitæ suæ ad tumulum ejus custodiendum permanserunt. Quicumque autem ibi veniebat, a beatissimo Anthonio confessore juste invocato a quacumque detinebatur infirmitate sanabatur. De ipso autem sepulcro suavissimus ac odoriferus odor emanabat, ac si omnia aromata ibi essent congregata. Si quis autém puro corde magnaque devotione sanctissimum confessorem Anthonium et eremitam honestis precibus pulsaverit pro quibuscumque necessitatibus, illico se sentiat impetraturum. Ad laudem et gloriam Domini nostri Jesu Christi, cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen.

VITA B. OSTIANI

PRESBYTERI ET CONFESSORIS

AB AUCTORE SUPPARI CONSCRIPTA.

In codice ms. membraneo Bibliothecæ regiæ Bruxellensis 1791-4 invenimus Vitam beati Ostiani, auctore suppari, quippe qui beati Ostiani res gestas didicerit ab iis qui cum beato Venantio, Vivariensium episcopo, sanctum presbyterum cognoverant. Quam Vitam eo libentius *Analectis* nostris inserimus quo jejunius decessores nostri, quos documenta fugerant, ejusdem acta tractaverunt, ad diem 30 Junii (1).

Hinc itaque præter genus et dignitatem beati Ostiani ætas disci potest; æqualis enim ejus sanctus Venantius, filius S. Sigismundi regis, Ecclesiam Vivariensem rexit saltem ab anno 517 usque ad annum 535 (2).

Ob codicis antiquitatem, quippe qui ad sec. X referendus sit, ejus orthographiam, ut aiunt, servabimus.

Vita beati Hostiani confessoris

Quam nos quantum invenire veraciter quivimus, simplici historia discribere curavimus, ea tantum narrantes quae a veris visoribus et cognitoribus et a magistris nostris didici- 5 mus, qui cum beato Venantio, episcopo Vivariensium, ipsius Hostiani exhortum vitamque, mores ac sanctitatis doctrinam noverunt.

Hic tempore Sigismundi regis et martyris (3), de ipsius quippe stirpe generis ac consanguinitate natus fuit. A 10 pueritia sacras litteras didicit, easque spiritali amore amplectens, studuit opere adimplere quod ibi perlegit. Totumque mundi amorem postponens Christi solum vestigiis inhæsit, illud divinum dictum mente semper revolvens: *Si quis venit ad me, et non odit patrem suum aut matrem et* 15 *uxorem ac filios et fratres et sorores, adhuc autem et animam*

(1) *Acta SS.*, t. V Junii, pp. 578, 579. — (2) *Act. SS.*, t. II Aug., p. 104, numm. 6, 9. — (3) Id est, circa initium seculi VI. De S. Sigismundo, rege Burgundionum et martyre, egit Henschenius ad d. 1 Maii, *Act. SS.*, t. I Maii, p. 83 sqq.

suam, non potest meus esse discipulus. Haec et similia beatissimus Hostianus vigilanti cura pertractans, vendidit omnia quae habuit atque pauperibus distribuit, ecclesiisque et sacerdotibus pro amore Christi plurima contulit, illam beatissimam paupertatem eligens de qua Dominus ait : *Beati pauperes* 5 *spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum.*

Igitur jam præfatus beatissimus vir terrena despiciens, cælestem atque contemplativam solam vitam eligens, summopere studuit nihil possidere in hoc seculo, eo quod jam mente in cælestibus habitaret. Egit igitur apud pontificem 10 beatum Venantium, Sigismundi regis filium (1), cuique et propincus erat et quem secutus ad urbem Vivariensem fuerat, ut solitariæ viveret, atque cellulam parvam remotam a conversatione hominum illi faceret. Quam causam piissime postulatam episcopus benignissime suscepit, atque prout is 15 eum rogaverat, libenti animo concessit, gratias referens Deo, qui talem ei ac tantum virum tribuerit ad solatium, quique non solum sacerdotali ministerio dignus foret, verum etiam angelicam vitam expeteret.

Perrexerunt igitur utrique insolubili karitate conjuncti 20 secreta loca ac remota ab hominibus perquirere, inveneruntque juxta radicem montis qui vocatur Baina (2), non longe ab civitate tribus milibus, locum solitarium, ibi fontem facientem rivolum, qui vocatur Ticinus. Super cujus ripam elegit sibi beatus Hostianus solam habitationem. Quod 25 beatissimus vir Venantius libenter amplexus est eique locum petitum contulit atque prout beato Hostiano placuit cellulam ædificari præcepit, in quam beatissimus Dei vir Hostianus ingrediens, vigiliis, jejuniis, orationibus multis Deo nocte ac die serviens, oblationis sacrificium implebat, modico 30 pane vitam sustentans, rare tantum, quando infirmitas cogeret, legumina sale confecta pregustans, vino semper

(1) Circa hoc quod hic dicitur de S. Venantio, eum filium fuisse S. Sigismundi, documenta fide digna desiderabat Pinius, quum de eo egit in *Act. SS.* ad d. 5 Augusti. Cfr. tom. cit., p. 104, num. 3. — (2) Hic locus, prope Vivariensem civitatem (*Viviers, Ardèche*) ad ter mille metra juxta austrum situs, vocatur *Bayne* in tabulis geogr. Cassini (*Carte générale de la France*, T. II), et circa eum pingitur rivulus sed sine nomine.

abstinens, nisi cum in sacramentis Christi inde prelibaret, quia nec sine vino ipsa rite complentur. Numquam eum cænantem sol ibi vidit. Cilicio indutus, humoque ad satisfaciendam naturam somni recubans, vix hora tantum ibi
5 quiescens, xv annos tantum cruciatum martyrii ducens, solus ab hominibus remotus mansit.

Quantis vel qualibus per idem tempus miraculis effloruerit, enumerare perlongum est. Nam, dum quodam tempore Galliarum provintia sex mensibus siccitate continua tabesce-
10 ret, gravissimaque pestilentia aer corrumperetur ac siccitate nimia [1] terra sterilis pene fatisceret, quidam cæcus per visionem ab angelo Domini monitus ut ad virum Dei festinus pergeret ab eoque mox lumen recipere deberet ac populo diceret imperatum ut hominem Dei suppliciter expo-
15 scerent quatinus ejus præcibus Dominus terræ misereretur, quia nisi isdem vir Dei optineret, nequaquam tempore illo pluvia ipsis daretur, cæcus evigilans totum sicut fuerat ab angelo præmonitus festine complevit. Perrexitque ad hominem Dei, orationi repperit eum intentum. Et cum ei indicas-
20 set quae ab angelo acceperat, ille primum indignum se esse per quem Dominus talia faceret proclamans, deinde persistente cæco pedesque ejus tenente in oratione se totum prosternens ac sic manus suas super oculos cæci posuit, ilicoque lumen quod numquam habuerat cæcus assequitur.
25 Et gratias Deo agens quod tantam calamitatem effugerit, causam suae visionis populo exponit, monuitque ut ad hominem Dei pergerent, quia illius orationibus omnipotens Deus terræ repropitiaretur. Cumque universus populus de quibuscumque regionibus cellam ipsius beneficia expostu-
30 lans ambiret, vir Dei intellegens ex Deo tantam misericordiam se consecuturum, optulit sacrificium, et ecce subito tanta inundatio pluviæ facta est, ut flumina exsiccata extra ripas suas intumescerent terrasque aquis suis operirent, totaque terra harida humore salubri inficeretur. Populus hoc
35 viso Deum vocibus ac corde laudare ac sanctum Dei venerari

[1] *in marg. ab eadem manu.*

ut Dei cultorem coepit. Illum esse cujus meritis cælum diu clausum Dominus reserasset.

Sed et illud omnino pretereundum non est quod sancto die Paschæ, dum ex more sacrificium Deo omnipotenti offerret, quidam sacerdos, Maximus nomine, qui ad eum 5 visendi gratia venerat, per fenestram intrinsecus aspiciens, vidit angelum Dei super altare stantem et ipso beato Hostiano hostiam benedicente eundem angelum Dei pariter benedicere; quod isdem Maximus postea multis cum stupore et admiratione nimia retulit. 10

Clarus itaque miraculis, plenus sanctitate [1] consummatus senio, II Kl. Julii placitam Deo animam reddidit. Cumque adhuc beatum corpus ejus feretro superpositum ad sepulturam pararetur, quidam cæcus tactu feretri lumen optinere meruit. Iterum alii duo ad sepulchrum ipsius pervigilantes 15 cæcitatem suam diutinam se evasisse lætati sunt. Multa sunt quæ tunc Dominus per servum suum ibi operatus est et qui cotidie ad laudem nominis sui operatur; quae universa si quis comprehendere stilo voluerit, maximum volumen excrevisse mirabitur. 20

[1] *ita corr., prius* sanitate.

ACTA GRÆCA

S. THEODORI DUCIS

MARTYRIS

NUNC PRIMUM EDITA.

De sancto Theodoro Duce egerunt prædecessores nostri ad diem 7 Februarii (1). Præclari martyris Acta conscripta ab Augaro, Theodori notario, qui martyrio præsens rebus gestis interfuit, ediderunt latinitate donata a Gentiano Herveto. Quorum Actorum textum græcum e codice Leidensi (2) hic edimus, ab exemplari Herveti nihil fere discrepantem, si pauca excipias, quibus hinc inde Leidensis codex præ Hervetano abundat. Quæ tamen parvi aut nullius momenti sunt ac versionem latinam cum textu nostro conferentibus illico patebunt. Quare haud operæ pretium duximus legentis animum supervacua annotatione morari. Quod vero prædecessores nostri putaverunt, hæc Acta compendium esse Metaphrasticum latiorum actorum ab Augaro conscriptorum, nihil occurrit quo confirmemus.

Μαρτύριον τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Θεοδώρου τοῦ στρατηλάτου.

1. Ὥσπερ φαίνει ὁ ἥλιος τοῖς ὁρῶσιν, οὕτως ὁ περὶ τῶν μαρτύρων λόγος τοῖς ἀκούουσιν. Ὥσπερ δὲ ὁ οὐρανὸς τοῖς ἄστροις κεκόσμηται,
5 οὕτω καὶ αἱ ἐκκλησίαι τοῦ Θεοῦ τοὺς μάρτυρας κατέχουσαι· ὥσπερ γὰρ ἄνθη ἐν τῷ πεδίῳ, οὕτω καὶ οἱ μάρτυρες ἐν ταῖς ἐκκλησίαις. Μνήμη μαρτύρων ὀφλημάτων ἄφεσις· μνήμη μαρτύρων δαιμονιζομένων ἀνάκλησις· μνήμη μαρτύρων ζωὴ καὶ ὑγεία τοῖς φιλομάρτυσιν. Μεγάλοι τῶν μαρτύρων οἱ ἀγῶνες· λαμπροὶ τῶν ἁγίων οἱ στέφανοι· παρέδωκαν
10 γὰρ ταῖς μάστιξι τὰ σώματα αὐτῶν καὶ πάντα τὰ τοῦ κόσμου ἡδέα ἡγήσαντο σκύβαλα, ἵνα Χριστὸν μὴ ἀρνήσωνται· διὰ τοῦτο καὶ ὁ Κύριος ἀντημείψατο [1] αὐτοὺς τὴν μετὰ τῶν ἀσωμάτων διαγωγήν.

[1] *cod.* ἀντιμείψατο.

(1) *Act. SS.*, t. II Feb., p. 23 sqq. Cfr. ibid., p. 890 sqq. — (2) Perizoniano fol. n. 10 bibliothecæ Academiæ Lugduno-Batavæ, sec. XI, de quo jam sæpe in *Analectis* nostris diximus.

2. Νομίσας γὰρ ὁ ἐξ ἀρχῆς ἐχθρὸς τοῦ γένους ἡμῶν καταπολεμεῖν αὐτούς, μᾶλλον οἰκήτορας τοῦ παραδείσου εἰργάσατο· οὐκ ἐπαύσατο γὰρ θῆρας [1] ἀγρίους κινῶν κατὰ τῶν εὐσεβούντων τῇ πίστει· καίτοιγε ἀεὶ ἡττώμενος παρ' αὐτῶν. Ὡς καὶ ἐφ' ἡμῶν [2] ἤγειρε τὸν ἄγριον θῆρα κατὰ τῆς τοῦ Χριστοῦ ἀγέλης· Λικίνιον λέγω, τὸν γαμβρὸν Κωνσταντίνου τοῦ εὐσεβοῦς βασιλέως. Δεξάμενος γὰρ τὰ σκῆπτρα παρὰ Μαξιμιανοῦ τοῦ δυσσεβοῦς, μιμούμενος αὐτοῦ τὴν πρᾶξιν [3] καὶ τὴν γνώμην, εὐθέως διωγμὸν ἄσπονδον ἤγειρε κατὰ τῶν διαπρεπόντων πρὸς τὴν εὐσέβειαν· καὶ ἀπέστειλε διατάγματα κατὰ πᾶσαν πόλιν καὶ χώραν [4]· οὐ μήν, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς στρατιωτικοῖς καταλόγοις· ὃς ἀνεῖλε τοῖς ἀθέοις αὐτοῦ προστάγμασι τοὺς τεσσαράκοντα στρατιώτας ἐν Σεβαστείᾳ· ὁμοίως καὶ τοὺς ἑβδομήκοντα κεντυρίωνας καὶ τοὺς τριακοσίους ἐν Μακεδονίᾳ. Ἰδὼν δὲ ὁ παμμίαρος ὅτι πολὺ πλῆθος καὶ ἄπειρον καταφρονοῦσιν αὐτοῦ τῶν ἀθέων προσταγμάτων καὶ ἐκδιδόασιν ἑαυτοὺς εἰς θάνατον διὰ τὴν πρὸς Θεὸν εὐσέβειαν, ἐβουλεύσατο μᾶλλον τοὺς ἐπισημοτέρους καὶ ἐξέχοντας ἐν τοῖς στρατεύμασι καὶ ἐν ταῖς πόλεσι συλλαμβάνεσθαι, καὶ τούτους καταναγκάζειν προσφέρειν τοῖς εἰδώλοις τὰς λατρείας· οἰόμενος ὁ ματαιόφρων φόβῳ τῷ πρὸς αὐτοὺς πείθειν πᾶν τὸ ὑπήκοον.

3. Καὶ δὴ ἐπιζητουμένων πανταχοῦ τῶν ἐνδοξοτέρων ἐν τοῖς βιωτικοῖς πράγμασι καὶ περὶ πολλοῦ ποιουμένων τὴν σπουδήν, ἐμηνύθη αὐτῷ περί τινος ἀνδρὸς τοὔνομα [5] Θεοδώρου, πάνυ εὐμόρφου τῇ ὄψει καὶ πανσόφου τῇ λέξει· ὅστις γέγονε συνήγορος βασιλικὸς σχολαστικός· βρυορήτωρ δὲ οὗτος προσηγορεύετο· νέος μὲν τῇ ἡλικίᾳ, παλαιὸς δὲ περὶ τὴν φιλόθεον αὐτοῦ πρᾶξιν· ὅστις καὶ τὸν δράκοντα ἀπέκτεινεν ἐν Εὐχαΐτοις. Ἐκεῖ γὰρ ἦν τὸ δεινὸν θηρίον ὁ δράκων, καὶ οὐδεὶς ἴσχυεν ἀντιστῆναι αὐτῷ· ὅταν γὰρ ἐσαλεύετο τοῦ ἐξελθεῖν, ἔτρεμεν ἡ γῆ ἐπὶ τῇ κινήσει αὐτοῦ· ὅτε οὖν ἐξήρχετο, εἴτε κτῆνος εἴτε ἄνθρωπος ὑπηντήθη αὐτῷ, βρώσει ἐτελειοῦτο ὑπ' αὐτοῦ. Περὶ τούτου οὖν ἀκούσας ὁ γενναῖος τοῦ Χριστοῦ ἀγωνιστὴς Θεόδωρος, μὴ ποιήσας θόρυβον ἐν τῷ στρατοπέδῳ αὐτοῦ, μόνος ἐπορεύθη, τῇ σοφίᾳ αὐτοῦ βαστάζων τὸν τίμιον σταυρὸν καὶ τὰ ὅπλα τῆς συμμαχίας αὐτοῦ, λέγων· Ἐλευθερώσω τὸ πατρικόν μου κτῆμα ἐκ τοῦ δεινοῦ θηρίου τούτου τοῦ δράκοντος.

4. Παραγενόμενος δὲ ἐν τῷ τόπῳ καὶ ἰδὼν χλόην χόρτου, ἔθηκεν ἑαυτὸν καὶ ἀφύπνωσεν, μὴ ἐπιστάμενος ἀκριβῶς ὅτι ἐκεῖ ἦν παραμένων

[1] *cod.* θήρας. — [2] *cod.* ἐπι ἡμῶν. ***Rationis qua exaratus est codex unde hæc edimus, specimen habes in singulis fasciculis t. I*** **Analect.** ***nostr.*** — ***Cfr. annotata ad Acta S. Agathonici, supra, p. 100.*** — [3] *cod.* πρᾶξιν. — [4] *cod.* χῶραν. — [5] ***cod.*** **τούνομα.**

ὁ δράκων. Ἦν δὲ ἐν τῷ κατὰ βορρᾶν [1] μέρει τῶν Εὐχαϊτῶν γυνή τις θεοσεβὴς καὶ φοβουμένη τὸν Θεόν, ὀνόματι Εὐσεβία· αὕτη [2] ἰδοῦσα τὸν ἀγωνιστὴν τοῦ Χριστοῦ Θεόδωρον ὕπνῳ καθεύδοντα, μετὰ φόβου πολλοῦ ἀπελθοῦσα πρὸς αὐτὸν καὶ κρατήσασα αὐτὸν τῆς χειρός, ἤγειρεν αὐτόν,
5 λέγουσα· Ἀνάστηθι, ἀδελφέ μου, καὶ πορεύθητι ἐκ τοῦ τόπου τούτου ἐν τάχει· οὐ γὰρ ἐπίστασαι, ὡς ὁρῶ, τὸν ὄντα φόβον ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ· μέγας γὰρ φόβος ὑπάρχει ἐνταῦθα· ἀλλ' ἀναστὰς πορεύθητι ἐν τάχει τὴν ὁδόν σου. Ὁ δὲ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς Θεόδωρος ἀναστάς, εἶπεν πρὸς αὐτήν· Τί γάρ ἐστιν ὁ φόβος καὶ ὁ τρόμος ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ, μῆτερ [3];
10 Ἡ δὲ δούλη τοῦ Θεοῦ Εὐσεβία λέγει πρὸς αὐτόν· Τέκνον, ἔστιν ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ δράκων παμμεγέθης· διὰ τοῦτο οὐδεὶς δύναται διοδεῦσαι ἔνθεν· καθ' ἑκάστην γὰρ ἡμέραν ἐξερχόμενος, εἴτε ἄνθρωπος εἴτε κτῆνος εὑρεθῇ ἔμπροσθεν αὐτοῦ, ἀναιρεῖται ὑπ' αὐτοῦ. Ὁ δὲ ἀγωνιστὴς τοῦ Χριστοῦ Θεόδωρος λέγει τῇ γυναικί· Πορεύου καὶ στῆθι ἀπὸ μακρόθεν τοῦ τόπου,
15 καὶ ὄψει τὴν δύναμιν τοῦ Χριστοῦ μου. Ἡ δὲ ὑποχωρήσασα τοῦ τόπου ἔρριψεν ἑαυτὴν ἐπὶ πρόσωπον εἰς τὴν γῆν, κλαίουσα καὶ λέγουσα· Βοήθει αὐτῷ, ὁ Θεὸς τῶν χριστιανῶν.

5. Ὁ δὲ ἅγιος τοῦ Χριστοῦ Θεόδωρος ποιήσας τὴν ἐν Χριστῷ σφραγῖδα [4] καὶ τύψας τὸ στῆθος καὶ ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανόν, εἶπεν· Ἰησοῦ
20 Χριστέ, τὸ καλὸν ὄνομα ὁ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς ἐκλάμψας, μὴ βραδύνῃς τὸ αἴτημα ποιῆσαι ὃ αἰτοῦμαι παρὰ σοῦ· ὁ ἐν τοῖς πολέμοις παριστάμενός μοι καὶ διδούς μοι νίκην κατὰ τῶν ὑπεναντίων· καὶ νῦν ὁ αὐτὸς εἶ, δέσποτα Χριστὲ ὁ Θεός· ἀπόστειλόν μοι νίκην, ἵνα νικήσω τὸν πολέμιον διάβολον. Τότε ὡς ἀνθρώπῳ διαλεγόμενος τῷ ἑαυτοῦ ἵππῳ, ἔφη·
25 Οἶδα μὲν ὅτι ἐν πᾶσιν εὐδοκεῖ ὁ Θεός, καὶ ἐν ἀνθρώποις καὶ ἐν κτήνεσιν· ὥστε οὖν συναγωνίζου μοι, τοῦ Χριστοῦ ἐνδυναμοῦντός σε, ἵνα νικήσω τὸν ὑπεναντίον ἐχθρόν. Ἀκούσας δὲ ὁ ἵππος τοὺς λόγους τοῦ ἰδίου δεσπότου, ἵστατο ἐκδεχόμενος τὴν τοῦ δράκοντος κίνησιν.

6. Τότε λέγει ὁ μάρτυς τοῦ Χριστοῦ πρὸς τὸν δράκοντα· Σοὶ λέγω
30 καὶ ἐπιτάσσω ἐν ὀνόματι τοῦ Κυρίου μου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ σταυρωθέντος ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου διὰ τὸ γενος τῶν ἀνθρώπων καὶ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ· ἔξελθε ἐκ τοῦ τόπου σου καὶ ἐλθὲ πρός με. Ἀκούσας οὖν ὁ δράκων τοῦ ἀγωνιστοῦ τοῦ Χριστοῦ, ἐκίνησεν ἑαυτόν· καὶ ἦν ἰδεῖν πρᾶγμα [5] ὡς λίαν φοβερόν· αἱ πέτραι γὰρ τοῦ τόπου ἐκείνου συνετρίβοντο, καὶ ἡ γῆ
35 ἐτρόμασεν. Ὁ δὲ ἅγιος ἐπέβη ἐπὶ τὸν ἑαυτοῦ ἵππον [6], καὶ λακτίσας ἔστη

[1] *cod.* καταβορρὰν. — [2] *cod.* αὔτη. — [3] *cod.* μήτερ. — [4] *cod.* σφραγίδα. — [5] *cod.* πράγμα. — [6] *cod.* ἵπον *et mox* ἵπος, *quamquam paulo supra bis* ἵπ.

ὁ ἵππος ἐπάνω τοῦ δράκοντος τοῖς τέσσαρσιν αὐτοῦ ποσίν. Τότε ὁ τοῦ Χριστοῦ ἀγωνιστὴς Θεόδωρος τὴν ἑαυτοῦ ῥομφαίαν πήξας ἐπάταξε τὸν δράκοντα, καὶ εἶπεν· Εὐχαριστῶ σοι, Κύριε Ἰησοῦ Χριστέ, ὅτι ἐπήκουσάς μου ἐν τῇ ὥρᾳ ταύτῃ, ἵνα νικήσω τὸν ὑπεναντίον ἐχθρόν. Καὶ ἐπορεύετο τὴν ὁδὸν αὐτοῦ χαίρων καὶ αἰνῶν τὸν Θεὸν ἐν εἰρήνῃ. Πολλοὶ δὲ τῶν 5 ἑλλήνων τῶν ἐκεῖ ὄντων στρατιωτῶν, ἀκούσαντες ὃ ἐποίησε θαῦμα ὁ ἅγιος Θεόδωρος, ἐπίστευσαν ἐπὶ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, λέγοντες· Ὄντως μέγας ἐστὶν ὁ Θεὸς τῶν χριστιανῶν· καὶ ἐβαπτίσθησαν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· καὶ ἐγένοντο πάντες μία ποίμνη Χριστοῦ· καὶ ἐδόξαζον τὸν Θεὸν τοῦ ἁγίου καὶ καλλι- 10 νίκου μάρτυρος Θεοδώρου.

7. Τότε ἀκούσας περὶ αὐτοῦ ὁ ἀλιτήριος Λικίνιος ἀποστέλλει πρὸς αὐτὸν ἀπὸ τῆς Νικομηδείας ἐπὶ τὴν Ἡράκλειαν, ἐγγὺς ὄντος τοῦ Εὐξείνου πόντου· ἐκεῖσε γὰρ διέτριβεν τῷ χρονῷ ἐκείνῳ ὁ μακάριος Θεόδωρος. Ἀποστέλλει οὖν προτίκτωρας σὺν δορυφόροις [1] συλλαβέσθαι αὐτὸν μετὰ 15 πάσης τιμῆς. Οἱ δὲ παραγενόμενοι ἐπὶ τὴν Ἡράκλειαν, κατήπειγον συνεχῶς τὸν ἅγιον πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, λέγοντες πρὸς αὐτόν· Δεῦρο πρὸς τὸν ποθοῦντά σε βασιλέα· πάνυ γὰρ τὴν αὐγηράν σου μορφὴν ἐνοπτρίζεται [2] κατιδεῖν. Ὁ δὲ μακάριος Θεόδωρος πειθανοῖς ῥήμασιν ἐνέπαιζεν αὐτοῖς· ἅμα [3] δὲ καὶ δωροληψίαν ποιησάμενος, ἐδεξιοῦτο αὐτοὺς μεγαλοψύχως· 20 παρακατέσχε δὲ αὐτοὺς ἡμέρας τρεῖς. Τῶν δὲ διενοχλούντων ἔχεσθαι τῆς ὁδοῦ, αὐτὸς κατασχὼν ἐξ αὐτῶν ὀλίγους, τοὺς λοιποὺς ἐξαπέστειλε πρὸς Λικίνιον, χαράξας πρὸς αὐτὸν ἐπιστολὴν, ὥστε αὐτὸν ἐκεῖνον σκυλέντα ἐλθεῖν πρὸς αὐτὸν μετὰ καὶ τῶν ἐπισημοτέρων αὐτοῦ θεῶν· ὅπως ἐπὶ σοῦ θύσω τοῖς θεοῖς. Οἱ δὲ ἀναστρέψαντες πρὸς τὸν βασιλέα καὶ ἀποδώσαντες [4] 25 τὴν ἐπιστολὴν, ἐξηγησάμενοί τε τὴν ἀρετὴν καὶ σύνεσιν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸ μεγαλόψυχον τοῦ ἀνδρὸς, καὶ ὅτι πρέπον ἡμᾶς ἐστι σκυλῆναι πρὸς αὐτόν· τούτου γὰρ γινομένου, παμπληθεὶ [5] οἱ τὸν τόπον οἰκοῦντες προσκυνήσουσι τοὺς θεοὺς τοῦ βασιλέως· ὑπαχθεὶς [6] οὖν ὁ Λικίνιος τοῖς λόγοις αὐτῶν, συναγαγὼν πλῆθος ἐμπόλιόν τε καὶ περιπόλιον, ἐν ὀκτὼ [7] 30 χιλιάσιν, ἀνέζευξαν πρὸς τὴν Ἡράκλειαν ἐν χαρμονῇ μεγάλῃ.

8. Ἐν αὐτῇ δὲ τῇ νυκτὶ ὁρᾷ κατ' ὄναρ ὁ ἅγιος ὅτι ἐπήρθη τὸ στέγος ἔνθα κατέμενε· καὶ βολίδες πυρὸς ἐφέροντο οὐρανόθεν πρὸς αὐτόν· καὶ

[1] *cod.* δωρυφόροις. — [2] *cfr.* ἐνοπτριζόμενος *in selectis ex Theodoro Prodromo* (Recueil des historiens des Croisades publié par les soins de l'Acad. des Inscriptions et Belles-Lettres, 1881, Historiens grecs, *II, p. 771, l. 1*). — [3] *cod.* ἅμα. — [4] *sic.* — [5] *cod.* πανπληθεῖ. — [6] *cod.* ὑπαχθεῖς. — [7] *cod.* ὀκτῶ.

φωνὴ Κυρίου λέγουσα αὐτῷ· Θάρσει, Θεόδωρε, μετὰ σοῦ γάρ εἰμι. Διεγερθεὶς δὲ ὁ μακάριος καὶ συγκρίνας τὸ ὄναρ, ἐλογίσατο παρὰ Κυρίου εἶναι τὴν μαρτυρίαν, καὶ ηὐφράνθη ἀγαλλιώμενος· μαθὼν δὲ ἤδη φθάσαντα τὸν Λικίνιον, εἰσελθὼν εἰς τὸ ἐνδότατον αὐτοῦ ταμιεῖον, ἔκλαυσε
5 οὐ μετρίως, λέγων· Συνόδευσόν μοι, Κύριε, εἰς τὸν ἕνεκά σου [1] τοῦ σταδίου δρόμον.

9. Καὶ δὴ πάλιν μαθὼν ἐγγίζοντα τὸν Λικίνιον, ἀναστὰς καὶ νιψάμενος τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ τὴν ὄρασιν ἀγαθύνας, καὶ περιβαλλόμενος χιτῶνας ὑφαντοὺς διαβύσσους [2] ὥσπερ φλόγα πυρός, καὶ καθεσθεὶς ἐφ'
10 ἵππου σαρδάνου λαμπροτάτου, ὑπηντήθη τῷ Λικινίῳ καὶ [3] τὴν δέουσαν προσηγορίαν ἀπενείματο τῷ βασιλεῖ, λέγων· Χαίροις, κύριε, θειότατε αὐτοκράτορ [4]. Ὁ δὲ βασιλεὺς κατεφίλει τὸν νέον, λέγων· Δεῦρο, φησί, ἡλιόμορφε, θεσμοσυλλήπτορ, στεφόκομε, αὐτοφυές σου τὸ διάδημα· δεῖ γάρ σε μετ' ἐμὲ βασιλέα καθιστάναι [5]. Εἰσελθόντος οὖν αὐτοῦ εἰς τὴν
15 Ἡράκλειαν, βήματος αὐτῷ εὐτρεπισθέντος ὑψηλοῦ [6] ἐν τῷ σιγνωστασίῳ μέσον τῆς πόλεως, ἀναβὰς καὶ καθεσθείς, τῶν ὄχλων παρισταμένων, ἐδημηγόρησε λέγων· Ἀληθῶς περίφημος ἡ πόλις αὕτη· καὶ παρ' ἐμοῦ δεχομένη χαρίσματα, διὸ [7] καὶ ἀγάλλεται. Ὅμως καὶ σύ, φίλε Θεόδωρε, δεῖξον τὴν ἡμέραν ἐν ᾗ προσφέρεις τοῖς μεγίστοις θεοῖς τὴν θυσίαν.
20 Ὁ δὲ μακάριος Θεόδωρος εἶπε πρὸς αὐτόν· Κόμισόν μοι, βασιλεῦ, τοὺς ἐπισημοτέρους σου θεούς, ὅπως εἰς τὸ ἐμαυτοῦ ταμεῖον ἀναδραμεῖν αὐτοὺς ποιησάμενος καὶ τούτους θυμιάσας καὶ μυρίσας, πάλιν ἀναγάγω αὐτοὺς καὶ ἐπὶ σοῦ, βασιλεῦ, θύσω αὐτοῖς. Ταῦτα ἀκούσας ὁ βασιλεὺς Λικίνιος, μετὰ χαρᾶς μεγάλης κελεύει δοθῆναι αὐτὸν αὐτοῖς. Παραλαβὼν
25 δὲ ὁ μακάριος Θεόδωρος τοὺς τοῦ Λικινίου θεούς, τοὺς διὰ χρυσίου καὶ ἀργυρίου κατεσκευασμένους, εἰς τὸ ἑαυτοῦ ταμεῖον, περὶ τὸ μεσονύκτιον κατακλάσας καὶ συντρίψας αὐτούς, διέδωκε πένησι καὶ πτωχοῖς.

10. Ἡμέρων οὖν δύο διελθουσῶν, προσκαλεσάμενος ὁ Λικίνιος τὸν μάρτυρα, λέγει αὐτῷ· Ὡς εὐγενὴς καὶ ἔνδοξος καὶ τιμηθεὶς ὑπὸ τῶν
30 πρὸ ἡμῶν βασιλέων, δεῖξον τὸ πρόθυμόν σου εἰς τοὺς θεούς· καὶ ἐπὶ πάντων θῦσον αὐτοῖς, ἵνα καὶ οἱ λοιποί, ὁρῶντές [8] σε τοῦτο πράττοντα, προθυμότεροι γένωνται. Μαξέντιος κεντυρίων παρεστηκὼς εἶπε τῷ βασιλεῖ· Μὰ τοὺς θεούς, βασιλεῦ, τὸ θεῖόν σου κράτος πέπαικται παρ' αὐτοῦ· τεθέαμαι γὰρ ἐγὼ τῇ προβεβηκυίᾳ [9] νυκτὶ τὴν κεφαλὴν τῆς

[1] *cod.* ἕνεκα σοῦ. — [2] *cod.* διαβύσους. — [3] *cod. add.* φησι, *inde nato errore, ut videtur, quod eadem vox paulo post sequitur.* — [4] *cod.* αὐτοκράτωρ, *quamquam paulo inferius* θεσμοσυλλήπτορ. — [5] *cod.* καθιστᾶναι. — [6] *cod.* ὑψιλοῦ. — [7] *cod.* διδ. — [8] *cod.* ὁρῶντες σε. — [9] *cod.* προβεβηκυῖᾳ.

μεγάλης θεᾶς Ἀρτέμιδός τινι [1] προσαίτῃ λαχοῦσαν καὶ βαδίζοντι καὶ χαίροντι. Ταῦτα ἀκούσας ὁ Λικίνιος ἐνεὸς γενόμενος ἔμεινεν ἀχανής. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ μακάριος Θεόδωρος, εἶπε· Μὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ μου δύναμιν, οὕτως ἐστὶν καθὼς Μαξέντιος λέγει. Καλῶς δὲ πέπραχα, βασιλεῦ. Εἰ οὖν οἱ θεοί σου ἑαυτοῖς οὐ δύνανται βοηθῆσαι, πῶς ὑμῖν δυνήσονται 5 βοηθῆσαι ; Τότε ὁ Λικίνιος ἀλλοιώσας τὸ πρόσωπον αὐτοῦ καὶ τὰς χεῖρας συμπλέξας τοῖς γόνασι, ἀπωδύρετο τοῖς ἑαυτοῦ θεοῖς, λέγων· Οἴμοι, οἴμοι, βασιλέα κράτιστον παραγενόμενον πρὸς τὸν λυμεῶνα τοῦτον καὶ ὄχλον τοσοῦτον συναθροίσαντα, καὶ ἐπίχαρμα γενόμενον πάσαις ταῖς τῶν πολεμίων φάλαγξι· ἔτι δὲ καὶ τοὺς καλλινίκους μου θεοὺς κατακλάσας 10 διέδωκε πτωχοῖς. Λέγει οὖν αὐτῷ ὁ μακάριος Θεόδωρος· Βρυχάζῃ, βασιλεῦ, ἀλλ' ἐγὼ βριμῶμαι· ῥογχάζεις, ἀλλ' ἐγὼ σκιρτῶ· σὺ θεομαχεῖς, ἀλλ' ἐγὼ θεολογῶ· σὺ λατρεύεις θεοῖς νεκροῖς, ἀλλ' ἐγὼ τῷ ζῶντι Θεῷ· σὺ τὸν Σέραπιν, ἀλλ' ἐγὼ τὸν ἐπὶ τῶν Σεραφίμ· σὺ τὸν Ἀπόλλωνα, ἀλλ' ἐγὼ τὸν ἀεὶ σώζοντα· σὺ θρᾷξ [2] ἄνθραξ, ἐγὼ δὲ ῥωμαῖος κορυφαῖος· σὺ 15 Λικίνιος λικμήτωρ, ἐγὼ δὲ Θεόδωρος δῶρον Θεοῦ· ὥστε, βασιλεῦ, μὴ ἄχθου, μὴ λάκτιζε· ταῦτα γὰρ ποιῶν τὰς ἑαυτοῦ δεικνύεις τιμωρίας, καὶ ὄνου καὶ ἡμιόνου τύπον ἐπέχεις.

11. Τότε θυμοῦ πλησθεὶς καὶ ὀργῆς ὁ Λικίνιος, ἐκέλευσεν ἀποδυθῆναι τὸν μάρτυρα καὶ ἐκταθῆναι αὐτὸν ἐκ τεσσάρων, καὶ δοθῆναι αὐτῷ 20 βούνευρα ἑξακόσια [3] ἐπὶ τὸν νῶτον καὶ πεντακόσια ἐπὶ τὴν κοιλίαν, καὶ μετὰ ταῦτα κελεύει σφύραις μολιβδίναις τὸν τένοντα [4] αὐτοῦ τύπτεσθαι ἀνηλεῶς· εἶθ' οὕτως ὄνυξι σιδηροῖς ἀποξέειν τὰς σάρκας αὐτοῦ καὶ λαμπάδας πυρὸς ὑποκαίεσθαι τὰ ἕλκη [5] τῶν τραυμάτων αὐτοῦ, καὶ ὀστράκοις ὀξέσιν ἀνατρίβεσθαι τὰ πεπηγότα αἵματα. Μετὰ δὲ ταῦτα πάντα κελεύει 25 αὐτὸν ἀσφαλισθῆναι ἐν φρουρᾷ καὶ τοὺς πόδας αὐτοῦ εἰς κεντήματα βληθῆναι, καὶ οὕτως αὐτὸν μεῖναι ἐπὶ ἡμέρας πέντε, μηδενὸς γευσάμενον. Μετὰ δὲ τὰς πέντε ἡμέρας προσέταξε γενέσθαι σταυρὸν εἰς τὴν βασιλικὴν καὶ ἀχθῆναι τὸν ἅγιον καὶ προσηλωθῆναι αὐτὸν ἐν τῷ σταυρῷ. Οἱ δὲ δήμιοι ἀγαγόντες τὸν μάρτυρα, προσήλωσαν αὐτοῦ τὰς χεῖρας καὶ τοὺς 30 πόδας ἐν τῷ ξύλῳ, καὶ μίαν περόνην ἐν τοῖς κρυφίοις αὐτοῦ μέλεσιν ἕως ἄνω. Ἄλλο δὲ χεῖρον ἐπενοήθη· παῖδες γὰρ νέοι προσταχθέντες τοξεύειν κατὰ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ, σὺν ταῖς κόραις ἐξέσπων τὰ βέλη· ἄλλοι δὲ τὰ κεκρυμμένα [6] μέλη αὐτοῦ τῶν διδύμων ἐγκαρσίως ξίφεσι διέτεμνον. 35

[1] *cod.* ἀρτέμιδος τινί. — [2] *cod.* θράξ. — [3] *cod.* ἑξακόσια. — [4] *cod.* τένατα. — [5] *cod.* ἕλκη. — [6] *cod.* κεκρυμένα.

12. Ἐγὼ δὲ παρήμην ὁ ταχυγράφος Αὔγαρος, ὁρῶν τὰς κολάσεις· ἀκούων δὲ καὶ τῶν ἐγκρυφίων αὐτοῦ στεναγμῶν, ῥίψας τοὺς κωδικέλλους ἐκυλινδούμην ὀδυρόμενος πρὸς τοῖς ποσὶν αὐτοῦ. Ὁ δὲ κύριός μου Θεόδωρος καὶ τοῦ Χριστοῦ συνήγορος, μικρὰν φωνὴν ἀποδούς μοι λέγει· Αὔγαρε, 5 μὴ ἐγκαταλίπῃς τὸ ἔργον σου καὶ μὴ ἐκκόψῃς τὰς μελλούσας εἰς ἐμὲ τιμωρίας ὑποσημᾶναι· ἀλλ' ὑπόμεινον ἵνα καὶ τὴν ἄφιξίν μου γράψῃς καὶ τοὺς ἀγῶνας καὶ τὴν ἡμέραν τῆς τελειώσεώς μου. Καὶ βοῶν πρὸς Κύριον, ἔλεγε· Προεῖπάς[1] μοι, Κύριε, ὅτι Μετὰ σοῦ εἰμι, καὶ νῦν τί ἀφέστηκας ἀπ' ἐμοῦ; Ἴδε, Κύριε, ἀμώμητόν με ἔπλασας, καὶ ἄγριοι θῆρες 10 κατέτρωσάν με διὰ σέ[2]· ἐξώσθησαν κόραι τῶν ὀφθαλμῶν μου, σάρκες πυρὶ διελύθησαν, τρίχες δὲ πίπτουσι χαμαί, ὀδόντες ἀνασπῶνται, πρόσωπον πελιδνοῦται, ὀστᾶ ξηρὰ κατέχονται τῷ σταυρῷ. Μνήσθητι, Κύριε, ὅτι ἕνεκέν σου[3] σταυρὸν ὑπέμεινα· ἀλλὰ καὶ σίδηρον καὶ πῦρ καὶ ἥλους διῆλθον. Λοιπὸν ἀπόλαβέ μου τοῦ τάλανος τὸ πνεῦμα καὶ διοίκει 15 ὡς βούλει· ἐγὼ γὰρ ἔξειμι ἐκ τῆς ζωῆς μου. Καὶ ταῦτα εἰπών, οὐκέτι ἐφθέγξατο· ἦν γὰρ κατακοπὲν ὅλον τὸ σῶμα αὐτοῦ. Νομίσας δὲ ὁ Λικίνιος τεθνάναι[4] αὐτόν, ἐν τῷ ξύλῳ κρεμάμενον[5] ἔλιπε.

13. Περὶ δὲ πρώτην φυλακὴν τῆς νυκτός, ἐπιστὰς ἄγγελος Κυρίου ἔλυσεν αὐτὸν ἐκ τοῦ μαγγάνου ἐκείνου, καὶ ἀποκαταστήσας τὸ σῶμα 20 αὐτοῦ ὑγιὲς ὡς τὸ πρότερον[6], ἠσπάσατο αὐτὸν λέγων· Χαίροις καὶ ἐνδυναμοῦ ἐν τῇ χάριτι[7] τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· ἰδοὺ γὰρ μετὰ σοῦ ἐστι Κύριος ὁ Θεός· καὶ ἵνα τί εἶπας ὅτι Ἀφέστηκας ἀπ' ἐμοῦ; Τελείωσον οὖν τὸν δρόμον τῆς ἀθλήσεώς σου· καὶ ἐλεύσῃ πρὸς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, κομιζόμενος τὸν τῆς ἀθανασίας στέφανον. Καὶ 25 ταῦτα εἰπών, ἀνεχώρησεν ἀπ' αὐτοῦ ὁ ἄγγελος. Ὁ δὲ ἅγιος Θεόδωρος ὑγιὴς γενόμενος, ηὐχαρίστει τῷ ἑαυτοῦ δεσπότῃ καὶ ἤρξατο ψάλλειν, λέγων· Ὑψώσω σε, ὁ Θεός μου, ὁ βασιλεύς μου, καὶ εὐλογήσω τὸ ὄνομά σου εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ τὰ ἑξῆς.

14. Ὁ δὲ Λικίνιος μήπω τῆς ἡμέρας καταλαβούσης, ἀλλ' ἔτι σκοτίας 30 οὔσης, ἀποστέλλει Ἀντίοχον καὶ Πατρίκιον, τοὺς δύο αὐτοῦ κεντυρίωνας, ἦσαν γὰρ καὶ ὀρδινάριοι, λέγων αὐτοῖς· Ἀπελθόντες κομίσατέ μοι τὸ κακόθνητον σῶμα τοῦ πλανήτορος Θεοδώρου· ὅπως ἐν θήκῃ μολιβδίνῃ θέμενος εἰς τὴν καταποντιστικὴν ἄβυσσον[8] ῥίψω διὰ τοὺς ἀνοήτους χριστιανούς. Ἀπελθόντες οὖν οἱ κεντυρίωνες καὶ πλησιάσαντες τῷ τόπῳ,

[1] *cod.* προείπας. — [2] *cod.* διασέ *junctim, ut solet.* — [3] *cod.* ἕνεκεν σοῦ. — [4] *cod.* τεθνᾶναι. — [5] *cod.* κρεμμάμενον. — [6] *cod.* πρώτερον. — [7] *cod.* χάρητι. — [8] *secundum* σ *supra lin. eadem manu.*

τὸ μὲν ξύλον ἐθεώρουν ἱστάμενον, τὸν δὲ ζητούμενον οὐδαμοῦ· καὶ λέγει ὁ Ἀντίοχος πρὸς τὸν Πατρίκιον· Ἀληθῶς κατὰ τὴν τῶν Γαλιλαίων φωνὴν λεγόντων ὅτι ὁ Χριστὸς ἀνέστη ἐκ νεκρῶν, τάχα σήμερον καὶ τοῦτον ἀνέστησεν. Ὁ δὲ Πατρίκιος πλησιέστερον ἐλθὼν τοῦ ξύλου, θεωρεῖ τὸν μακάριον Θεόδωρον καθεζόμενον καὶ συνηγοροῦντα τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ, 5 καὶ κράξας φωνῇ μεγάλῃ, εἶπε· Μέγας ὁ Θεὸς τῶν χριστιανῶν. Καὶ προσελθόντες τῷ ἁγίῳ, εἶπον· Δεόμεθά σου καὶ ἡμεῖς, δοῦλε τοῦ Θεοῦ, χριστιανοί ἐσμεν· καὶ ἐπίστευσαν ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ αὐτοὶ καὶ ὀγδοήκοντα δύο στρατιῶται.

15. Μαθὼν δὲ ταῦτα ὁ Λικίνιος, ἀποστέλλει τὸν ἀνθύπατον Κένστον 10 καὶ τριακοσίους στρατιώτας [1] μετ' αὐτοῦ, ὥστε θανατῶσαι αὐτούς. Ἀπελθόντες οὖν καὶ ἰδόντες τὰ θαυμάσια ἃ ἐποίει ὁ ἅγιος Θεόδωρος, ἐπίστευσαν καὶ αὐτοὶ εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ συνέδραμε πλῆθος ἄπειρον ἐν τῷ τόπῳ, καὶ ἔκραζον· Εἷς [2] Θεὸς, ὁ τῶν χριστιανῶν· αὐτὸς Θεὸς μόνος καὶ οὐχ ἕτερος. Τότε γίνεται συμφωνία κραυγῆς 15 λεγόντων· Τίς οὗτος Λικίνιος λικμήτωρ; Λίθοις ἅψασθε αὐτοῦ· ἡμῶν γὰρ Θεὸς καὶ βασιλεὺς ὁ διὰ Θεοδώρου κηρυττόμενος ὑπάρχει. Καὶ γίνεται σύγχυσις μεγάλη καὶ θόρυβος καὶ αἱμάτων φορά· κατέδραμε γάρ τις ξιφηφόρος Λέανδρος τοὔνομα [3] κατὰ τοῦ ἁγίου Θεοδώρου· συναντήσας δὲ τοῦτον ὁ ἀνθύπατος καὶ ἀφαρπάσας ἀπ' αὐτοῦ τὴν ῥομφαίαν διεῖλεν [4] 20 αὐτὸν μέσον· Μερπᾶς δέ τις, Οὖνος τῷ γένει, καταδραμὼν ἐτελείωσε τὸν ἀνθύπατον.

16. Φθάσας δὲ ὁ μακάριος Θεόδωρος λόγοις ἱκανοῖς προσομιλήσας [5] τοῖς ὄχλοις, μόλις κατέπαυσε τὴν θρυλλώδη κενοφωνίαν, λέγων αὐτοῖς· Παύσασθε, φίλτατα τέκνα· ὁ δεσπότης μου γὰρ Χριστὸς γέγονε σταυρο- 25 φόρος, ἐπισχὼν ἀγγέλους πρὸς ἄμυναν γένους ἀνθρώπων, δεικνὺς ἡμῖν ἀρίστην ὁδὸν τῆς ὑψώσεως τὴν ταπείνωσιν. Παριόντος δὲ τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Θεοδώρου σὺν ὄχλῳ πολλῷ διὰ τοῦ δεσμωτηρίου, ἔκραζον οἱ ἐν τοῖς δεσμοῖς· Ἐλέησον ἡμᾶς, δοῦλε τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου. Ὁ δὲ λόγῳ μόνῳ λύσας αὐτῶν τὰ δεσμὰ, λέγει αὐτοῖς· Πορεύεσθε [6] ἐν 30 εἰρήνῃ καὶ μνημονεύετέ μου, ἄνδρες. Πολὺ δὲ πλῆθος ἐπίστευσαν ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐκ τῶν εἰδωλολατρῶν· πολλοὶ δὲ καὶ τῶν ἐχόντων χρονίας νόσους καὶ ἐνοχλούμενοι ὑπὸ πνευμάτων ἀκαθάρτων ἐθεραπεύθησαν ἀφῇ [7] χειρὸς αὐτοῦ καὶ χρωτὸς ἱματίων αὐτοῦ. 35

[1] *cod.* στρατιῶτας. — [2] *cod.* εἷς. — [3] *cod.* τούνομα. — [4] *cod.* διεῖλεν. — [5] *cod.* ἱκανοῖς πρόσομηλήσας. — [6] *cod.* πορεύεσθαι. — [7] *cod.* ἀφῆ.

17. Ἀνήγγειλαν δὲ τῷ Λικινίῳ ὅτι πᾶν τὸ πλῆθος καταλιπὸν [1] τοὺς θεοὺς τῷ Χριστῷ ἐπίστευσαν διὰ τοῦ Θεοδώρου· καὶ θυμοῦ πολλοῦ καὶ ὀργῆς πλησθείς, ἀποστείλας [2] σπεκουλάτορα ἐκέλευσεν ἀποτμηθῆναι αὐτοῦ τὴν κεφαλήν. Ἰδόντα δὲ τὰ πλήθη, ἤρξαντο στασιάζειν κατὰ τοῦ Λικινίου·
5 ὁ δὲ μακάριος Θεόδωρος λόγῳ πολλῷ καὶ νουθεσίᾳ παρεκάλει αὐτούς, λέγων· Ἀδελφοί, μὴ χαλεπαίνετε [3] πρὸς Λικίνιον· ὑπηρέτης γάρ ἐστι τοῦ πατρὸς αὐτοῦ τοῦ διαβόλου· κἀμὲ [4] δεῖ λοιπὸν πρὸς τὸν Κύριόν μου πορεύεσθαι. Καὶ εὐξάμενος ἐπὶ πολύ, ἐπευξάμενος δὲ καὶ τοῖς ἀδελφοῖς, καὶ καταπαύσας τὴν εὐχήν, ἐσφράγισεν ὅλον τὸ [5] σῶμα αὐτοῦ, καὶ λέγει
10 πρὸς Αὔγαρον· Μὴ ἀμελήσῃς τοῦ συντάξαι [6] μου τὴν ἡμέραν τῆς τελειώσεως· τὸ δὲ λείψανόν μου ἀπόθου ἐν Εὐχαΐτοις [7], ἐν τῷ προγονικῷ μου κτήματι· ἐν δὲ τῇ τελειώσει σου εὐώνυμά [8] μου κοιμήθητι. Καὶ πάλιν εὐξάμενος ἐπὶ πολύ, καὶ πληρώσας αὐτοῦ τὴν εὐχὴν καὶ εἰπὼν τὸ ἀμήν, καὶ ἀσπασάμενος τοὺς ἀδελφοὺς πάντας, ἐξέτεινε τὸν τίμιον αὐτοῦ αὐχένα,
15 καὶ οὕτως ἐτελειώθη τῷ ξίφει, μηνὶ φεβρουαρίῳ [9] ζ', ἡμέρᾳ σαββάτῳ, τῇ πρώτῃ ἑβδομάδι τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς.

18. Λαβόντες δὲ τὸ ἅγιον αὐτοῦ λείψανον, μετὰ κηρῶν καὶ θυμιαμάτων παμπληθεὶ [10] ἀπήνεγκαν ἀφ' Ἡρακλείας [11] εἰς τὴν Εὐχάϊτα· κἀκεῖ [12] αὐτὸ κατέθεντο, μηνὶ ἰουνίῳ η'· ἔνθα καὶ νῦν ἐκ τῆς ὑπ' οὐρανὸν τὸ γένος τῶν
20 ἀνθρώπων συναθροίζεται· πολλὰ γὰρ θαύματα καὶ ἰάσεις ποιεῖ ὁ Κύριος διὰ τοῦ ἁγίου σώματος τοῦ καλλινίκου μάρτυρος Θεοδώρου, εἰς δόξαν καὶ εὐχαριστίαν τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ δόξα, κράτος, τιμὴ καὶ προσκύνησις σὺν τῷ παναγίῳ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[1] *cod.* καταλιπών. — [2] *cod.* ἀποστεῖλας. — [3] *cod.* χαλεπαίνεται. — [4] *cod.* καμὲ. — [5] *cod.* τῶ. — [6] *cod.* συνταξαί. — [7] *in hac voce hic et paulo inferius manus recens deleta littera* τ *scripsit litteram* ν. — [8] *cod.* εὐώνυμα μου. — [9] *cod.* φευρουαρίω. — [10] *cod.* παμπληθεῖ. — [11] *cod.* ἀπὸ ἡρακλείας. — [12] *cod.* κακεῖ.

TRANSLATIO
SS. EUSEBII ET PONTIANI
IN GALLIAM.

Multum hæsit olim Joannes Stiltingus noster quidnam de translatione SS. Eusebii et Pontiani in Gallias judicaret, quove tempore Roma allata sint et quo loco reposita, quum et narratione translationis alicui Actorum martyrii exemplari subjuncta nihil fidendum videret et cetera de hac re testimonia sibi invicem contradicentia cerneret (1). Controversiam facile diluisset relatio quam jam proferimus ex codice illo Bruxellensi seculi X unde supra Vitam S. Ostiani edidimus ; quippe quæ et scriptorem totius rei testem manifestet et plane concordet cum documentis ad fundationem monasteriorum Pultariensis et Vizeliacensis (2) spectantibus et cum testimonio Chronici Autissiodorensis a Stiltingo citati. *Anno DCCCLXV* (ita Chronicon) *corpora sanctorum martyrum Eusebii et Pontiani comes Girardus de Rossilione largitione papæ Nicolai ab urbe Roma in Gallias transtulit, et B. Eusebium Pulteriaci, Pontianum vero Verzelliaci, in monasteriis scilicet quæ ipse fundaverat in Lingonensi diœcesi, ubi hodie requiescunt, honorifice composuit.* En tibi jam, curiose lector, perspicuam translationis descriptionem, quam et ad rem geographicam haud spernendum subsidium collaturam facile judicabis. Textum edimus secundum modum scribendi ipsius codicis (3), locorum nominibus, quantum conjectura assequi licuit, hodierna nuncupatione adjecta. Cetera ope documentorum de fundatione utriusque monasterii a Dacherio editorum facillime explicantur.

1. Quod a me, vir illustrissime ac conjunx tua religione ac genere preclarissima, jubendo expostulastis, ut de miraculis sanctorum martyrum libellum qui futuris temporibus recitaretur efficerem, parui, non secundum quod volui, sed secundum quod potui, ut jussistis. 5

(1) *Act. SS.*, ad diem 25 Aug., tom. V, p. 113, num. 11 sqq. — (2) In *Historia Vizeliacensi* ap. d'Achery, *Spicilegii* (ed. II, Paris. 1723) tom. II, p. 498 sqq. — (3) Ubi adverte typo æ respondere in codice litteram e caudatam (ę).

Incipit Adventus et Miracula sanctorum.

2. Igitur genere preclarissimi et, quod multo gloriosius est, in Deum pietate et religione nobilissimi, cum se tota devotione sanctis studiis subdidissent, ad cumulum merito-
5 rum augendum, de rebus suis quas satis spetiosas habebant etiam monasteria, unum virorum, fæminarum aliud, condere delegerunt. Sed cum anxiæ perquirerent civitati alicui aut monasterio aliquo propter tuitionem ipsa subderent, incidit eis consilium melius ut beatis apostolis Petro et
10 Paulo apud urbem Romam tantum opus pietatis sue tradendo offerrent. Testamento igitur confecto, statuerunt quendam abbatem, venerabilem virum, Romam mittere. Cui et laicum adeo nobilem sotium adjunxerunt, committentes eis ut, postquam votum eorum Apostolico consignassent, mar-
15 tyrum reliquias ad sanctificanda jam dicta loca ab eo suppliciter exposcerent. Factum est ut idem venerabiles legati alacri animo, quippe sanctorum loca videre exoptantes, iter susciperent. Cumque Romam ingressi legationem suam strenuæ coepissent et datis chartarum libellis pontifici obla-
20 tionem illustrium virorum consumassent, subsecuntur causam et preces de corporibus martyrum. Promissum eis est a sancto pontifice ac non multo post redditum. Nam compositas sanctorum martyrum Eusebii et Pontiani venerabiles reliquias ac ossa gloriosa legatis ipsis sanctus pon-
25 tifex dedit et ut venerabiliter servarentur monuit. Quas illi pleni gaudio suscipiendo amplectuntur ac scriniis suis honorabiliter recondunt [1]. Et læti tanto benedictionis munere repedant ac patriam suam festinato reposcunt.

3. Quid miraculorum in via contigerit, ad alia festinans
30 breviter propter laudem martyrum assignabo. Pluvia illos dies pene continua obscuraverat, terramque luto sordidam fecerat. Viri itaque illi qui sanctorum membra ferebant longe jam ab urbe loculos componunt et latentia sanctorum

[1] o *supra lin., prius* recundunt.

pignera in scriniis ferenda humeris venerabiliter extollunt. Videres hinc inde pluviam rapidissime sonantem cadere, quod mirabile est, vectores sanctorum nullomodo contingere. Iterum, cum torrens quidam vehementissime intumesceret, sic transeuntibus sanctis undam suam blandam prebuit ut 5 absque impedimento periculi precedentes et subsequentes citra ripas suas mitteret. Hoc meritis sanctorum concessum illi manifestarunt qui, mox ut populus martyrum transiit, alio intendentes ad [1] torrentis ripas venerunt, qui nullo modo illam transmeare ausi sunt. 10

4. Ergo ut Alpium Cotticarum iter expeditum est, venerabiles legati gaudium exoptabile se ab urbe referre illis qui eos miserant nuntiant. Qui pleni lætitia quod votum suum completum audirent, statuunt locum non longe ab urbe Lugdunensium quo ipsi supplices sanctorum reliquiis occur- 15 rerent, ubi pontificem urbis Lugduni qui forte tunc absens ex urbe in villa residebat adesse precantur. Fit celebris concursus populorum. Longo agmine voces laudis in cælum tolluntur, sicque ad ripam usque Rhodani fluminis plebs exultando sanctorum memorias prosequitur. Tota civitas 20 fit obviam, clerus universus sacris vestibus decoratus lumina devotionis suae ferens in manibus. Hinc resonant cantus; te, Christe, fidelis affectus invocat exultantium coris. Rhodanus ipse totus impletur.

5. Tanto tripudio deferuntur martyres ad ecclesiam san- 25 ctorum apostolorum in qua et cineres quadraginta et octo martyrum conditi sub altare venerantur (1). Unus ad dexteram altaris, alter ad sinistram statuitur. Aguntur misse, reverendo pontifici sacrificium Deo offerenti; vota et dona populus martyrum corporibus infert. Legitur sanctum 30 evangelium, episcopus sermonem facturus ambonam conscendit. Cumque passiones sanctorum populis jam exponeret et intenti de ore illius penderent, ecce subito quaedam mulier juxta lecticas sanctorum decumbens, a puero mem-

[1] *cod.* a.

(1) De his XLVIII martt. Lugd. agitur in *Act. SS.*, tom. I Junii, p. 160 sqq.

bris contracta ita ut plante ejus natibus juncte viderentur, quaeque ab novem annis vehiculo superposita ante portas ecclesiae sancti Jacobi stipem mendicans commanebat, voces ac gemitus in altum mittit. Accurrunt plures videre
5 quid acciderit, sed et pontifex quid factum sit sciscitatur. Redeunt mulieris membra in statum suum et paulatim bases ejus ac plante consolidate. Ac mox manum illius tenentibus aliis erigitur. Clamor undique attollitur; rumpunt voces laudantes et gaudentes populi. Ac sic inde in laudem
10 omnipotentis Dei episcopus venerandus sermonem finivit. Haec tua sunt, Domine, qui pro te passos semper glorificas. Haec tua sunt, qui solus sanas omnes infirmitates nostras.

6. Prætermisi alia mira quae circa martyrum reliquias tunc provenerunt, sicuti de inluminatione cujusdam et de
15 duabus feminis a demonio liberatis, ne fastidium legenti facerem. Peracto itaque sacrosancto et celebri officio, cum ymnis et laudibus delata sunt iterum venerabilia membra martyrum in ecclesia sancti Petri sanctimonialium monasterio, ubi aliquot diebus servata sunt. Erat Rotbertus nomine
20 cujus infirmitas nota erat pene omnibus. Quem ægritudo non solum claudum pede verum et tortum collo fecerat. Accessit cum fide, votum promisit, sanitatem ex martyribus reportavit. Plurimi Girardum debilem pedibus noverunt. Hic mox ut sanctorum solatium [1] cum fide expetivit, celerem
25 sanitatem invenit.

7. Nec Servatum, bene notum virum, preterierim. Claudus accessit, firmis vestigiis rediit. Item Raganbertus nomine a claudicatione unius pedis sanatus. Item quidam ex utero matris claudus suffragium petiturus deportatus est. Nomen
30 huic Rotgarius. Mirabile dictu, solidatis plantis stetit, ambulavit, de sanitate gratias retulit. Item manu quidam aridus ac pede claudus, dum merita sanctorum veneratur salvatus exinde recessit. Dicebatur isdem Gislerannus. Hunc non pauci bene noverunt. Dæmoniaci duo sevi nimis, ut unus vix
35 sex hominibus, alius a duodecim attraheretur [2], martyrum

[1] *cod.* salatium. — [2] *cod.* atraheretur.

meritis relaxati ad sua incolumes revertuntur. Pari modo et mulier illa ex pago Viennensium [1], Bertrada nomine, ab inmundo spiritu curata est. Caeci etiam quam plures a calamitatæ [2] suæ cæcitatis salvati. Inter quos Heldradus, sicut multis notum, ab annis VII lumen corporis amiserat, Heltrudis femina, ut ferebant, ab annis duodecim, Cristina item femina ab annis V, Stabilia ab annis VII, Danfreldis ab annis V, Rotirudis ab annis IIII. Et, quod longum est consequi, multi ac multe lumen diu perditum inter memorias martyrum meruerunt.

8. Succurrit in hoc loco factum nimis admirabile, res optime nota, e vicino facta, multis ac pene omnibus testibus. Eugenia, uxor Adalbaldi, fluxum sanguinis patiebatur, in tantumque misera ægritudo creverat ut spem vivendi mulier pene amiserit. Miraculis sanctorum erudita fidem resumpsit. Ad locum ubi servabantur eorum beatæ reliquiæ misit, lignum de feretris sanctorum sectum sibi deportari petiit, recepit, in vino trivit, cum fiducia bibit, et ilico sanitatem optinuit, atque mox fluxus sanguinis ejus stetit, meritis utique illorum auxilium ferentibus qui pro illo usque ad sanguinem dimicantes mortui sunt cujus fimbriam mulier illa evangelica tetigit et sanata est. Post haec multi ex eorum feretris astellas auferentes, ab diversis infirmitatibus exinde liberabantur.

9. Ut vero in laudem martyrum longius progrediar, Winimari filius, Ansemarus nomine, per quinque annos mutus et toto corpore egrotus, a parentibus delatus est beatis martyribus, ibique fide pleni parentes eum deposuerunt. Mox officium suum lingua ac reliqua membra fugatis doloribus valitudinem recognoverunt. Item surdus et mutus, simili potentia sanatus, nunc audit et Deo gratias pro sanitate sua referens loquitur. Item mulier cæca a primeva ætate visum ibi optinere meruit. Item et altera mulier, quae contracta totis membris bajulabatur, sanitatem gavisa rapuit. Similiter

[1] *cod.* vienensium. — [2] *cod.* calamitatę. *Hic sicut in aliis vocibus* e *caudatum expressimus per* æ.

et alia parte corporis debilis salvata. Excedunt numerum quae ibi per sanctos suos Christus operatus est.

10. Sub idem fere tempore in diocesi Vivariensi beati Andeoli (1) martyris ipso revelante venerabile corpus repertum est. Latuit autem isdem martyr gloriosus per annos pene sexcentos, et cum in ecclesia non longe ab altari esset in profundissima fovea sepultus, quo loco jaceret usque ad presens ignorabatur. Post revelationem igitur suam innumeris miraculis se esse martyrem Andeolum publicavit. Concurrunt undique regiones; quacunque infirmitate detenti curantur. Dici non potest quid Dominus ibi miraculorum per servum suum operetur. Hunc sanctum martyrem illustri conjuges G. et B. (2) quatinus ad monasterium suum transferrent, impetrare ardent. Pro hac itaque re viam arripiunt et ad sanctum usque locum martyris descendunt. Evocati venerabiles episcopi, Rotlannus Arelatensis (3), Walefridus Uceticus (4), Bernuinus a Vivariis (5), et si qui alii, inter quos coetus [1] presbiterorum et clericorum non parvus numerus, archam martyris reserant et de sanctissimis ossibus illius partem loco reservant ad tuitionem totius regionis, partem gloriosis viris qui cum pietate hoc petierant eligunt. Quae illi cum grandi veneratione perfusi gaudio sanctis episcopis tradentibus suscipiunt ac condigne [2] honore palliis involuta, interim in ecclesia circa fluvium Rhodani, quia vicina erat, reponunt.

11. Statimque cum eisdem venerabilibus episcopis ad sanctum confessorem Christi Hostianum pergunt, qui non longe a civitate Vivariensium positus quiescebat. Ubi et Christi potestas mira per sanctum suum operabatur. Ut unum e multis referam, mulier quaedam filium suum adeo

[1] o *supra lin. eadem manu.* — [2] *sic, post erasionem.*

(1) De S. Andeolo agitur in *Act. SS.*, tom. I Maii, p. 35; ibi tamen non fit mentio de inventione sancti martyris. — (2) Girardus et Berta de quibus supra in initio. — (3) Alias Rostang, Rostagnus, sedit an. 871-913 *(Gallia christ.*, t. I, p. 547; Gams, *Series episcoporum*, 1873, p. 494). — (4) Sedit an. 857-879 *(Gallia christ.*, t. VI, p. 616; Gams, p. 645). — (5) Sedit an. 851-874 *(Gallia christ.*, t. XVI, p. 548; Gams, p. 656).

parvulum vix quinquennem qui numquam viderat ad sepulchrum confessoris detulit, ibique juxta tumbam cæcum deposuit. Et ecce subito inluminatur puer; vestem quae tegebat sepulchrum beati viri agitare cepit. Voluit posthæc mater illum inde auferre. At ipse sicut illa ætas poterat 5 dilaniare et disrumpere illam ac altis fletibus ne a loco [1] sancto amoveretur agere coepit. Ibique mulier hac de re cum infantulo suo aliquantulum remorata, læta post diebus abscessit. Cum autem pervenissent venerabiles episcopi ad ecclesiam confessoris, reserato loculo ubi beatum corpus 10 illius jacebat, ut satisfacerent illustribus viris ardore maximo id expostulantibus, partem pretiosissimam de ossibus ejus feretro componunt (1). Propter honorem vero loci et populi concursum partem loco illi permittunt.

12. Spectabiles porro viri tanto munere ditati, benedictione 15 insuper episcoporum percepta, alacres nimiumque læti repedant. Turbisque maximis laudantium Deum insequentibus ac intercessionem sanctorum postulantibus, pervenitur ad vicum quendam ubi sanctorum membra cum juxta morem pernoctatura in ecclesia posita essent, quidam homo infeli- 20 cissimo genere passionis laborans, nam totis membris ita concutiebatur ut vix loco teneri posset, nota persona, siquidem in eodem vico multis annis degebat, plenus fide ante loculos sanctorum prosternitur. Et ecce miserantibus sanctis miser ille ac miserabilis ab jugo gravissime ægritudinis 25 relevatus sanatur. Vox universorum te, Christe, laudantium qui sanctos tuos ita glorificas, resonat.

13. Deinde apud Viennam in eodem itinere quid contigerit, brevi absolvam. In ecclesia sancti apostoli Andreae quaedam puella a renium dolore diutino sanata est circa marty- 30 rum ossa, et cæcus inluminatus. Vinicetis (2) villa est ubi sancti in ecclesia quadam positi quandam puellam diu cecam meritis suis inluminaverunt. Multa pretereo, ne

[1] *prius scripserat librarius* lico, *sed apposuit punctum delens sub* i *et supra lin. posuit* o.

(1) Habes hic elevationem corporis S. Ostiani, cujus Vita edita est supra, p. 355-358. — (2) Vénissieux *(Isère)* (?).

legenti fastidium generem. Quis enim dicere aut scribere sufficerit quanta Lugduni in ecclesia beati archangeli [1] Micahelis per sanctos suos Deus fecerit? Ibi etenim cum sancto martyre Andeolo et confessore Hostiano martyres Eusebius et
5 Pontianus aliquantulum custoditi sunt. Ibi surdi auditum, cæci visum, muti loquelam, ibi claudi gressum, diversæ infirmitates medicinam. Mirabilis tu, Deus, in [2] sanctis tuis; Deus Israel, tu dedisti virtutem et fortitudinem pro te passis; benedictus Deus.

10 **14**. Dein statuto [3] die factum est ut innumeris populorum turmis undique procurrentibus et civitate pene subsequente deferrentur gloriosissima sanctorum membra ad loca quæ eis venerabilia preparabantur. Res tunc mira in Lactis villa (1) contigit. Berta, vicinis bene nota femina, contracta
15 annis VIII, insuper et surda annis VI, auditum cum reformatione membrorum aspectante populo ante sanctorum obsequiis recepit. Huic simile Ermenberga, membris dissoluta ab annis VI, experta est. Item Madaleia, simili modo contracta; sed et puella Gisberga, totis membris ex die nativitatis
20 infirma, inspectante populo sana recessit.

15. Res stupenda: dum itaque piorum humeris ferrentur sanctorum reliquie, Hermenoldus, genere Aquitanus, corpore totus contractus oblatus est. Tantillum quid de ligno quo vehebantur sanctorum corpora mixtum vino bibit; ilico
25 sanus factus, obsequium pro salute sua per totam diem populis junctus martyribus exhibuit. Villam Ulmis (2) dicunt, juxta quam miraculum factum. Adalbaldus filium suum Audoinum mutum a nativitate ante martyrum beatas reliquias detulit. Ipse puer annorum erat x. Qui mox soluto
30 vinculo linguae loquebatur, benedicens Deum, Kyrieleison magnis vocibus continuatim exclamans. Ubi et paraliticus quidam presentibus omnibus sanitatem adeptus est.

16. Juxta villam Militiacum (3), quae est in pago Cabilo-

[1] *add. supra lin. alia manu.* — [2] *vox nunc fere deleta.* — [3] *ita post corr.; prius* stituto.

(1) Laiz *(Villa Lacis)* (?) prope Pont-de-Veyle (dép[t] Ain). — (2) Ormes *(Ain)* (?). — (3) Mellecy *(Saône-et-Loire)*. Cfr. *Act. SS.*, t. III Sept., p. 837, annot. *g*.

nense, hujusmodi actum contigit. Membris contracta mulier sanctorum corporibus exhibita, mirum valde, cunctis videntibus sana reddita incolumis rediit. Item Sinpniacum [1] villam (1) in pago Belticense nominant. Simili contractione mulier annorum duodecim martyribus delata sanitatem 5 consequitur. Ibi Arleldis anus, cæca annis x, visum recepit et juvenis quidam Godolmarus, ex annis VIII paralysi dissolutus, populo stupente officium membrorum adquirit. Sed et puerulus Giroinus, ab ventre matris coxis ac cruribus debilis, inibi ambulationem meruit. 10

17. Longum est, si universa velim sanctorum miracula persequi. Arloeldis puella ex villa quam Mulinis (2) vocant (miraculum etenim ibi perfectum est), cum esset officio membrorum privata, accessit fide plena ad sanctorum venerabilia pignora et mox sanitatem promeruit. Ibi tunc et puella 15 quaedam cæca tenebris fugatis [2] lumen oculorum hausit. Sedelocus (3) vicus est, clarissimis martyribus Andocio, Tyrso et Felice (4) insignis. Illuc deportate sunt sanctorum reliquie, quia transitus per ipsum vicum erat. Ubi mulier quædam atque puer quidam corporis lumina nimis optata sortiuntur. 20 Apud castrum Avalono (5) Waldramnus clericus, cum esset surdus et mutus, sanctorum donis linguam et aurium usum optinuit. Ubi etiam asstante populo quidam membris debilis totus sanatus convaluit.

18. Pervecta sunt tandem sanctorum membra in villam 25 quam appellant Vercellaicum (6). Ubi cæci quam plures lumina receperunt. Ex quibus unus XII annis visu orbatus erat, nomine Leontius. Rangaberga quoque, sed et Ingelsindis annis VIIII luminibus capta. Nec non et Irmenaria XII annis pari modo et ipsa lumine privata. Ubi quoque 30 Gudinus annis v membris contractus, et Sicboldus toto corpore inbecillis valetudinem recuperaverunt. Ibi Raginadus

[1] *cod.* sinpinniacum, *ubi punctum supra litteram* m *videtur esse punctum delens.* — [2] *cod.* fucatis.

(1) Sampigny *(Saône-et-Loire)*. — (2) Molinot *(Côte-d'Or)*. — (3) Saulieu *(Côte-d'Or)*. Cfr. *Act. SS.*, t. IV Sept., p. 664, numm. 7, 8. — (4) De his agitur in *Act. SS.*, tom. modo cit., p. 663 sqq. — (5) Avallon *(Yonne)*. — (6) Vézelay *(Yonne)*.

cæcus et jam membris totus dissolutus, atque Hermenildis puella, adeo parva, passione tamen eadem miserrima, virtutem martyrum sentientes, ægritudinem suam evaserunt.

19. Multa sunt quae Christus per sanctos suos operatus 5 est et ad laudem suam cotidie operatur. Ut est illud quod, cum quidam infantulus fere mensibus v ad memorias martyrum in die festivitatis illorum fuisset apportatus, qui a ventre matris cæcus erat, medicinam martyrum expertus primum lumen vidit. Tunc et mulier Asquildis calamitatem 10 cæcitatis suæ effugit. Tunc quoque et alia mulier, Lantildis, orba septem annis, detersis caliginibus visum commeruit.

20. Taceam an dicam Benedictum juvenem? Hic opem martyrum tota fiducia exquisiturus cæcus advenerat. Oravit, mox vidit, Deo gratias agens inoffenso pede remeavit. Simi- 15 liter et mulier, Ingelsinda, novem annis oculis capta, et puella etiam Littugia [1] lumine consimili modo et ipsa privata, ilico ut cum fiducia circa loca martyrum resederunt, orationis gemitus emiserunt, infelicitatem suam intercessione martyrum evasisse gavise sunt. Christe, tua haec 20 munera sunt, qui miserorum gemitus semper exaudis et, dum sanctos tuos miraculis clarificas, miseris opem consolationis et pietatis largiris. Tu multis peccatis me tibi obnoxium optinentibus... *(Reliqua exciso folio desunt).*

[1] *cod.* littḡia. *Forsan* Littergia.

EX ACTIS

SS. TERGEMINORUM

SPEUSIPPI, ELEUSIPPI ET MELEUSIPPI.

Acta SS. Tergeminorum, Speusippi, Eleusippi et Meleusippi, ad diem 17 Januarii (1) edidit Bollandus ex codice Marci Velseri; sed folio ex codice exciso desiderabatur eorum pars media. Hanc postea acceperunt majores nostri ex codice quodam Reginæ Sueciæ, quod fuerat monasterii Flaviacensis. Ex hoc apographo jam in *Analectis* nostris lacunam quam dolebat Operis nostri parens, supplere licet. Itaque post verba *surdis auditum, salutem* (2) sic pergunt Acta:

... infirmantibus contulit, mortuis vitam restituit. Hæc et his similia quæ necessaria erant prudentes pueros diligenter instructos ad domum propriam ire præcepit. Venientes autem cœperunt publice loqui magnalia Dei et persecutionis fervorem, qui tunc bulliebat, penitus non timere. Ita autem 5 cœperunt esse in Christi amore perfecti, ut vere in tribus his Trinitas divina requiescere probaretur. Baptizati autem non erant, quia persecutor omnes occiderat sacerdotes.

8. Interea, ut dictum est, fama volat, et magnis acuit rumoribus iras. Colliguntur ab universis sacerdotibus idolo- 10 rum universi honorati provinciæ, ut venirent ad deam Nemesini. Et non invenientes, secundum consuetudinem quidem facta sunt sacrificia per triduum. Post hæc vero perrexerunt ad domum eorum, ut duodecim deos quos in templis singulis positos colebant antiquitus, more solito adorarent. Quos 15 invenientes cum templis suis funditus eversos, una voce lamentationibus perstrepentes clamores intolerabiles infere-

(1) *Act. SS.*, tom. II Jan., p. 74. — (2) Ibid., p. 75, num. 7.

bant. Statim de oratorio ejiciuntur læti, tranquilli, gaudentes. Et sicut erant pulchri in aspectu, sic sereni et sine aliquo pavore probantur in vultu.

9. Incipiens autem unus ex majoribus provinciæ dixit : 5 *Speusippe, quis persuasit vobis deos derelinquere et insuper statuas eorum confringere, et in Jesum nescio quem hominem spem ponere, filium cujusdam Mariæ, Judæum, quem etiam Judæi crucifixerunt?* Respondens autem Speusippus dixit ei: *Erras, Palmate; Jesum quem tu qualemcumque hominem* 10 *putas, Christus Filius Dei vivi est, qui de cœlo descendens hominem induit, ut hominibus subveniret. Qui ideo crucifigi hominem quem assumpserat non prohibuit, ut lignum prævaricationis ligno crucis vinceret, et vitam quæ perierat, seculo redonaret. Et ideo qui vult ad vitam pertingere, destruat omnes* 15 *abominationes, et confringat idola vana, surda et cæca, et muta et immobilia et caduca, ut possit viventem et audientem omnia habere propitium.* Hermogenes autem, frater Palmati, stridens dentibus contra eos, dixit: *Modo carnes vestras hinc igne cremabo.*

20 10. Respondens autem Elasippus dixit: *Gratias agimus quia, cum non sapias quæ Dei sunt, sapienter minatus es: si enim igni carnes nostras dederis, illi nos sacrificium offeres pro cujus nomine nulla supplicia timemus. Et nos quidem temporalem ignem temporaliter patimur; vos vero æternum ignem* 25 *habebitis, nisi Christum Dei Filium fueritis confessi.* Exurgens autem Quadratus percussit pugno in facies amborum, Speusippi et Elasippi, qui locuti fuerant. Tunc Melesippus dixit: *Quid est quod meam faciem ab hac gloria recusasti? Aut non tibi videor christianus, quod illos honorasti et me exhono-* 30 *randum existimans reliquisti?* Dixit ei Quadratus: *Vindicabo hodie et nostram injuriam et deorum, cum manu mea vos trucidavero.* Palmatus dixit: *Nisi linguas eorum secaverimus, non cessabunt loqui de injuria nostra deorumque nostrorum.* Melesippus dixit: *Etiamsi corporalem linguam secaveris, ut non* 35 *loquatur, in interioribus tamen nostris inenarrabiliter laudamus Dominum nostrum Jesum Christum et gratias ei agimus.*

11. Et cum sederent Palmatus, Hermogenes et Quadratus, et omnis populus expectaret quam sententiam darent, stupentes inter se cogitabant quid facerent, et moras patiebantur in adinventionibus suis. Tum Speusippus exclamavit dicens: *Quid cessatis? Accendite ignem, parate gladios, suspendite, cædite, torquete et, si doletis deorum vestrorum injurias, vos vindicate: illi enim seipsos vindicare non possunt.* 5

12. Dicit ei Hermogenes... *(Reliqua in Actis.)*

SEPTILILIUM

B. DOROTHEÆ

MONTOVIENSIS

AUCTORE JOANNE MARIENWERDER

NUNC PRIMUM EDITUM

OPERA ET STUDIO

R. D. Dris FRANCISCI HIPLER

RECTORIS SEMINARII BRUNSBERGENSIS IN PRUSSIA ORIENTALI.

MONITUM PRÆVIUM.

1. *Septililium* hic liber ab auctore vocatur, quia — ut ait ipse in prologo — " in eo exprimuntur septem gratiæ... B. Dorotheæ Montoviensi (* 1347 † 1394) eminenter concessæ, quæ per lilii triplicem virtutem interiorem et quadruplicem dispositionem exteriorem convenienter designantur. „ Hoc autem opus, hactenus pauca si exceperis nondum typis mandatum, compositum esse a Joanne Marienwerder, Decano quondam Capituli Pomesaniensis (* 1343 † 1417), ex iis quæ circa annum 1400 ipse Joannes et confratres ejus Joannes Rymann et Bertrandus ex ore venerabilis Dorotheæ tanquam visiones cœlestes et revelationes supernaturales calamo exceperant et exaraverant, fusius ostendi in libello Brunsbergæ anno 1865 edito sub titulo: *Meister Johannes Marienwerder und die Klausnerin Dorothea von Montau*, p. 100 sq (1). Unde etiam patet hoc *Septililium* complementum quodammodo esse et colophonem duorum aliorum operum ab eodem Joanne Marienwerder brevi ante conscriptorum, quæ sunt *Liber de Vita* et *Liber de Festis* B. Dorotheæ, in *Analectis Bollandianis* suo tempore edenda.

2. Diligenter autem seculo XV lectum et vel extra fines Prussiæ divulgatum fuisse hunc tractatum, documento est Vincentii, prioris Cartusiæ Axpacensis in Austria, epistola anno 1459 data, qua quæstionibus quibusdam Johannis de Weylhaim, monachi professi Mellicensis, hoc modo respondet: " Ad primam... dico quod Dorothea adhuc non est canonizata. Ad secundum respondeo quod duos libros de ipsa habemus, qui ambo sunt apud vos. Primus est *Septililium*,

(1) Cfr. etiam *Zeitschrift für die Geschichte Ermlands*, III, p. 265. — *Scriptores rerum Prussicarum*, II, pp. 185 et 360. — *Acta SS.*, t. XIII Octobris, pp. 476 et 575.

secundus *Legenda* ipsius, quæ in duplo tantum vel plus, quam primus, continet de scriptura. Tertium *de Festis* nunquam vidi. Ad tertiam quæstionem, quid videlicet de ipsa, vita, gestis et doctrinis ipsius (præsertim de tractatibus *Septililii*) sentiam, utrum de cœlo sint an ex hominibus, mallem quod de his a doctiore quæsissetis. Ne tamen a vobis, si tacerem, humilis aut philosophus reputarer, aliquid vel breviter dicam. Pro quo volo vestram charitatem scire quod, quantum perpendere potui, Brigitta de Suecia, Catharina de Senis et dicta Dorothea simul eodem tempore in humanis fuerunt, licet una post aliam floruerit. Quæ habuerunt confessores doctos viros, qui earum actus et doctrinas in scriptis ad nostram notitiam transmiserunt. In quorum scriptis, et præcipue in prologis, clare perpendi potest si spiritus unamquamque earum movens ex Deo fuerit, an non.... Porro Dorothea suam sanctitatem ita occultavit, quod præter ipsius confessores pauci eam cognoverint, quæ pro magna parte in spiritualibus sentimentis et devotis exercitiis agebatur et cumulabatur... Non sum expertus multos tempore vitæ meæ qui hujusmodi doctrinas ad cor ponant, vel quod a Deo sint arbitrentur; innumerabiles autem earumdem subsannatores audivi. Nec mirum, cum non sint discipulæ supra magistrum (1). „

3. Codex *Septililii* quo olim utebatur Vincentius noster, jam videtur esse bibliothecæ Palatinæ Vindobonensis codex 1265, foliorum 145 in 4° majori, ineunte seculo XV in pergameno pulcherrime scriptus, in cujus videlicet primo et ultimo folio legitur : *Cartusiæ Aggspacensis;* infra vero manus recentior scripsit : *Iste liber est frm. Cartusiensium prope Pragam* (2). Hunc codicem (V) septem tractatus libri nostri integros (3) continentem in hac nostra *Septililii* editione potissimum secuti sumus, adhibentes etiam codicem Gedanensem (G) bibliothecæ ecclesiæ B. M. V. 231, papyraceum seculi XV (fol. 1-85), et Heidelbergensem 367 pergam. (fol. 174-191ª), itidem seculi XV, (H.), quorum alter sex priores libros integros et septimi cap. I-VI, alter vero quæ hic desiderantur libri septimi capitula ultima (VII-XXVIII), germanice ab auctore conscripta, sola et separatim exhibet (4). Ex catalogo codicum mss. Bibliothecæ Universitatis Jagellonicæ a. 1881 a Wladislao Wisłocki edito (5), innotuit nuperrime alius codex, qui ut codex Gedanensis exhibet partem latinam *Septililii*, ceteroquin quoad lectionem persimilis Vindobonensi 1265. Est hic Cracoviensis 1236, chartaceus in fol. minori, " A.D. 1404 in die Lucie „ finitus. Cujus varietatem lectionis in textu constituendo adhibebimus, signando littera C paginas 25-242 hujus codicis, quibus in eo constat *Septililium*.

4. Aliud præterea ante hæc duo sæcula extabat *Septililii* exemplar manuscriptum in Cisterciensi cœnobio Ossecensi a Bohuslao Balbino (*Bohemia docta*, III, p. 203) memoratum his verbis : " Admirabiles visiones et raptus venerabilis D. Dorotheæ, quæ a confessario ejus descriptæ videntur. Sunt autem omnia lectu dignissima.

(1) Cfr. B. Pez, *Thesaurus Anecdotorum*, tom. VI, Augustæ Vindelicorum 1729, III, 332. — (2) Cfr. Catalogum codd. mss. præter græcos bibl. Palat. Vindob., tom. I, p. 211 ; Hoffmann von Fallersleben, *Verzeichniss der altdeutschen Handschriften zu Wien*, 1841, pag. 339. — (3) Cfr. *Act. SS.*, t. XIII Oct., p. 476. — (4) Cfr. Wilken, *Geschichte der Heidelbergischen Büchersammlung*, 1817, p. 447. — (5) Pag. 314.

Sed quænam illa fuerit Domina Dorothea, aut ubi vixerit, et an in religione an in seculo, nullibi potui reperire. Appellatur autem hic liber *Septililium*. Fuit reclusa more illorum seculorum. Visiones sunt prorsus admirandæ. „ Quod apographon num hodiedum conservatum sit, comperire nullo modo potui. — Præterea partes quædam *Septililii* et excerpta minoris momenti reperiuntur in codice tabularii Regiomontani 407 (pag. 206-215) (1), in codice Gedanensi bibliothecæ ecclesiæ B. M. V. 26 et in codice bibliothecæ Universitatis Vratislaviensis II. fol. N° 65. — Typis vero mandata sunt libri septimi capita VII-XXVIII, germanice scripta, adhibitis codicibus Vindobonensi et Heidelbergensi, in commentatione mea: *Christliche Lehre und Erziehung in Ermland und im Preuss. Ordensstaate während des Mittelalters „* Braunsberg 1877, pag. 67-103. — Conspectum operis et aliquot capitula (videlicet prolog. cap. 3; lib. I, cap. 10, 17, 25, 26) ex codice Gedanensi excudit Maximilianus Toeppen *(Scriptores rerum Prussicarum,* tom. II, pag. 360 sqq.) et eadem fere ex codicibus Vindobonensi et Gedanensi Remigius De Buck in *Act. SS.*, tom. XIII Octobris, pag. 575 sqq.

[PRÆAMBULUM AUCTORIS.]

Oratio seu meditatio in septem particulas distincta cum attentione facienda pro caritate divina salubriter et continue habenda.

Prima pars. Impretiabilis caritas [1]. Domine Deus, qui præcipis
5 mihi ut te diligam, concede mihi de tua piissima pietate te diligere impretiabili caritate, ita ut te super [2] omnia diligam, nihil [3] æqualiter tecum diligam, nec supra te aut contra te diligam. Sed præsta, pater amabilissime, quod te reputem tam impretiabilem et incomparabilem thesaurum ac tam magnum bonum, ut omnia [4] temporalia bona non
10 solum longe infra te reputem propter te diligenda, te impretiabiliter [5] diligendo, sed etiam æstimem indignum ut ea tecum diligam; abominerque illa sic ex tua singulari dilectione ut mihi sit abominabile cum eis occupari vel ea in custodia habere, paupertatem vero spiritus propter te tanquam thesaurum pretiosum quærere et obtentam
15 tenere amare. **Longæva.** Hanc caritatem, Domine mi [6], fac longævam, ut te omni tempore præ [7] oculis habeam et prout teneor diligam.

[1] P. p. *om. G.* Impret. car. *add. ex R., om. V, G. Hæc* Oratio *deest in C. Notandum in R omnes titulos caritatum adscriptos esse in margine.* — [2] supra *G.* — [3] nec *G.* — [4] *om. G.* — [5] impreciabili *G.* — [6] mi *add. ex R.* — [7] *ita G, R.* pro *V.*

(1) Variantes lectiones ex eo a nobis ad textum constituendum desumptas signavimus littera *R.* Erat olim monasterii in *Pelplin.*

Lata. Et non solum in longum sic te diligam, sed etiam caritativam dilectionem late extendam ad proximum, i. e. ad omnem hominem, tam inimicum quam amicum, ut hunc in te et illum propter [1] te diligam. **Ordinata seu spatiosa.** Fac me, quæso, omnipotentissime Domine [2], in hoc non contentari, sed diligentissime conari omne diligibile propter te valde ordinate diligere, te super [3] omnia, me longe infra te, proximum sicut meipsum, corpus meum et aliud quodcumque pertinens ad ipsum minus quam proximum. **Non terminata vel interminata.** Huncque ordinatum ac [4] spatiosum veræ dilectionis actum extendere non solum ad omne diligibile per omne tempus præteritum, præsens [5] et futurum, sed etiam in tempore imaginario nullum unquam sibi deputare terminum, ut te, dilectissime Domine [6] mi, diligam in æternum. Amen.

Secunda pars. Lata et simul spatiosa. Domine Deus, qui nostri semper misereris et ex piissima pietate tua succurris, da mihi non solum velle omnibus proficere sed etiam omnibus sive spiritualiter sive corporaliter indigentibus pro posse effectualiter succurrere, meque corporis aut mentis intuitu penuriam vel miseriam hominum considerante terram contemplando, quibus non valuero [7] corporalia præbere subsidia, concede ut eis tribuam tua opitulante gratia devotæ orationis ac sancti desiderii suffragia meliora. **Continua.** Ut caritas tua in me sit in operibus piis ac meritoriis continua, non pigra nec otiosa. **Profunde radicata.** Sed sic continue frequenter dilectionis actus, ut generetur in me [8] caritatis habitus profunde radicatus. **Fortis.** Fortissime spirituum Domine, effice caritatem in me ita fortem, ut per hanc moriar omni peccato et viriliter repugnem non solum carnis concupiscentiis, mundi blanditiis et diaboli insidiis, sed etiam me caute custodiam ab illius insidiatoris astutiis virolentis [9]. Sic corpus meum castigem jejuniis, vigiliis, disciplinis et aliis piis exercitiis, ut ipsum in fortitudine discretionis in servitutem redigam, spiritui subjiciam et propriam voluntatem frangam fractamque totaliter voluntati tuæ divinæ conformem, ardua et difficilia fortiter aggrediar, fortius continuem, et fortissime in bene agendo ac [10] sancte vivendo perseverem usque ad mortem. **Stabilis.** Fiat, Domine mi fortissime, caritas mea [11] ita stabilis quod nulla possit adversitate dejici, i. e. a dilectionis opere removeri quod tu, Domine mi, vis me operari; ut tam inimicis quam amicis optem non solum gratiam in præsenti et gloriam in futuro, sed pro tempore et loco omnibus succurram, reddens non solum pro bono bonum sed etiam pro malo

[1] in *G.* — [2] Deus *G.* — [3] supra *G.* — [4] et *G.* — [5] præsens *add. ex G. omm. V, R.* — [6] *add. ex R.* — [7] valeo *G.* — [8] in me *add. ex G, R. om. V.* — [9] virulentis *G.* — [10] et *R.* — [11] *ita R.* Fac, D. m. firmissime, caritas tua in me *V.*

bonum et benedictionem pro maledicto [1], valeamque omnia propter te sustinere, vituperia et improperia, bonam et malam famam, abundantiam et paupertatem, sanitatem et infirmitatem, favorabilitatem et defavorabilitatem, amorem et odium, amicitiam et inimicitiam, 5 vitam et mortem, ut tu, mi amantissime Domine Jesu Christe, sis mihi vivere, et mori lucrum, vivamque ego ex te, in te [2] et propter te et libenter quandocumque, ubicumque et qualitercumque oportebit moriar propter te. Amen.

Tertia pars. Bulliens [3]. Domine Jesu Christe, qui es ignis divini 10 amoris semper ardens et nunquam extingueris, calefac me, et ita fervidum redde in tua caritate quod fervor dilectionis tuæ omnem scoriam terrenæ cupiditatis et omnem fucum concupiscentiæ carnalis aliorumque vitiorum immunditiam per ferventes lacrimas et sudoris fumigationes de caritatis fervore procedentes, ab imo animæ recipiens 15 sursum trahat et ejiciat, sicut olla bulliens omne immundum et impurum sursum ducens evomit. **Ferventer ardens.** Ut anima mea ab omni humore vitiorum exsiccata sit apta suaviter ardere et ardendo splendide flammare, habeatque splendorem ignis divini in intellectu cognoscendo te et tua et ardorem in affectu ad ardenter diligendum 20 te super omnia. **Magnifice desiderans.** In hujusmodi ardore liquefiat anima mea in tui memoria, ut fluat ac ferveat [4] in tantum ex magno desiderio te diligendi, laudandi et habendi, ut omne aliud desiderium quod sibi ad hoc non servit expellat [5]. **Alte ascendens.** Crescatque in ardore, ut possit amorem parentum, filiorum et 25 consanguineorum ac quorumcumque aliorum dilectorum citra te vincere, sitque supergrediens omnia amata citra te. O Domine mi desiderabilissime, fac me talem ut possim diligenter cavere ne desiderium meum sit remissum, tepidum vel depressum, quod est habendum ad [6] animæ meæ bonum, videlicet tale quod est ad salutem ejus neces-30 sarium. Sed, o Domine qui es in desiderio animæ meæ, tribue mihi in caritate desiderativa [7] præcipue ad te summum bonum semper habere desiderium intensum, fervidum et alte elevatum per tensionem omnium virium, quod non sit solummodo fervidum sed magis ignitum, flammeum et alte volando cœli penetrativum, non quidem [8] 35 formatum aliqua arte verborum vel ex industria aut meditatione humana, sed veraciter tale sit prout jam petivi ex gratia tua gratuita et influentia divina. **Violenta.** In tanto amor meus inflammetur desiderio, ut possit in altum ascendere et mente excedere [9], nusquam quiescendo donec pertingat ad te, altissimum Deum Deorum in Sion,

[1] maledictione *G, R.* — [2] in te *add. ex G. omm. V, R.* — [3] Bull. *om. G.* — [4] ac. f. *om. G. Similiter in R :* ut fluat ac ferveat in tantum, *etc.* — [5] compellat *G.* — [6] ad *om. R.* — [7] des. *om. R.* — [8] quid *G.* — [9] mentem extendere *G.*

te invincibilem ac omnipotentem sibi inclinando et regnum [1] cœlorum per vim rapiendo, sicut scriptum est, Matth. XI : *Regnum cœlorum vim patitur, et violenti rapiunt illud.* O Domine Deus, auxiliator meus, fortifica me, ut valeam regno tuo vim facere et ad firmissimum habitaculum tuum ascendere, ad quod dumtaxat attingunt per gratiam in præsenti viri ad bella doctissimi, viri utique [2] perfecti, qui non solum per viam mandatorum tuorum sed etiam semitam consiliorum currentes jam ascenderunt [3] cum festinatione de virtute in virtutem in hac lacrimarum valle usque ad te, obliviscentes eorum quæ retro sunt et in anteriora se extendunt [4], quibus solummodo illa suaviter sapiunt quæ sursum sunt. Per horum deprecor viam artam digneris me, ductor mi benignissime, ad verticem montis perducere, in cujus summitate situatum est sanctuarium tuum, quod firmaverunt manus tuæ, ut possim sicut in castrum habitationis tuæ sagittare per devotas orationes igne caritatis ardentes, per alta suspiria ab imo cordis emissa et per gemitus inenarrabiles ex alto ad te suspirio [5] procedentes, tanquam per sagittas ignitas et præacutas, quæ utinam ad te pertingerent, te undique vallantes tibi vim facerent, ut non posses evadere, quin te affectu miserationis vulnerarent vulneratumque pietatis vulneribus ad mei miserendum [6] inclinarent. Quo facto in hac pia miseratione digneris me caritatis vulnere iterum et amplius provocare ad te prædictis sagittis plus quam prius igniferis validius vulnerandum. Amen.

Quarta pars. Vulnerans. Eia, Domine mi dilectissime, vulnera animam meam præacuta sagitta dilectionis tuæ, et transfige eam prævalida cuspide, ut nulla sit particula in anima et corde quæ non sit vulnerata amoris vulnere ad te diligendum ex tota anima [7], ex toto corde, ex tota mente, ex omnibus viribus et ex tota virtute. O quis mihi tribuat hoc modo non solum vulnerari sed etiam omnino expugnari in omni illo quod militat adversus animam. Revera vulnus illud esset grande sed salutiferum, et grave [8] sed suave, et utinam in veritate possem dicere : *Vulneratus sum caritate.* **Inquietans.** Idcirco, Domine mi amantissime, qui vulneraris caritate ab his quos vulneras sagittis tuæ caritatis, te rogito per aspersionem sanguinis tui benedicti, ut vulneres me tam valide quod desiderio meo ad te non possim resistere, sed ex caritate vulnerante te quæram sine quiete per omnes vias per quas est spes te reperiendi, dicendo corde et ore ex amoris magnitudine: *Num quem diligit anima mea, vidistis ?* **Impatiens.** Et si te diu absconderis et quæri permiseris, non sit mihi hoc infructuo-

[1] regna *G.* — [2] itaque *G.* — [3] *ita G.* ascenderant *V.* — [4] extenderunt *G, R.* — [5] desiderio *G, R.* — [6] miserandum *R.* — [7] ex t. a. *additum ex R.* — [8] grave *add. ex G. om. V, ubi scriptum est* no *loco* grave. *In R nihil inter* et *et* suave.

sum, sed tribuat desiderio te obtinendi tam ingens incrementum ut tui diuturnam absentiam non patienter sed impatienter, attamen laudabiliter sustineam. Cor siquidem caritate [1] totaliter vulneratum non valet nec debet absentiam tui diuturnam patienter ferre, sic videlicet 5 ut ab inquisitione cesset [2] vel laborem te quærendi et obtinendi dimittat [3]. Ergo, o bone Jesu, qui permisisti te a Maria Magdalena, dilectrice tua, diu — quasi [4] impatienter tuam præsentiam [5] inquirendo — carere, fac desiderium meum tam vehemens ad te habendum, ut scindatur cor meum et animus meus, et omne illud [6] tanquam abominabile 10 ejiciat quod desiderio te quærendi et obtinendi non militat; oculus meus inconsolabiliter lacrimas effundat, donec te anima mea obtineat. **Insaniens.** Et si, quod absit animæ meæ, o unice consolator, diu te quæri permiseris, crescat in me in tantum [7] te habendi desiderium, vulnerans et vendicans sibi totum et in tantum cor meum, quod præ 15 desiderii excellentia quasi insaniens non valeam consilium accipere nec rationi [8] acquiescere neque consolationem aliam præter te admittere, non retrahi pudore, nec propter difficultatem ab inquisitione cessare. **Dulcis.** Donec te, sponsum amabilissimum, pulcherrimum et [9] dignissimum ac summum bonum unice dilectum, amplectar et 20 habeam, et gustem futuræ beatitudinis primitias spiritus et [10] quam suavis sis tu, Domine Deus meus, ut te dulciter diligam, omnia adversa cum spiritus suavitate sustineam et contra me pugnantem aut [11] me odientem nequaquam amarescam. Tu es enim dulcedo verax, non fallax; dulcedo ineffabilis, incomparabilis [12] et inæstimabilis [13], per 25 quam [14] non solum cuncta amara dulcorantur, sed etiam singula hujus mundi dulcia fastidiosa efficiuntur. Amen.

Quinta pars. Avara [15]. Domine Jesu Christe, bonorum omnium pretiosissime, nobilissime et delectabilissime, ostende mihi tuam bonitatem [16], bonitatis suavitatem et suavitatis tuæ delectabilitatem, et per 30 hæc excita in me dilectionis agilitatem [17] ac irrita in desiderio meo te habendi aviditatem, ut avide diligens habeam sanctam avaritiam ad bene agendum, sancte vivendum, in meritoriis actibus proficiendum et ad te apprehendendum. **Insatiabilis.** Qui, postquam te de tua piissima pietate apprehendi et gustari permiseris et irritato desiderio 35 te subtraxeris, excita in me vicibus iteratis tam insatiabilem esuriem per alternatam [18] visitationem ac suavitatis tuæ aut [19] consolationis immissionem ut hic te insatiabiliter quæram et diligam, consolationisque tuæ [20] delectabilis sæpius [21] gustatum beneficium sit mihi dilectionis

[1] *om. G.* — [2] *om. G.* — [3] dimittet *G.* — [4] quæri *G.* — [5] absentia *V.* præsentia *R.* — [6] id *G.* — [7] *ita R.* crescat in tantum *G.* crescat in me t. *V.* — [8] rationem *G.* — [9] ac *G.* — [10] et *om. R.* — [11] ac *G.* — [12] *in marg. V. om. G.* — [13] et inæst. *om. R.* — [14] quem *G.* — [15] amara *G.* — [16] bonitatem *om. R.* — [17] tepiditatem *G.* — [18] alternam *R.* — [19] sibi *R, forsan pro* sive. — [20] *om. R.* — [21] sæpe *G.*

insatiabilis non remedium sed irritamentum, crescens ad talem amoris statum quod, variis disciplinis, castigationibus et [1] exercitiis utriusque hominis ex amore insatiabili multiplicatis, sic in utroque homine mortificer. **Languens**. Ut omnia mundi delectabilia mihi sint amara et ex tuæ gratiæ influentia ad te, dominum meum Jesum unice dilectum, habeam intensum et languidum desiderium, inducens animæ meæ languorem, amoris potius quam torporis [2], per quem amoris languorem cordialiter cupiam dissolvi, ut sim tecum. Tu quoque, Domine Jesu Christe, mi dilectissime, mihi sis vivere, et mori lucrum, ex tuo amore et desiderii magnitudine. **Inebrians**. Quem amorem et quod desiderium digneris, Domine Jesu suavissime, ex immissione tui gustus et dulcoris quasi ex potatione poculi suavissimi augere et aucta [3] conservare, quousque spiritu inebriato curram post te avide, non curans res temporales nec corporis consolationes, inflammerque [4] tam vehementer ex spirituali [5] ebrietate te apprehendere, ut quæram te et serviam tibi sine omni pudore [6] et formidine. Ita ut nullo pudore vel tribulationis aut [7] mortis timore impediar aut [8] retrahar a tuo famulatu nec possim in aliquo bono temporali hic contentari. Eia, Domine, quis mihi tribuat ut inebries me? Fac me, quæso, unum ex carissimis tuis quos tua dulcedine [9] soles solummodo inebriare. Nam amici tui te dulciter gustantes comedunt et cariores bibunt, carissimi autem [10] inebriantur. **Locupletans**. Inebriati ditantur ex bonis spiritualibus et in conscientia valde exhilarantur. Beatissime Domine, inebria me tua dulcedine, dita et lætifica me, ut omnium bonorum obliviscar exteriorum, et ad illa ita excæcer et insensibilis reddar ex bonorum tuorum repletione et paupertatis dilectione ut [11] non possim curare aut advertere, si jam [12] illa [13] perirent coram me. **Exhilarans**. Gaudeamque vehementer in te plus in adversis quam in prosperis, plus in vituperiis et opprobriis quam in honoribus, laudationibus et divitiis, plus in corporis tribulationibus quam in ejus consolationibus, ut libentius vadam tuum improperium portans ad tormenta infligentes quam ad quoscumque mihi blandientes vel per blandimenta me [14] seducentes. Amen.

Sexta pars. Scatens. Domine, qui de innata pietate tua nulli te dulciter amanti et indesinenter quærenti negas, sed non solum largiter sed etiam supereffluenter te et tua tribuis, non permittens te vehementer amantem desiderio suo fraudari, concede mihi misero dulci amore tuo tam valenter te diligere et tam efficaciter ac supereffluenter influxum [15] tui dulcoris in animam [16] suscipere, ut præ abundantia

[1] *om. R.* — [2] *ita G, R.* corporis *V.* — [3] augmentatos *in marg. V.* auctos *G.* — [4] que *om. G.* — [5] ex spir. *om. R.* — [6] timore *G.* — [7] ac *G.* — [8] ac *G.* — [9] dilectione *G.* — [10] *om. R.* — [11] ut *om. G.* — [12] jam *om. R.* — [13] illa *om. G.* — [14] me *om. G.* — [15] influxum *om. G.* — [16] *ita G, R.* anima *V.*

dulcedinis qua animam meam dignatus fueris replere, effluat dulcedo in cor, ipsum liquefaciens, dilatans et replens in tantum quod non valeat totum dulcorem de superabundantia animæ sibi influxum retinere, sed præ nimia repletione cogatur se aperire et [1] dulcedinem in
5 totum corpus mittere. **Supereffluens**. Hoc est, tuæ dilectissimæ [2] caritatis effluxus repleat omnes animæ et corporis sensus, quemlibet suo modo, in tantum ut de superabundantia dulcedinis in anima fiat in corpus per dulcoris effluxum redundantia et consequenter in proximos per vehementis dilectionis actus, ut singulos caritatis
10 affectu amplectar tam suaviter, præ abundantia boni mihi a te dati, quod terra et cœli mihi appareant melliflui et omnes homines caritate pleni et sine defectu valde boni. **Sapiens**. Sic tamen quod tam circa me quam circa alios discretionis moderamen non excedam, sed ex dono tuo caritatem habeam sapientem, ne spiritus suavitatis me circa
15 correctiones nimis remissum aut spiritus austeritatis vel propriæ reputationis nimis rigidum vel austerum aut elatum efficiat, aut [3] etiam spiritus singularitatis callidissimus me seducat et præcipitet; sed, o sapientissime Domine, concede mihi, ut laqueos Satanæ et ejus astutias possim evadere et te amabilissimum fortiter, ardenter,
20 dulciter, sapienter et perseveranter amare. Non enim est humanæ industriæ nil faciendum negligere, nunquam negligenda admittere, nullibi errare et nihil supra vires attentare. Igitur, o sapientia increata, regula discretionis, spirituum ponderatrix et regulatrix, concede mihi sapientiam singula debite regulantem, i. e. discretionem, virtu-
25 tum custodem ac moderatricem. **Insuperabilis**. Ut vis mea rationalis nulla calliditate mundi, carnis vel diaboli possit decipi, ut [4] nec [5] vis mea concupiscibilis repleta tua dulcedine aliqua delectatione mundi aut affectione carnali possit illici, neque vis mea irascibilis a te [6] confortata et in te quietata aliqua impugnatione hostili possit indebite
30 turbari; sed tribue ut valeam te insuperabiliter amare. **Infatigabilis**. Ac [7] in tuo sancto servitio bene agendo ac sancte vivendo pro loco et tempore possim nunc et semper infatigabiliter permanere. Hoc mihi tribuas, Jesu Christe, qui vivis æternaliter et regnas. Amen.

Septima pars. Inseparabilis. O [8] Domine Deus, qui te deserit, in
35 se deficit et in nihilum vadit, tanquam spiritus vadens et non rediens; et hoc semper circa me fieret, nisi manus tua potentissima me servaret et, ne ego [9] desererem te, amor tuus [10] me tibi copularet. Uni ergo animam meam tibi, o omnipotentissime Domine, tam fortiter et intime, ut unus tecum efficiar spiritus, et facilius possit anima mea [11]

[1] ac *R.* — [2] dulcissimæ *G ; idem in R, sed in marg.* — [3] austerum efficiat vel elatum, aut *G. Ante* aut *add.* ne *V.* ne etiam *R.* — [4] ut *om. R.* — [5] nec *om. G.* — [6] a te *om. R.* — [7] Ut *G.* — [8] O *om. R.* — [9] ego *om. R.* — [10] am. t. *add. ex G. omm. V, R.*
[11] mea *om. G.*

a proprio corpore quam a te separari, ut possim fiducialiter cum apostolo dicere: *Certus sum quia neque mors neque vita nec creatura aliqua,* etc. *poterit me separare a caritate quæ est in Christo Jesu Domino meo.* **Inamissibilis.** Possem autem hoc aliquando dicere nimis præsumens de me et non totaliter inniti [1] gratiæ tuæ, et sic aliquando te deserere et separari a te. Idcirco humiliter deprecor te per tranquillissimam mansionem qua ab æterno in sinu Patris immobiliter et inavolsibiliter [2] accubuisti, ut animam meam ligatura caritatis tuæ tibi ita inamissibiliter alliges, ut sciam esurire et sitire, abundare, penuriam ac tribulationem pati et circa singula mihi occurrentia sic me gerere, ut tibi semper inseparabiliter adhæream et te inamissibiliter conservem. **Immortalis.** Vitiis, carni et mundo moriar, tibi soli vivam et tibi seu gratiæ tuæ ultra non moriar, per caritatem tibi conjunctus immortalem. [**Excellenter magna** [3].] Domine Deus magne et admirabilis, cujus magnitudinis non est finis, da mihi te excellenter magnifice diligere per caritatem excellenter magnam, quæ sit impassibilis et immortalis, ut injurias non sentiam, omnibus libenter me impendam, amicis et inimicis, laborando, me fatigando, tribulationem, jacturam rerum vel corporis periculum patiendo; et, si opus fuerit, animarum salutem per mortem meam procurare, quod hanc absque trepidatione [4] valeam sustinere. Eia, Deus meus, caritas immensa et infinita, tribue mihi te et proximum diligere ex caritate tam magna, ut aliorum salutem ita intense desiderem sicut meam et de aliorum defectu ita sicut de meo doleam, ac de aliorum profectu ita sicut de meo gaudeam, habeamque illam ex tua caritate confidentiam quod non oporteat me damnari [5] propter peccata mea heu! magna et multa, sed ex tua superabundante gratia non timeam retardari animam meam a gloria tua mox cum fuerit a corpore separata, sitque mihi ex tua magna dilectione vita in tædio et mors in desiderio, ut sim ex dilectione magna [6] tecum. Ob hoc, Domine beatissime, dignissime et benignissime, concede mihi misero, qui te indigne diligo, ad te digne diligendum ardorem caritatis ita intensum et ignitum et desiderium quod sit ita vehemens, insatiabile et impetuosum, ut sitis in me diligendi te sit inextinguibilis et esuries te fruendi insatiabilis et ut, si mille cordium vires haberem, illas mox totaliter libenter expenderem, et mortem corporis qualemcumque propter te sustinendam libentissime perferrem. **Cordis effractiva.** Crescat caritas tua, amantissime mi Domine, ad diligendum dignissime, in tantum ut supra [7] vires naturales prævaleat, eas tendat, extendat, frangat et corrumpat; vitam naturæ supe-

[1] inniti *postea mutatum fuit in* innitus *R.* — [2] et inavols. *om. G.* — [3] *add. ex R, ubi in marg. Deest in V.* — [4] tribulatione *G.* — [5] damnari *om. G.* — [6] ex d. m. *om. G.* — [7] super *G.*

rans et extinguens, vitam gratiæ adducat et animam meam ad vitam gloriæ introducat, ut tecum æternaliter vivat et regnet. Amen.

Conclusio addenda ad quamlibet particularum septem jam præmissarum. Hucusque, Domine Jesu amabilissime, per gradus 5 caritatis venerabili dominæ Dorotheæ, amatrici tuæ, concessos te rogavi quibus potui verbis et desideriis ut te diligerem. Ad hoc enim tendit oratio mea et meditatio eorum quæ in diligendo deberem habere, ut te perfecte diligerem. Domine, diligo te, sed [1] parum ; diligam te fortius et adhuc validius, tua opitulante gratia. Domine Jesu 10 Christe, adjuva infirmitatem meam, ut te toto corde, tota anima, tota mente, tota virtute et [2] ex omnibus medullis et viribus intimis diligam. Diligam te, Domine, fortitudo mea, firmamentum meum et refugium meum et liberator meus. O quando veniet quod desidero, ut in amoris tui abyssum totus ingrediar, absorbear et abscondar in abscon- 15 dito faciei tuæ a conturbatione hominum et a tribulatione peccatoris? O amator hominum, qui vis amari ab hominibus, concede mihi indigno homuncioni, servo tuo emptitio, amorem tuum talem et tantum quali et quanto teneor amare te. Hoc est desiderium animæ meæ: quamvis sit heu! nimis tepidum et remissum, desidero tamen ex dono tuo ut in 20 tantum amem te quantum teneor te amare. Et ne hoc desiderium mihi sit infructuosum, fac me talem amatorem tuum qualem me vis esse. Fateor, Domine, et cognosco, te me docente, me non in tantum amare te quantum teneor; et adhuc longe minus diligo te quam tu diligis me. O spes cordis mei, virtus animæ meæ, auxilium infirmitatis meæ, com- 25 pleat tua potentissima benignitas quod conatur implere et non valet mea tepidissima imbecillitas. Perfice desiderium quod inspirasti et concede mihi amorem tuum castum, ignitum et perfectum, quem me immeritum tua gratia præveniendo desiderare fecisti. Converte, misericordissime Deus, meum teporem in ferventissimum tuum amorem. 30 Ne avertas faciem tuam a me propter meam fœditatem, nec obtures aurem tuam propter precum mearum indignitatem, neque efficiaris mihi inexorabilis propter peccatorum meorum multitudinem aut [3] nimiam quantitatem ; sed aperi oculos tuos et respice super servum tuum quem emisti pretioso sanguine tuo [4]. Inclina aurem tuam, audi et 35 exaudi me ; effice de gratia tua dignativa preces meas exaudibiles in conspectu tuo. Da, clementissime Domine, desiderium cordi meo et verbum ori meo quod te delectat audire et exaudire, ut impetrare valeam amorem quo te teneor amare. Per intercessionem, merita et amorem dignissimæ matris tuæ Mariæ et omnium eorum qui unquam 40 recte dilexerunt te, et propter delicias, complacentiam et delectationem, quas unquam in una amante anima habuisti et propter caritatem [5]

[1] heu *add. R.* — [2] et *om. R.* — [3] ac *G.* — [4] tuo *add. ex R.* — [5] tuam *add. G, R.*

nimiam [1] qua homo fieri et nos redimere voluisti; quam caritatem etiam per ea quæ passus es nobis insinuare decrevisti, ut te diligeremus [2] sicut dilexisti nos. Hæc in me efficiat et perficiat Spiritus sanctus, unus cum Deo Patre et tecum Deus in æternum benedictus, laudabilis et gloriosus. Amen. 5

Explicit oratio seu meditatio facienda pro caritate divina salubriter et continue habenda [3].

Incipit prologus qui, licet communiter omnibus venerabilis [4] dominæ Dorotheæ libris posset præmitti, specialiter tamen debet ultimis VII tractatibus unum librum constituentibus 10 anteponi, qui appellatur Septililium.

Capitulum primum prologi. Scriptor gestorum venerabilis dominæ Dorotheæ non valuit convenienter se, ne scriberet hunc librum et libros alios, excusare.

De caritativis gradibus et caritativis exhibitionibus per Dominum 15 Deum, qui caritas est, dilectæ suæ sponsæ, dominæ Dorotheæ, verbo [5] et opere demonstratis loqui, merito pertimesco, utpote [6] caritate carens et carie [7] carnis plenus, tum quia vereor, abundante in me iniquitate et caritate refrigerante, me non bene intellexisse idioma caritatis ignitum, quod nemo veraciter novit nisi qui accipit, sed potius linguam 20 hujus idiomatis fuisse et esse mihi barbaricam, juxta sententiam beati Bernhardi super Canticum, sermone LXXIX, sic dicentis: „ Non potest omnino capere ignitum eloquium frigidum pectus. Quo modo enim græce loquentem non intelligit qui græcum non novit, nec latine loquentem qui Latinus non est, et ita de ceteris: sic lingua amo- 25 ris erit ei barbara qui non amat; „ — tum quia, si quid intellectu reperi [8] vel tenui, nec hoc quidem digne explicare sufficio. Rudibus vero et indignis verbis describere nobilem [9] materiam, non minus indecens est quam si quis filiam regis pulcherrimam sacco vestiat cilicino: cujus quidem nativa pulchritudo etsi in nullo diminuitur, 30 minus tamen delectabiliter inspicitur in vesti turpi quam pulchra, et quasi lamentum inducit intuentibus in continua conjunctione [10] deformis habitus faciei gratissimæ et formosæ. Sic et hic timeo minus gratam reddere gratissimam et dulcissimam materiam, quamvis in se

[1] *om. G.* — [2] diligemus *G.* — [3] facienda-habenda *om. G.* — [4] venerabilis *om. G.* — [5] in verbo *G.* — [6] ut *G.* — [7] *add. ex G et C (id est* codice Cracoviensi, *qui, ut monuimus, omissa Oratione prævia, incipit a prologo).* — [8] intellectum cepi *G.* — [9] *ita G.* notabilem *V, C.* — [10] *ita G.* conjunctio *V, C.*

propter sui[1] amœnitatem sit et omnino permaneat delectabilis et suavis, venerabili Richardo in libello *De violenta charitate* testante, qui ait: „ Dulce quidem et omnino delectabile est loqui de dilectione; jocunda materia et satis copiosa est, quæ omnino non possit generare
5 tædium scribenti vel fastidium legenti. Sapit enim supra modum cordis palato quod caritate conditur. „ Sane propter caritatem et jam præmissam rationem pronus essem cedere cuilibet qui sciens, amans et eloquens pro dignitate rei subjectæ et exigentia materiæ apta verba, pertinentes concordantias et declarationes adduceret rationa-
10 biles et congruas rationes. Verum, quia nescio quo[2] Dei judicio mihi pauperi plus quam cuicumque viventi de his datum est singulariter audire et prout homo per hominem discere potest qui erat in experimentali cognitione, necnon sic injunctum est mihi desuper a Deo quod nulla in conscientia mea recusatio vel excusatio locum habet: nemo
15 causetur, quod ego sciens insufficientiam meam me de hac re intromitto quodammodo coactus, ad quam tamen gaudens essem et ultroneus, si tanta[3] insufficientia non obstaret. Porro, quamvis in materia caritatis detractio, quæ non est amoris sed odii, nullum jure locum habeat, utpote eidem contraria et repugnans, et ego nihilomi-
20 nus satis verear contra me et dicenda æmulationum judicia et contradictiones insurgere, non tamen ob hoc possum a tam delectabilis materiæ conceptu et sic injuncto opere resilire[4]. Quia, si quis me sine ratione persequitur[5], similis habendus est cani qui phantasticis clamoribus plus se gravat quam aliis noceat, dum aera vane mordet. Si
25 quis vero me rationabiliter invaserit, gratum habebo[6] et suscipiam ipsum ut veritatis amicum. Et cum multi modi sint scripta et dicta impugnandi, duo pro præsenti mihi sunt magis suspecti: unus si impugnetur historia rei gestæ, ut videlicet dicatur non esse veritate[7] subnixa; alius est de soliditate materiæ, ut videlicet dicatur quod
30 hæc materia non sit sacræ Scripturæ consona vel ratione fulcita. Quia vero quoad primum nec pro me nec contra me directe[8] potest auctoritas haberi[9] vel ratio, — historiæ enim non possunt directe per rationem probari, nisi auctoritate Scripturæ; nam qua ratione posset probari quod Abraham habuit duos filios, si hoc Scripturæ auctoritas
35 non haberet? — hinc est quod donec in dicendis infra aliquid videatur Scripturæ vel rationi dissonum, nemo vel modicum rationis habere potest mihi assertive contradicendi aut me arguendi de falso vel salutis meæ immemorem judicandi, nisi sibi magis aut æque constet non esse sic actum ut scribo. Et quia certus sum quodammodo præter tres

[1] suam *G.* — [2] quomodo *G.* — [3] tantum *G.* — [4] transsilire *G.* resilere *C.* — [5] persequetur *G.* — [6] habendo *C.* — [7] sub veritate *G.* — [8] dicere *G.* — [9] haberi *om. G.*

personas (1) neminem de hac materia caritatis, Spiritus sancti missionis, Eucharistiæ, raptus et vulnerationis quidquam scire a venerabili domina Dorothea sine speciali [1] divina revelatione vel alicujus dictarum personarum relatione, saltem originaliter, ideo credo, propter quod et loquor, quod præter prædictas tres personas assertive mihi contradicere volens in asserendo incertum, ne [2] falsum dicam, ponit se sine omni necessitate in mendacii periculum; qui autem amat periculum, peribit in illo. Eccl. II [3]. Si vero cuiquam secundo modo impugnandi videatur aliquid in materia dicendorum rationi vel Scripturæ non consonum sed dissonum, ut me in hoc veritatis æmulatorem exhibeam et ad investigandum veritatem ipsum quodammodo adjuvem, volo planiori modo quo possum motiva mea proponere ex quibus mihi videtur [4] distinctio graduum caritatis et actuum ejus sponsæ Christi prædictæ ostensorum sacræ Scripturæ et rationi non esse dissona sed consona et conformis.

Capitulum secundum prologi. Quod caritas habeat gradus et sit habitus infusus.

Primo quidem in generali et postea in speciali, ubi opportunitas et facultas affuerit [5], præsupposito semper Dei auxilio, de cujus assistentia semper [6] spero. Si igitur primo quis æstimet [7] nimiam esse multitudinem graduum caritatis hic positorum et supergredi gradus per doctores hucusque descriptos [8], advertat quia, si quis sciret omnes gradus qui hinc inde distincti sunt et dispersi per doctores, forsitan multo plures inveniret quam hic sunt positi. Sed esto [9] quod omnes gradus caritatis usque ad hæc tempora reperti per doctores sint his in numero pauciores : — cum tamen aliquis doctorum posuit tres, alius quatuor valde differentes ab illis, aliquis sex, aliquis posuerit [10] decem, — quis audet asserere quod ipsi omnes reperibiles gradus invenerunt [11]? Cum, sicut innumerabiles sunt gradus in aliis qualitatibus, tam primis quam secundis, nedum corporalibus sed etiam spiritualibus, ut in scientiis et virtutibus, sic etiam videtur sentiendum [12] de gradibus caritatis [13]. Unde Richardus in libro præallegato : „ Magna, inquit, vis dilectionis, magna vis caritatis, multi gradus in ea et in ipsis magna differentia. Et quis eos digne distinguere vel saltem dinumerare sufficiat? „ Nec obstat si quis dicat : aliæ qualitates sunt intensibiles et remissibiles, sic autem non est de caritate, quæ potest intendi et non remitti. Nam ex

[1] *ita V, G.* spirituali *C.* — [2] *ita G.* ut *V, C.* — [3] E. II. *om. C.* — [4] videatur *G.* — [5] affuerint *C.* — [6] *ita G.* super *V, C.* — [7] æstimat *G.* — [8] scriptos *G.* — [9] *ita C.* æstimo *V, G.* — [10] pos. *om. C, G.* — [11] invenerint *G.* — [12] sciendum *G.* — [13] carit. *om. G.*

(1) Cfr. Monitum prævium, numm. 1, 2.

quo est intensibilis, hoc est per gradus distinctos. Quod autem sit intensibilis, patet per beatum Augustinum ad Bonifacium dicentem: " Caritas meretur augeri, ut aucta mereatur et perfici. „ Idem dicit super Canonicam primam Johannis, homilia V. Etiamsi caritas non
5 est remissibilis per actus humanos, eo quod per peccata venialia caritas quoad substantiam in nullo minuitur, per peccatum vero mortale tota tollitur, cui[1] tamen dubium quin per Dei potentiam[2] sit remissibilis, sicut per ipsum augetur et intenditur? Et si quis dicat: Non est[3] simile de caritate et de aliis virtutibus, quia aliæ habent latitu-
10 dinem continuam, sic autem non videtur esse de caritate quod continue augeatur, sed acquisita certa dispositione gradatim infunditur: Respondetur quod, licet posset[4] hoc probabiliter negari, quia certum est quod habens caritatem exercendo opera caritatis acquirit aliquem habitum, qui habet ita bene latitudinem continuam sicut alius habi-
15 tus animæ, vel scientiæ vel virtutis. Et non minus certum est quod qualemcumque rem vel habitum Deus causat per creaturam, talem potest facere per se sine creatura, et ex nobis dubio forsan talem facit, etiam posito quod non semper eum sic augeat. Admisso tamen gratia argumenti quod caritas non habeat latitudinem continuam,
20 adhuc dicitur quod hoc non impediat quin[5] caritas sit intensibilis et habeat gradus. Præterea caritati convenit omnes actus virtutum agere, sicut patet per apostolum, I Cor. XIII dicentem: *Caritas patiens est, benigna est,* etc. *Omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet.* Nunc autem cuilibet inquirenti constare potest quod numerus virtutum
25 quadragenario numero valde appropinquat, si eum non attingit. Cum ergo una virtutum alia sit altior, sicut cardinales sunt aliis virtutibus moralibus altiores et theologicæ sunt altiores cardinalibus et una theologicarum[6] est alia sublimior, sicut patet per apostolum, I Cor. XIII d: *Modo manent[7] fides, spes, caritas, tria hæc; major autem horum cari-*
30 *tas:* cur non etiam caritas similiter in gradibus dominetur, sicut in virtutibus dominatur, cum virtus non sit nisi amor ordinatus et boni vel mali mores non sint nisi boni vel mali[8] amores? Ad idem ex consimili fundamento arguitur: Cum Deus ita videatur fecisse de caritate respectu virtutum, sicut si dedisset uni de speciebus generaliter[9] omnes
35 virtutes simul quas aliæ species aromaticæ habent divisim et particulariter, sicut nonnulli æstimant de balsamo ratione specierum et herbarum quæ curativæ sunt, quod quidem etsi[10] in toto non est, in parte tamen videtur esse verum, quia[11] omnes herbæ simul collectæ non ita perfecte sanant vulnus quod etiam cicatrix non remaneat,

[1] cum *C.* — [2] quia per Dei *codd.* clementiam *G.* — [3] esse *G.* — [4] possit *G.* — [5] quando *G.* — [6] theologica *G.* — [7] manet *G.* — [8] mores-mali *om. C.* — [9] *ita G.* simul *V.* g. s. *C.* — [10] si *G.* — [11] quod *G.*

sicut dicitur fieri per balsamum. Et, si nec in parte verum esset[1], Deus tamen potuisset sic fecisse; nunc autem constat quod quælibet specierum aromaticarum fortius et agilius agit secundum unam sui proprietatem quam secundum aliam[2] et secundum eamdem proprietatem fortius in uno subjecto quam in alio, et secundum hoc a medicis distinguuntur in gradibus et applicantur hominibus. Cum ergo aliter et ad aliud inclinet fortitudo, aliter liberalitas, aliter temperantia et sic de aliis virtutibus, et quælibet earum plus efficit in homine bonæ complexionis et exercitato quam in non exercitato aut grossæ naturæ, et secundum illam efficaciam et inclinationem ac vim in operando distinguuntur gradus earum, cur non ita erit de caritate, quæ omnia opera eorum agit vel saltem ad ea coagit, utpote omnium virtutum forma? præsertim cum plures, majores et velociores nobilioresque in bono et detestabiliores in malo sint et fiant dispositiones et mutationes mentium quam corporum, et operosior ac[3] efficacior in agendo sit gratia quam natura, quia elevat hominem ad opera quæ sunt super naturam valde alta. Præterea cum[4], ut ait Augustinus libro III de Civitate Dei, cap. xviii, et concordat in homilia super primam Canonicam Joh., sola caritas dividat[5] inter filios regni æterni et perditionis æternæ, et secundum gradum caritatis detur præmium æternæ beatitudinis et beatificæ fruitionis in patria, ubi, sicut dicitur Joh. xiiii, *Mansiones multæ sunt,* quas ipsa caritas facit et ædificat; sic dicit beatus Bernhardus super illud[6] Joh. xiiii ibidem: *Si quis diligit me, sermonem meum servabit, et Pater meus diliget eum et ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus:* quid ergo restat nisi ponere tot gradus caritatis quot sunt gradus et distinctiones[7] præmiorum in cœlo, ex quo majori caritati debetur majus præmium et minori minus? Erunt ergo non solum xxxvi gradus, sed trigesies sexies sex et adhuc incomparabiliter multo plures. Hoc potest confirmari per illud I Cor. xv: *Stella differt a stella in claritate, quia alia claritas solis, alia lunæ et alia stellarum.* Sed constat quod uni et eidem secundum diversos status debetur diversum præmium, sc. majus et minus; sed præmii magnitudo substantialis correspondet quantitati caritatis non secundum fervorem sed secundum substantiam, quia minori caritati minus præmium et majori majus correspondet et tribuetur. Sed caritas in patria non habetur major secundum substantiam quam hic est acquisita vel hic acquiritur. Igitur, cum innumerabiles sunt præmiorum distinctiones, erunt et caritatis gradus innumerabiles. Confirmatur hoc idem secundo: In patria erunt gradus fruitionis et amoris secundum claritatem visionis, juxta illud Joh. xvii:

[1] est *C, G.* — [2] agit *et* quam secundum aliam *om. G. Post* secundum unam *add. V, C redundantia:* proprietatem quam aliam, immo fortius secundum unam. — [3] et *G.* — [4] cum *om. G.* — [5] dividit *G.* — [6] idem *G.* — [7] meritorum seu *add. G.*

Hæc est vita æterna, ut cognoscant te, solum verum Deum, et quem misisti Jesum Christum; ibi autem unus clarius alio[1] videt divinam essentiam : valde differenter igitur et ardentius amat et delectabilius Deo fruitur. Dicit etiam B. Gregorius super Ezechielem: „Quantum quis
5 credit, tantum sperat, amat et operatur; „ et si hoc est in via, multo fortius erit correspondenter et in patria, ubi fidei hic habitæ correspondet visio et spei tentio vel fruitio et caritati[2] hic habitæ dilectio. Concluditur ergo ut prius. Amplius: Qualemcumque habitum caritatis potest hic quis[3] per operationes acquirere, talem et taliter
10 inclinantem potest Deus per gratiam infundere et efficere, immo talem calorem[4] dat vel infundit de quanto quis adhuc rationabiliter tendit. Absit enim ut aliud credatur quam quod Dominus Deus hominem pro viribus tendentem ad aliquod bonum virtutis maxime necessariæ ad salutem, auxilium gratiæ suæ tribuat. Sed homo potest acquirere
15 per operationes habitum inclinantem ad amorem impretiabilem, longævum, latum, spatiosum, radicatum, stabilem, continuum, ferventem, ardentem et sic de aliis gradibus caritatis. Igitur Deus talem potest infundere; immo homini ad talem rationabiliter conanti quantum in se est, talem dat vel infundit. Minor declaratur: Quia homo
20 potest multas tales operationes elicere, sic optando: O utinam haberem amorem impretiabilem et nihil æstimarem alia in comparatione Dei! Vel sic: O utinam habeam amorem longævum, qui diu duraret, vel amorem stabilem, qui nunquam moveretur aut[5] mutaretur in non amorem! Vel sic potest homo operationes elicere ad amorem arden-
25 tem, desiderando sic: Domine Deus, qui ignis es et nunquam extingueris, accende me tuo igni[6] quem venisti mittere in terram, ut nunquam tepescam[7] sed semper ardeam. Et sic pro aliis gradibus consimiliter potest quis operationes, meditationes et orationes multiplicare, elicere vel formare[8], ex quibus habitus illius amoris genera-
30 retur. Nam secundum qualitatem et dispositionem operum generatur habitus, et ad tales etiam operationes[9] inclinat habitus; quare etiam merito a talibus denominationem sortitur. Per hoc argumentum posset argui de quolibet graduum infrascriptorum specialiter, hoc solo cauto[10] quod, ubi ponitur aliquis terminus a corporalibus sumptus et
35 spiritualibus non proprie conveniens, ibi intelligatur: eo modo quo animæ potest convenire hoc, ut in amore scatente, vulnerante vel cordis fractivo. Nihilominus tamen aliqui habitus et eorum actus aliquam corporalem operationem vel mutationem in corporibus vel sensibus vel etiam in corde hominis aliquoties efficiunt. Nec est hoc

[1] alio *add. ex G. deest in V, C.* — [2] caritatis *codd.* — [3] quis *om. G.* — [4] calorem *add. ex C.* — [5] ac *G.* — [6] igne *C.* — [7] *ita C, G.* requiescam *V.* — [8] *in marg. V et in textu C add.* juxta formam in meditatione de caritate prius positam. — [9] generationes *G.* — [10] tanto *G.*

mirandum, cum multi talia fiant ex amore carnali, immundo et diabolico, ut patet per venerabilem Richardum in libro [1] *De violento amore* superius allegato, hoc maxime attento quod habitus gratuiti naturalium virium et acquisitorum habituum potentias sine comparatione transscendunt, prout multi doctores dicunt; et ultra hoc Deus, qui est mirabilis in sanctis suis, multa in ipsis miraculose et supernaturaliter operatur. Hic est advertendum quod propter omnia prædicta nullus debeat putare me velle multitudinem distinctorum habituum secundum numerum graduum ponere, qui diversos dicerentur habere effectus, licet Domino Deo hoc non sit impossibile. Dico autem quod caritas infusa sit habitus a Deo creatus et infusus, ab aliis virtutum habitibus distinctus, secundum speciem unicus, non solum in uno homine sed etiam in singulis viatoribus caritatem habentibus, perficiens voluntatem, quam informat et elevat ad summum bonum ac [2] proximum recte diligendum. Et hic actus, videlicet diligere, est ejus actus præcipuus, cui subordinantur alii caritatis actus, ut sunt fortiter vel stabiliter aut sapienter diligere, ferventer ex caritate ardere, inquietari, vulnerari, inebriari etc., qui omnes ab uno caritatis habitu procedunt. Quia, sicut carpentarius eadem securi per varia ingenia varios facit effectus, sic omnium [3] artifex Deus eadem caritate potest in anima diversos actus producere, unum nunc, alium [4] postea; vel, si [5] simul vel quasi simul utrumque faceret [6], adhuc staret quod unus esset intensior vel major alio, et tunc a majori fieret convenienter denominatio; aut, si simul ambo producerentur vel producti essent, adhuc potuisset Dominus Deus monstrare sponsæ suæ, venerabili dominæ Dorotheæ, unum actuum vel effectuum illorum esse productum et illo gradum unum denominare et non ab alio actu, quem ei non ostendit [7].

Capitulum tertium prologi [8]. Ostenditur scribentis intentio, libri ordo et nominis impositio.

Denique de aliquibus caritatis gradibus infrascriptis plus est expressum per Dominum Deum et sponsam ejus quam de certis [9] aliis, et de aliquibus vix nomen et aliqua ejus declaratio. Ideo nemo miretur, si de uno multum et de alio parum fuerit dictum. Et si de aliquo graduum etiam quocumque aliquid posuero ultra dicta Domini Dei vel ejus sponsæ quod [10] ex aliis dictis aut gestis a sponsa vel ex Scripturis vel ratione mihi videbitur [11] pertinens esse, nemo credat

[1] libello *G.* — [2] *ita C.* ad *V.* — [3] *ita G. Legendum forsan* enim *in V.* — [4] alia *C.* — [5] si *om. G.* — [6] facere *G.* — [7] etc. *add. G.* — [8] *codd.* Cap. III. — [9] ceteris *G.* — [10] quid *G.* — [11] videtur *G.*

quod velim asserere sic esse factum; quia tam mirabiliter operatus est Dominus et cum hac sponsa sua, quod ultra expressa per Dominum et sponsam ejus non audeo nec volo neque debeo me intromittere de definiendis modis operum divinorum. Sed quando aliqua [1] talium
5 dixero, intelligo et ab aliis [2] intelligi desidero sic salva veritate fieri potuisse. Hoc facio, non ut de aliquorum dicendorum veritate diffidem, sed solum, ut prætactum est [3], ad obstruendum ora eorum qui forte hæc facta vel dicta tanquam rationi vel Scripturæ sacræ minus consona reprehendere conarentur, nec non ut devotioni piarum men-
10 tium, quæ ædificari voluerint, ad meditandum copiosior materia, securitas et fiducia tribuatur. Postremo est sciendum quod septem tractatus hic secundum suum ordinem collocati, quorum primus est de caritate, secundus de Spiritus sancti missione, tertius de sentimentis Eucharistiæ, quartus de contemplatione, quintus de raptu
15 seu animæ supra se elevatione, sextus de vitæ christianæ perfectione, septimus de confessione, unum constituunt librum, quem nomino *Septililium* quia in eo exprimuntur septem gratiæ valde odoriferæ et venustæ venerabili dominæ Dorotheæ eminenter concessæ, quæ per lilii triplicem virtutem interiorem et quadruplicem dispositionem [4]
20 exteriorem convenienter designantur. Lilium siquidem interius triplicem habet virtutem, videlicet duritiæ [5] splenis mollificativam, mœroris repressivam et doloris mitigativam [6]; exterius autem habet hastile rectissimum, colorem speciosissimum, florem pulcherrimum et odorem gratissimum. Sic *Septililium,* præsens opusculum, cordis duri-
25 tiam mollificat per caritatem, de qua agitur in primo tractatu; mentis mœrorem reprimit per Spiritus sancti consolationem, de qua agitur in secundo; animæ dolorem mitigat per Eucharistiæ sumptionem, de qua agitur in tertio; rectissimum spiritui præbet ascensum per contemplationem, de qua agitur in quarto; voltui dat colorem speciosis-
30 simum post animæ raptum et de lucis regione ad se reversionem, de qua agitur in quinto; conscientiam exornans florere [7] facit pulcherrime per vitæ christianæ [8] perfectionem, de qua agitur in sexto; et animæ gratissimum causat odorem, conservans ejus puritatem per frequentem etiam minutorum [9] peccaminum confessionem, de qua
35 agitur in septimo tractatu. Qui ideo ultimo loco ponitur, quia [10] per integram et nudam omnium peccatorum confessionem quotidie vel quasi quotidie cum magna diligentia ex ingenti caritate factam puritas conscientiæ ac perfectio vitæ christianæ acquiritur et conservatur (1).

[1] aliquid *C.* — [2] his *G.* — [3] sit *G.* — [4] dispositionem ***add. ex G. deest in V, C.*** — [5] *ita G.* duritiem *V.* — [6] et d. m. *G perspicue.* — [7] florem *G.* — [8] *ita G.* humanæ *V.* — [9] inimicorum *G.* — [10] quod *G.*

(1) Ubi non notatur lectio *C,* concordat cum *V*

[TRACTATUS I. DE CARITATE.]

Capitulum I[1]. De triginta sex caritatum gradibus (1) et eorumdem graduum combinationibus (2).

[Primo.] — Caritas, ignis divinus in sacris Scripturis dictus, semper calorem habet, si non fervorem aut ardorem. Ad minus ergo sic calet in quocumque est, quod omni creaturæ Deum[2] præponit, quem præ omnibus et super omnia diligit. Et nisi tanta esset dilectionis Dei excellentia, ut nihil plus nec æque Deo diligeret, caritas vera non esset. Ideo caritas ut sic[3] dicitur impretiabilis et incomparabilis; quia, ut dicitur Eccli. vi, *Amico fideli nulla est comparatio,* et per apostolum dicitur, Phil. ii: *Omnia detrimentum feci ut Christum lucrifacerem,* et in Canticis viii: *Si dederit homo omnem substantiam domus suæ, quasi nihil eam despiciet.*

Secundo. — Non autem sufficit caritati per annum aut diem dumtaxat diligere, sed ad omne tempus suam vult dilectionem extendere, s. prosperitatis et adversitatis, quia per Sapientem dicitur, Eccli. xv: *Omni tempore diligit qui amicus est.* Et ob hoc, quia in longum se extendit, longæva nominatur.

[1] *in cod.* Capit. I, II, *etc., legitur post titulum.* — [2] Dominum *C.* — [3] sit *G.*

(1) Hæc nomina caritatis in Vita Germanica B. Dorotheæ sic exhibentur lib. IV, cap. I, uno addito post duodecimum, ita ut pro 36 ibi legantur nomina 37 (cfr. *Scriptt. rerum Pruss.*, t. II, p. 332, unde hæc nomina exscripsimus):

Dy gōtliche libe hoth siebenunddreysig grad und namen. Der erste gradt ist genant dy unvorgeltliche libe.

II.	Lange libe.	XX.	Unsinnige addir tobinde libe.
III.	Breyte libe.	XXI.	Susse libe.
IIII.	Weyte libe.	XXII.	Geyrige libe.
V.	Unente libe.	XXIII.	Unsetige libe.
VI.	Breyte und weyte libe.	XXIIII.	Sōchende libe.
VII.	Stete addir unoffhōrende libe.	XXV.	Trunckene libe.
VIII.	Tiffgeworczilte libe.	XXVI.	Reyche libe.
IX.	Starke libe.	XXVII.	Frōhliche libe.
X.	Vest steende libe.	XXVIII.	Quellende libe.
XI.	Hitczende bōrnende libe.	XXIX.	Obirflutige libe.
XII.	Sidende libe.	XXX.	Weyse libe.
XIII.	Kleyn begerende libe.	XXXI.	Unōbirwintliche libe.
XIIII.	Gros begerende libe.	XXXII.	Unmūdeliche libe.
XV.	Hoch begerende libe.	XXXIII.	Unapscheydeliche libe.
XVI.	Gewaldige libe.	XXXIIII.	Unvorsorgliche libe.
XVII.	Vorwonte libe.	XXXV.	Untōtliche libe.
XVIII.	Ungeruge libe.	XXXVI.	Obirswentliche grose libe.
XIX.	Ungeduldige libe.	XXXVII.	Hertczbrechinde libe.

(2) Cfr. Vitæ Latinæ minoris capp. 72, 82 (*Act. SS.*, t. XIII Oct., pp. 547, 552).

Tertio. — Quia caritas in calore suo non solum in longum et omni tempore vult diligere, sed etiam suam dilectionem vult ad omnem proximum [1] extendere, tam inimicum quam amicum, ideo lata vel dilatativa nominatur. De qua dicitur Psalm. CXVIII : *Latum mandatum tuum nimis.*

Quarto. — Quia caritas non contentative omnem proximum cum Deo omni tempore diligere non contentatur, sed omne diligibile etiam ordinate vult amare, ut dicere possit illud Canticorum: *Ordinavit in me caritatem.* (Quatuor autem sunt secundum Augustinum diligibilia, libro primo de Doctrina Christiana. Unum est, quod est supra nos, scilicet Deus, qui supra omnia est diligendus; aliud est, quod nos sumus; tertium est, quod circa nos est [2], sc. proximus, qui ut nos est diligendus; quartum est, quod [3] infra nos, sc. nostrum corpus, quod minus quam nos aut proximus est diligendum.) Caritas ergo diligens ordinate omnia diligibilia in quocumque statu vel tempore, dicitur ampla vel ampliativa vel bene ordinata, quia non solum id quod est diligit, sed etiam id quod nondum existit diliget ordinate, cum factum fuerit.

Quinto. — Caritas in diligendo sic calet quod actum suum, sc. dilectionem, ad omnem hominem præteritum et futurum et non solum ad præsentem extendere desiderat, et ad nullum tempus quantumcumque longum imaginarie consideratum se terminat [4] seu terminum suæ dilectionis sibi deputat, sed perpetue diligere optat. Ideo non terminata dicitur et appellatur.

Sexto. — Hanc dilectionem quam caritas gerit ad omnem hominem, non solum habet in habitu vel affectu, sed etiam eam ostendit in effectu, secundum doctrinam Joannis apostoli dicentis, I Jo. III : *Filioli, non diligamus verbo neque lingua, sed opere et veritate.* Studet ergo quantum in se est omnibus prodesse quos cernit internis seu externis indigere, quia secundum apostolum *caritas non quærit quæ sua sunt, patiens est, benigna est.* Idcirco longe et late [5] in spiritu hominum contemplans miseriam eis studet subvenire, et si non valet in exteriori opere, saltem subvenit pro eis flendo et fideliter orando, et secundum hoc opus caritas dicitur lata simul et spatiosa aut forte melius perambulatoria.

Septimo. — Quia caritas, sive magna sive parva fuerit, non otiosa sed operosa existit, actus dilectionis pro loco et tempore exercens et frequentans, cogitat illud apostoli, Thess. III : *Qui non laborat, non manducet.* Sic caritas dicitur frequentativa seu continua, juxta illud I Petr. III : *Ante omnia mutuam in vobismetipsis caritatem continuam habentes, quia caritas operit multitudinem peccatorum.*

[1] se *add. G.* — [2] *add. ex C, G. om. V.* — [3] est, quod *om. C.* — [4] *codd.* terminet. — [5] et l. *om. G.*

Octavo.—Ex præmissis actibus frequentatis caritas radicatur tanto profundius quanto plus frequentat suos actus; et sic dicitur profunde radicata, juxta illud apostoli ad Eph. III: *In caritate radicati et fundati, ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis quæ sit longitudo, latitudo, sublimitas et profundum.* Hoc tractans B. Bernhardus, libro V ad Eugenium papam, dicit: *Si perseveranter et longanimiter dilexeris, longitudinem habes; dilata amorem tuum usque ad inimicos, tunc latitudinem tenes; esto etiam timoratus in omni sollicitudine, tunc sublime profundumque apprehendisti,* supple : caritatis. Nam qui ex amore timet ne a dilectione cadat, quando in sublime erigitur aut in profundum dejicitur [1] sibi de periculo cavet [2], satagens ut in caritatis radice perseveret.

Nono. — Fortis efficitur et dura postquam fuerit radicata, sicut in Canticis VIII [3] dicitur: *Fortis est ut mors dilectio tua* [4], *dura ut infernus æmulatio.* Mors vitam naturalem extinguit; caritas vero vitam bestialem et omnem carnis et mundi concupiscentiam occidit. Mors nulli parcit; caritas autem se odientes ac mortem sibi inferentes vivificat et diligit. Infernus usque ad ultimum quadrantem de peccatis exigit ultionem; caritas vero aliis de facili ignoscens suum possessorem ad purum decoquit, ipsumque in puritate deinceps custodit, fortis ut mors in aggrediendo et agendo, sed fortior in continuando, fortissima vero in perseverando et mala perferendo. Transit enim per bonam et malam famam, sustinet inopiam, ægritudinem, inimicitiam et mortem, quæ omnium terribilium est quoddam terribilissimum.

Decimo.—Sic radicata caritate et roborata magnificatur tanta firmitate quod nulla possit adversitate dejici aut a dilectionis opere removeri pro loco et tempore, tam circa inimicum quam circa amicum, quibus non solum in præsenti gratiam et in futuro gloriam optat, sed etiam indigentiæ eorum succurrit pro posse et ministrat; et dicitur caritas stabilis et firma ac bene roborata, non reddens malum pro malo, sed e contrario bonum pro malo et benedictionem pro maledicto; immobiliter stans suffert omnia, et virtuose agit et patitur universa [5]. Nimirum quia caritas ædificata est supra firmam petram, et ideo erit stabilis; scriptum [6] enim I Cor. XIII: *Caritas omnia suffert, omnia credit, omnia sustinet.*

Undecimo. — Ex caritate inimicis benefaciens congregat carbones super caput ejus, quia nec ipse posset talia ex caritate agere, nisi esset fervens ex caritatis igne : toties ergo opera supererogationis multiplicat, quod ignis divinæ caritatis ipsum de fervore in ardorem ducit eumque ferventer incendit; et tunc dicitur caritas ferventer ardens,

[1] ejicitur *G.* — [2] cavens *G.* — [3] Cant. *tantum G.* — [4] tua *om. G.* — [5] (omnia-univ.) *ita C.* omnia et virtuose et patitur omnia *G.* omnia et *om. V.* — [6] dicitur *G.* scriptum est *C.*

de qua in Evangelio Lucæ [1]: *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis?*

Duodecimo. — Hic ardor toties et tamdiu continuatur, quod ab homine vehementer ignito et inflammato non solum sudorem educit [2], 5 sed etiam de incendio fumum et vaporem quasi de olla bulliente emittit. Et tunc dicitur caritas bulliens. Unde in Job, XLI [3], dicitur: *De naribus ejus fumus procedit sicut ollæ succensæ et ferventis.* Si alicui placuerit hanc caritatem bullientem præcedenti præponere, poterit hoc facere hac vel alia ratione. Nam per [4] prius est fervere, quod fit 10 in caritate bulliente, quam ardere, quod fit in caritate ardente. Hujus potest exemplum accipi: quia ligna tunc primum sunt apta ardendo lucidam emittere flammam, quando prius in eis ignis fervore humiditas est extracta [5] et viriditas est consumpta. Sic anima per ferventes lacrimas a caritate bulliente generatas a sorde peccati purgatur 15 et per fervorem caritatis ab humore concupiscentiæ exsiccatur.

Tertiodecimo.— Ex magno ardore et vehementi inflammatione caritatis divinæ exsurgit desiderium ferventer intensum ad Dominum, quod omne aliud desiderium expellit quod sibi non deservit; et sic caritas transit in statum altiorem et accipit nomen magnifice et 20 ferventer desiderans. Hinc Daniel. IX, Daniel vir desideriorum dicitur, quia magnum et fervidum ut populus a captivitate liberaretur habuit desiderium.

Quartodecimo.— Hujusmodi fervidum [6] desiderium si fuerit continuatum, inflammabitur et ascendet in altum, non quiescens donec 25 attingat altissimum desideratum. Ideo in desiderio animæ dicit cum Jeremia (XXXI) [7]: *Quis det ut desiderium meum audiat Omnipotens?* Tunc dicitur caritas alte desiderans, secundum sponsam (1), sed melius alte ascendens.

Quintodecimo. — Anima sic sursum per desiderium tracta et ele- 30 vata, est violentata. Non enim a principio suæ naturæ intrinseco sic ascendit et cœlum seu cœlestia capit. Caritas ergo desuper infusa hæc agens dicitur violenta; quam qui habent violenti dici possunt, de quibus in Matthæo dicitur: *Regnum cœlorum vim patitur et violenti rapiunt illud.*

35 Sextodecimo. — Dum ergo desiderio summi dilectoris anima sic premitur et vincitur, rapitur et [8] trahitur, quod suo desiderio resistere non valet, quin [9] vulneratur a caritate, quæ jaculo suo ignito ipsam

[1] *in marg.* Luc. 14. *Locus est* XXIV, 32. — [2] inducit *G.* — [3] *in marg.* 41. — [4] *ita V, C.* per *om. G.* — [5] extincta *G.* — [6] fluidum *G.* — [7] *ita cod. Dicendum erat* Job. XXXI, 35. — [8] vincitur, rapitur et *om. G.* — [9] *ita V, C.* quando *G. Prius forsan* tunc.

(1) Eo nomine passim appellat B. Dorotheam scriptor, ut jam patuit supra in prologo.

mentem transverberat et medullitus penetrat, in tantum quod desiderii sui æstum cohibere non valeat, quin [1] per aliqua signa, utputa per profundos gemitus et alta suspiria, manifestet se vulneratam, quasi dicat : *Vulnerata caritate ego sum.*

Decimo septimo.— Mens sic vulnerata dilectum quærit per vicos et plateas, dicens illud Cant. II : *Num quem* [2] *diligit anima mea vidistis ?* et, quia pro voto ipsum non invenit et suo desiderio resistere non sufficit, ideo non quiescit, sed vis dilectionis quietis impatiens multiplicat vices inquisitionis, respiciens omnes vias per quas sperat se posse invenire quem diligit. Et quia caritas eum ut quærat impellit, idcirco secundum illum actum et respectum hoc nomen inquietans accepit. Augustinus in libro x Confessionum dicit : *Inquietatum est, Domine, cor nostrum* [3], *donec quiescat in te.*

Decimo octavo.— Diligenter ex amore quærens et dilecti ex amore oblivisci non valens, dum actiones ac vices inquisitionis multiplicaverit et eum quem diligit anima ejus non invenerit, quidquid sibi acciderit intolerabile aut inutile dicit[4], quod suo desiderio deservire non cernit ; hinc in quamdam tædiosæ expectationis prorumpit [5] impatientiam, non tamen vituperabilem sed laudabilem, quasi cogitaret illud Job. VI : *Quæ est fortitudo mea ut sustineam, aut quis finis meus ut patienter agam ?* Quasi diceret : Pro Deo meo obtinendo impatiens non immerito fio ; sic igitur caritas impatientiam habet suam.

Decimo nono. — Impatientia hac ex desiderio invalescente, homo inconsolabiliter plorat et gemit, consilium non recipit, rationi non acquiescit et nullam consolationem admittit, immo quidquid pro consolatione ei exhibetur ab homine est despicabile aut minus [6] grave ; hinc terrena respuit acquirere nec habita curat custodire. Ob hoc reputatur stulte agere et insanire, hæc est enim stultitia mundi [7], et efficitur homo de illorum numero de quibus dicent filii hujus seculi in die novissimo, Sap. VIII [8] : *Hi sunt quos in derisum habuimus ; vitam eorum reputabamus insaniam* [9] *et finem sine honore. Ecce quomodo inter filios Dei computati sunt,* etc. in Libro Sapientiæ [10]. Sic ergo caritas insaniens nominatur.

Vicesimo.— Consequenter homo quia perseveranter quærit, importune pulsat et petit, Dominus diu cum multis lacrimis quæsitus se invenire permittit ac patitur se gustari quam suavis sit. Tunc spiritus super mel dulcis animam intrat ; sedentem in tenebris et in umbra mortis visitat, lætificat et delectat ; hinc ipsa proclamat [11] illud Eccli. XXIII [12] : *Nihil dulcius quam respicere in mandata Domini,* et illud Psalmi :

[1] quando *G.* — [2] (Num q.) Nunquam *C.* — [3] meum *G.* — [4] *forsan pro* ducit. — [5] perrumpit *G.* — [6] *forsan pro* nimis. — [7] *forsan pro* mundo. — [8] *immo* v, 3. — [9] infamam *G.* — [10] i. Lib. Sap. *om. G.* — [11] proclamabat *G.* — [12] XXIII *add. ex C.*

Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine, quam abscondisti timentibus te. Ex talibus dulcedinum missionibus a Dei dilectoribus caritas dulcis nominatur. Unde [1] a sapiente quodam dicitur : *Vinum et [2] musica lætificat [3] cor, et super utrumque suavis dilectio sapientiæ.*

5 Vicesimo primo. — Dominus suavis et mitis præsentiam suam exhibens delectabilem, cum teneri putatur mox elabitur, quia non venit ad manendum sed affectum irritandum, ut quæratur ardentius et avidius ; dumque iterum diu fuerit quæsitus cum lacrimis et laboribus, non statim invenitur Dominus, sed ejus inventio [4] differtur, ut 10 in majori gaudio inveniatur, melius custodiatur et strictius teneatur. Esurie ergo animæ ita excitata et affectu irritato ex [5] gustu dulcedinis divinæ, quærit anima magis assidue et cum majori aviditate Dominum quam homo valde avarus pretiosum satageret effodere thesaurum; hinc caritas dicitur avara.

15 Vicesimo secundo. — Rursus Dominus cum vigiliis et observationibus, cum imbre lacrimarum ac arduis laboribus diu cum ferventi desiderio avide quæsitus se patitur iterum apprehendi et gustari, sed adhuc diu non retineri : quia cito avolat, suam subtrahens præsentiam, in anima majorem quam prius suscitat post se esuriem. Hoc 20 toties vicissim assiduat et animam vivificans esuriem ac desiderium excitat, quousque esuries [6] tanta fiat quod satiari non valeat. Hinc dilectum quærit indesinenter, ut ipsum habeat suum desiderium satiantem ; sed quantumcumque conata fuerit, satietatem hic finaliter [7] non obtinet [8], nec esuries sedatur sed [9] irritatur ; ideo caritas 25 insatiabilis nuncupatur etc.

Vicesimo tertio. — Quia tam avido amoris desiderio satisfieri non potest plene, eo quod sit insatiabile, — quidquid enim assumitur ad salutis remedium seu satietatis, hoc vertitur in esuriei augmentum — ideo amans fit amens ac [10] corpore deficit et corde tabescit; ei [11] vivere 30 Christus et mori lucrum, cupit dissolvi et esse cum Christo [12]. Unde illud [13] Canticorum v [14] : *Filiæ Jerusalem, nuntiate dilecto quia amore langueo.* Sic caritas languens appellatur, cui caritas amens seu deficiens sociatur.

Vicesimo quarto. — Caritas sic defectum adducens, corporis vires 35 infirmat, sed vires animæ corroborat ; quæ dilectum continuo invitat dicens : *Revertere, revertere, dilecte mi ; similis es hinnulo capreæque camporum [15] super montes Bethel.* Qui iterum ferventer desideratus solet venire et non permittere animam desiderio [16] suo fraudari ; et tanto

[1] *(loco* a sap. q.) Ecci. 40, 20 *G.* — [2] cum *G.* — [3] lætificant *C.* — [4] intentio *G.* — [5] et *G.* — [6] esuries *om. G.* — [7] finalem *G.* — [8] *codd.* obtinebit. — [9] nec *G.* — [10] *ita G.* sic *V.* — [11] ideo ei *G.* — [12] secundum dictum Apostoli, Phil. I *add. G.* — [13] dicitur *C, G.* — [14] v *in marg. V.* — [15] capreæ cervorum *G.* capreæ quam camporum *V.* — Cfr. Cant. II, 17. — [16] desiderius et *add. G.*

uberius animam interna jocunditate reficit, quanto perfectius caritas ejus in anima omnem alium affectum exclusit [1], sensualitatem spiritui subjugavit et non solum carnis delicias sed et consolationes quodammodo necessarias pœnales et aliquas abominabiles facit. Sub hoc statu Dominus dilectus animam esurientem et sitientem visitans bonis suis satiat [2] et sua suavitate spiritum inebriat. Ad quam ebrietatem Spiritus animam sibi carissimam invitat, in Canticis dicens [3]: *Bibite, amici mei, et inebriamini, charissimi.* Et Dominus per prophetam Jeremiam, XXXI, dicit: *Inebriabo animas sacerdotum pinguedine.* Ex hac spiritus ebrietate caritas dicitur inebrians.

Vicesimo quinto.— Anima inebriata[4] efficitur fortis et audax, fiducialiter rogitans ut mente excedat [5], spiritu cœlum penetret et inde bona afferat, per quæ suam inopiam relevet. Hinc continue excedit et egreditur; tam dives quam ebria efficitur, quod ex caritate non solum se non reputet transitoriis indigere, sed pœnale est sibi habere [6], et fugiens solatium, tormentum, opprobria ac paupertatem quærit pro amore illius quem diligit. Talibus et consimilibus spiritualibus divitiis Dominus promisit se locupletaturum diligentes se [7]. Unde in libro Proverb. dicitur: *In viis justitiæ ambulo* [8] *et in medio semitarum judicii, ut ditem diligentes me et thesauros eorum repleam.* Hinc caritas locupletans dicitur seu ditans.

Vicesimo sexto. — Anima ex caritate ditata dote bona, habens magna spiritus bona, exhilaratur in conscientia, sentiens [9] se in tantum amare Deum quod libenter vult [10] propter eum despectum, omne damnum et quodcumque supplicium sustinere; habet fiduciam quod secure possit [11] levare ad Dominum faciem suam et sperare se amplius non deficere; ex hocque [12] magnum concipit gaudium. Unde in Proverbiis est scriptum, Prov. XV: *Secura mens quasi juge* [13] *convivium.* Sicque caritas, cum [14] exhilarat faciem ejus in oleo unctionis gratiæ divinæ qua inungitur, ideo caritas exhilarans appellatur.

Vicesimo septimo. — Spiritualibus deliciis repletur anima sæpe ex præmissis bonis in tantum quod dulcedo in anima superabundans scatet et effluit in cor, quod ex hoc superius dilatatur et aperitur; fiunt [15] autem tot scaturigines quandoque quod non solum cor sed totum corpus repletur dulcedine, et hoc totum ex caritate oritur. Ideo scatens vel scaturiens nominatur.

Vicesimo octavo. — Hæc caritas [16] crescens fit supereffluens, quando non solum in se abundat sic spiritualibus deliciis et divitiis [17], — quæ sunt animæ delectabiles, odoriferæ et in tantum [18] satiativæ ac

[1] excludit *G.* — [2] faciat (?) satiari *G.* — [3] dicens Cant. V. *G.* — [4] inebriatur *C.* — [5] *codd.* excedet. — [6] habere *om. G.* — [7] se *om. G.* — [8] ambulabo *G.* — [9] sciens *G.* — [10] vel *G.* — [11] *codd.* posset. — [12] *ita G.* quoque *V, C.* — [13] *om. G.* — [14] *ita C.* quia c. eum *V.* — [15] fluunt *G.* — [16] scatens *add. C.* — [17] deliciis *G.* — [18] satiabiles *add. G.*

superabundantes, quod caritatis dulcedo non solum in totum corpus effluens se diffundit, — sed etiam ad alios proximos, ad quos actus dilectionis suæ cum magna suavitate se extendit, quos etiam valde fortiter diligit. Hæc caritas, ut patebit, multos de præcedentibus [1] et
5 sequentibus gradibus includit; habet enim [2] mensuram bonam et refertam et coagitatam et supereffluentem.

Vicesimo nono.—Homo ex caritate supereffluente in deliciis affluens posset deviare ex spiritus ebrietate aut aviditate, nimis jejunando, vigilando aut alia quæcumque ardua super vires aggrediendo, si non
10 regularet se sapienter et discrete. Ideo necessarium est quod adjungatur præcedentibus caritas sapiens tanquam novus gradus. Hæc est discretio, quæ est custos moderatrixque virtutum, quæ secundum Richardum in libro *De minore contemplatione* vix vel sero oritur. De hac dicit apostolus I Cor. III: *Si quis vult sapiens esse, stultus fiat ut sit*
15 *sapiens*, et hanc Deus præstat humilibus. Unde psalmus: *Sapientiam præstans*[3] *parvulis.* Hæc secundum sapientem Salomonem sapientia [4], Prov. VIII, melior est quam vires, vincit malitiam; et ea nihil est locupletius quæ operatur omnia.

Tricesimo. — Ideo ex discretionis moderamine caritas proficit in ca-
20 ritatem insuperabilem; et bene insuperabilis nominatur, quia nulla carnis, mundi aut maligni calliditate, errore vel persuasione seducitur, nec aliqua mundi delectatione nec carnali affectione neque qualibet hostili impugnatione superatur. Nimirum, quia spiritu Dei agitur et sapientia infallibili regitur; etiam quia mundum vicit, amorem paren-
25 tum, prolis et uxoris transcendit et propriam vitam in odium convertit, sciens a Veritate dictum: *Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.*

Tricesimo primo.— Cum caritas fuerit effecta insuperabilis, fit consequenter infatigabilis; ex quo damna rerum, dolores infirmitatum,
30 amores amicorum non curat, quia caritas patiens est, benigna est [5], secundum apostolum, I Cor. XIII. Ideo est, quia dulcor caritatis ipsum sic confortat, ut ad omnem injuriam hilarescat, ardorque caritatis ipsum indesinenter sursum elevans ad bona instigat, dicens cum apostolo, Phil. IV: *Omnia possum in eo qui me confortat.*

35 Tricesimo secundo.— Consequenter caritas conjungit animam Deo ita fortiter et intime, quod facilius est eam a proprio corpore quam a Deo sibi dilecto separari, cum quo unus efficitur spiritus. Ideo cum apostolo, ad Rom. VIII, dicit: *Quis nos separabit a caritate Christi? Tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas?* etc.; multis enumeratis subdit:
40 *Certus sum quia neque mors neque vita,* etc. *poterit nos separare a*

[1] præsentibus *G.* — [2] etiam *G.* — [3] præstas *G.* — [4] hæc sapientia sec. Sal. *G.* — [5] patiens est et benigna *C.*

caritate Dei, quæ est in Christo Jesu Domino nostro. [Caritas inseparabilis.]

Tricesimo tertio. — Si caritas est inseparabilis a diligente, erit etiam inamissibilis ex amoris fortitudine; novit enim omnia sustinere, scit esurire et sitire, penuriam pati et superabundare. Potest ergo dicere cum sponsa, Cant. III: *Inveni quem diligit anima mea* [1]; *tenui nec dimittam, donec introducam in domum matris meæ et in cubiculum genitricis meæ*, etc.

Tricesimo quarto. — In prioribus hucusque gradibus homo ex caritate est mundo, carni et vitiis mortificatus. Sed nunc quasi resurgit ex mortuis, *jam mors*, sc. gratiæ, *illi ultra non dominabitur ; quod enim vivit, vivit Deo.* Quomodo enim posset mori, qui a Deo, ejus vita, cui inseparabiliter est conjunctus, non valet separari ? Efficitur ergo caritas in hoc gradu quodammodo immortalis.

Tricesimo quinto. — Hucusque caritas per multos gradus ascendit et excellentem magnitudinem acquisivit, per quam homo redditur impassibilis et immortalis. Nam injurias non sentit, omnibus caritative libenter se impendit; omnibus, inimicis et amicis, omnia factus cum apostolo, ut omnes lucrifaciat, in sua dilectione ex ardoris magnitudine quodammodo nescit modum servare. Hinc homo audet se pro fratribus murum ponere et quodammodo Deo opponere, ut apostolus, qui cupivit pro fratribus anathema esse, Rom. IX, et Moyses, qui petivit populo noxam dimitti aut [2] se de libro vitæ deleri. Exod. 32. Et [3] quia facit hominem vel [4] ultra [5] hominem præsumere, potest non incongrue [6] caritas excellenter magna appellari.

Tricesimo sexto et ultimo. — Caritas divina efficitur cordis effractiva, et hæc ab effectu sic est nominata. Caritas siquidem hucusque in tantum sui vigoris incrementum suscepit, quod jam vires corporis excedit; tam intensum acquisivit ardorem per quem tandem humorem consumet radicalem, cor et ejus vires in tantum tendet et extendet quod ipsum corrumpet et confringet, naturæ scintillam extinguet et gratiæ ignem vehementer accendet, vitam tunc gratiæ tam magnam adducet quæ vitam naturæ extinguet et ad vitam gloriæ animam perducet, quam nobis concedat Jesus Dei Filius qui vivit et regnat [7].

Capitulum II. Hic aliquorum jam dictorum ratio assignatur et quædam caritati communia recitantur.

Hic est diligenter advertendum quare caritas [8] dicatur [9] immortalis, caritas insuperabilis, inseparabilis, inamissibilis etc. Non enim

[1] mea *om. G.* — [2] ac *G.* — [3] Et *om. G.* — [4] vel *om. C.* — [5] contra *G.* — [6] *ita C.* congrue *V, G.* — [7] Jesus, *etc. om. G. Post* regnat *add.* Amen *C.* — [8] caritas *om. G.* — [9] dicitur *G.*

dicitur insuperabilis aut inamissibilis hac ratione, quia non est amissibilis a viatore qui habet liberum arbitrium vertibile; hoc namque non [1] est sentiendum [2], quia liberum arbitrium, quod est rectum per caritatem, propter vertibilitatem suam potest incurvari per cupidita-
5 tem et se a Deo avertere. Hoc facto caritas amittitur et desinit esse. Caritas enim non potest subsistere nisi Deo gratiam gratum facientem influente et libero arbitrio gratiam suscipiente: quando autem homo per liberum arbitrium se a Deo avertit, tunc gratiam Dei non suscipit, per quam caritas suum esse habuit, et ideo tabescit. Dicitur autem
10 caritas insuperabilis etc. vel inamissibilis, propter ejus in subjecto radicationem, fortitudinem et perfectionem. Nam licet caritas incipiens et provecta possit superari, separari et amitti, caritas tamen [3] perfecta insuperabilis et inamissibilis etc. est dicta, quia non est secundum aliquos perfecta sine finali perseverantia. De tali caritate
15 dicit apostolus ut supra: *Certus sum, quia nemo potest*, etc. Vel caritas perfecta dicitur immortalis, insuperabilis etc., quia, licet sit superabilis etc., nunquam tamen superabitur nec amittetur, quia secundum apostolum caritas non excidet [4]: habet enim fundamentum immobile, sc. Christum, et adjutorium invincibile, sc. Spiritum sanctum; sed
20 nullus firmitatem fundamenti infringere potest nec virtutem divini adjutorii superare. Et si alicui hoc non placuerit, dicat quod ideo sit caritas insuperabilis vel inseparabilis etc., quia valde difficulter superatur [5] etc., sicut peccatum in Spiritum sanctum irremissibile dicitur, quia valde difficulter remittitur: hoc verum quando dimittitur
25 in præsenti; vel quia inclinat mentem hominis ad eliciendum [6] tales actus, ut illa caritas dicatur insuperabilis, quæ inclinat mentem ad eliciendum tales actus: „ Tu nunquam vis superari, quantumcumque tribuleris, „ inamissibilis, quæ inclinat ad timendum de perditione [7] ejus et ad custodiendum [8] se [9] ab omnibus per quæ caritas amittatur.
30 Et cui dubium, quando duorum æqualem omnino in omnibus caritatem habentium unus inclinatione divina vel propria potest mediante sua caritate ad istos actus se convertere et alius ad alios? Et quid inconveniens si tales habitus, licet in natura similes vel æquales, sortiantur diversa nomina secundum diversitatem actuum ab ipsis pro-
35 cedentium, cum artifex, etsi multas artes sciat, ab illa tamen communius nominatur quam exercet? Porro caritatis [10] quoad gradus vel nomina continuatio si alicui non placuerit, meliorem rationem et alium [11] ordinem assignare poterit, habeatque hæc scripta pro materia ad meliorandum illa, quæ ex caritate perpetua huic sponsæ sunt revelata

[1] non *om. G.* — [2] sciendum *G.* — [3] tamen *om. G.* — [4] excidit *G.* — [5] separatur *G.* — [6] elevandum *G.* — [7] prædictione *G.* — [8] custodiam *G.* — [9] disponendi *add. G.* — [10] *ita C.* caritas *V, G.* — [11] *ita C.* aliquem *V, G.*

hocque ex dilectione faciat sincera. Nec parvi pendat lector coincidentiam caritatum virtualem neque æstimet esse inutilem nominum prædictorum multiplicationem, cum illa ei sunt ab æterna Sapientia revelata et quasi omnia a sanctis doctoribus expressa, quorum etiam differentiam didicit per experientiam et adhuc plura scivit quam exprimere valuit. Unde jussa a Domino suo confessori dixit: *Ultra caritatum nomina tibi jam a me*[1] *expressa sunt adhuc multa alia caritatum nomina quæ sacra non exprimit Scriptura, quæ etiam nescio dicere, nisi Dominus instruxerit me. Scio tamen plures quam expressi caritates, variasque consolationes ac caritatum pocula quas et quæ Dominus suis electis propinat et communicat.* Et subjunxit: *Et est etiam*[2] *sciendum quod quælibet dictarum caritatum habet speciale poculum, singularem saporem et specialem efficit ebrietatem, nec aliqua nominatarum caritatum propinat totaliter tale poculum quale per alteram propinatur.* Nempe quoties Dominus Spiritum sanctum suum cum aliquot caritatibus, utputa duabus, tribus, quatuor aut pluribus, homini mittit, tot pocula homo ille bibit et sapit. Hoc tamen non semper cognitive sentit; hæc vero sponsa ut frequenter sensit. Et Dominus eam docuit quando cum una aut pluribus caritatibus ei Spiritum sanctum misit et quando de una caritate in aliam transivit, et quando plures simul suas exercebant[3] operationes, vel quando una earum quievit, altera vero egit. Hoc in tractatu de Spiritus sancti missione lucidius apparebit. Primordia caritatis sponsæ dixit Dominus hæc[4] fuisse: *Primum : Tu ex desiderio aspirasti me multoties videre ; mora exspectandi usque mane ad videndum me in sacramento Eucharistiæ erat tibi valde amara et tædiosa. Secundum : Delectabiliter audisti verbum Dei et de me loqui. Tertium : Cum intenso desiderio libenter suscepisti me in sacramento Eucharistiæ. Quartum : Pro vita magnifice desiderasti æterna. Tu scis qualiter tibi in his erat, et hæc alius homo me diligens habere etiam deberet.* Rursus Dominus inquit: *Si aliquem diligis et ille te*[5] *rediligit, hic dilectionis actus tibi*[6] *specialem gratiam acquirit ; et ad confessorem dic: Homo qui cordialiter Dominum diligit, ille plus est diligendus quam omnes homines Dominum non diligentes. Porro bonum opus factum ex amore longe plus placet mihi*[7] *Deo quam idem actum*[8] *ex timore. Ideo debet homo ex amore principaliter misereri animæ suæ. Hinc scito te nunquam posse nimis misereri animæ tuæ. Unde quando tibi non aliud tribuo ad agendum, tunc debes me diligere, et fortiter flendo misereri animæ tuæ, cui non poteris nimis misericors esse. Tu quoque ad alios debes etiam existere misericors, illud bonum spirituale eis largiter impertiendo quod tibi tribuo ; hoc enim est meum, non tuum. Quippe si*

[1] a me *om. G.* — [2] est etiam *om. G.* — [3] actiones vel *add. G.* — [4] *om. G.* — [5] te *om. G.* — [6] *sic codd.; forsan pro* sibi, *immo* ei. *Cfr. pag. seq., lin. 12.* — [7] *add.* mihi *ex C, G. deest in V.* — [8] factum *G.*

multa haberes bona corporalia tuis laboribus juste acquisita in tanta copia quod posses aliis impertiri, tunc non oporteret[1] *te pro aliis sed pro te solummodo lacrimari. Nunc vero ordinavi quod non habes bona corporalia, ut pro aliis etiam sis sollicita. Nec debes ob hoc retrahi flere*
5 *pro aliis, si eos fortassis indignos perspexeris aut oratione aut fletibus tuis se indignificare cognoveris. Nam si se fecerint indignos, labor tuus non erit tibi*[2] *infructuosus, quia revertetur ad te totus.* Hæc[3] Domino dicente, sponsa vidit partem lacrimarum illo die pro quibusdam effusarum ad se mira amicabilitate redire, quasi amicus reverteretur
10 ad amicum per osculum et amplexum. Et addidit Dominus: *Quicumque tibi ex caritate aliquid fecerit, hoc frustra non erit; aliquid enim remunerationis pro illo obtinebit, quia non tibi sed mihi hoc fecit. Pro tali debes flendo fideliter orare.* Amplius : *Qui vere ac magnifice alium diligit, illum non tædet pro illo opus facere quantumcumque grave, et*
15 *hoc est signum dilectionis veræ, quando homo pro homine laborans ex amore sudat largiter, flet fortiter, omnes venas suas tendit viriliter et petit me pro eo fideliter. Qui postquam multa pro eo egerit*[4] *quem diligit, adhuc molestari et timere debebit quod nimis modicum egit, immo sollicite habebit timere quod talia pro illo faciendo bona eidem malum*
20 *irroget; hæc æstimatio ex amore oritur magno.* Hæc sponsa audiens cognovit vere hanc æstimationem se frequenter habuisse circa aliquos quos[5] in Christo sinceriter diligebat et pro quibus prout[6] præmittitur laborabat.

Postremo tria sunt consideranda quæ omni caritati sunt commu-
25 nia. Primum cujuslibet gratuiti amoris : pondus suæ[7] inclinationis ad spiritualia ac cœlestia debet prævalere cujuscumque inclinationis ponderi qua homo inclinatur ad diligendum temporalia. De necessitate enim salutis est, quod amor Dei præferatur cuilibet alteri diligibili ac dilectioni. Secundum: Deum diligens vere, diligit eum propter
30 se; ideo nihil terrenitatis debet ab eo requirere, quia si tali aliquo indiguerit[8], Dominus adjicere[9] promisit, dicens: *Primum quærite regnum Dei et justitiam ejus, et hæc omnia adjicientur vobis.* Tertium gratuiti amoris est proprium, ex interna dilectione transitoria in quamdam insipiditatem vertere. Ideo menti amorosæ mœror est cum temporali-
35 bus se occupare aut in eis delectari, et se a Deo avertere; vellet enim jugiter Deo adhærendo ejus perfrui suavitate. Et licet sibi sit pœnale cum transitoriis occupari, scit tamen patienter absolutionem a temporalibus exspectare, nisi sancta prævaluerit impatientia, prout accidit in hac sponsa.

40 Consequenter est dicendum copiosius de aliquibus caritatum gradibus et primo de caritate impretiabili.

[1] oportet *G.* — [2] homo *G.* — [3] hoc *G.* — [4] egit *G.* — [5] quos *add. ex C. om. V, G.* — [6] sicut *G.* — [7] sine *G.* — [8] indigeret *G.* — [9] addicere *C, G.*

Capitulum III. De caritate impretiabili.

In primo itaque gradu caritatis caritas impretiabilis seu incomparabilis non [1] incongrue collocatur, quia veræ dilectionis Dei infimus gradus sine quo nullus salvatur, est ut nihil supra Deum vel contra aut æqualiter Deo diligatur, saltem appretiative. Et hoc est impretiabiliter Deum diligere. Matth. x dicitur: *Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus.* Hoc enim non potest intelligi generaliter de quacumque vel qualicumque dilectione, quia dilectione concupiscentiæ multi pueri intensius [2] afficiuntur ad parentes quam ad Deum, non solum infra annos discretionis sed etiam post annos discretionis, quando sunt doli capaces. Attamen grave esset [3] de eis dicere quod ipsi essent propter hæc [4] extra caritatem damnandi, eo quod parentes suos plus diligunt intensive, dilectione ut dixi concupiscentiæ, quam Deum, Dixi autem hunc [5] gradum caritatis quo Deus appretiative impretiabiliter vel incomparabiliter diligitur, esse gradum caritatis infimum et de necessitate salutis, quia sine illo nullus salvatur, etiam infans [6] unius diei, qui hunc ad minus necessario debet habere in habitu caritatis, si non [7] in actu, quæ parvulis infunditur in baptismo, et de hac necessitate dilectionis [8] dicitur I Joh. III: *Qui non diligit, manet in morte.* Porro homo habens caritatem impretiabilem tenetur conari pro loco et tempore ut possit in caritate proficere [9] et de gradu in gradum ascendere, juxta illud Domini præceptum, Matth. XXII: *Dilige Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex tota mente tua et ex omnibus viribus tuis.* Possum siquidem hanc caritatem secundum tres gradus distinguere. Primus, quando homo alia a Deo diligit propter aliquas utilitates, quibus tamen Deum in dilectione præponit, hoc modo: licet velit, si possit, simul ambo habere, scilicet Deum et rem aliam, attamen, si deberet [10] unum dimittere, adhæreret Deo et dimitteret rem aliam quantumcumque [11] pretiosam aut dilectam. Sic dicitur Sap. VII: *Præposui illam,* sc. sapientiam increatam, *regnis et sedibus, et divitias nihil esse duxi in comparatione illius.* Non dicit simpliciter „ nihil „ sed „ in comparatione „ et subditur ibi: *Nec comparavi illi lapidem pretiosum; super salutem et speciem* [12] *dilexi illam.* Secundus gradus hujus caritatis impretiabilis est, quando quis nullam rem diligit nisi propter Deum et in Deo, ita quod ad eas nihil afficitur propter eas, sed solum ex obedientia Dei præcipientis vel ex hoc quod juvant vel dirigunt ad Deum: et nisi hoc esset, nihil eas curaret neque desidera-

[1] non *om. G.* — [2] attentius et intentius *G.* — [3] est *G.* — [4] hoc *G.* — [5] hoc et hunc *G.* — [6] infans *om. G.* — [7] non *om. G.* — [8] dil. *om. G.* — [9] perficere *G.* — [10] debet *G.* — [11] quamcumque *G.* — [12] spem *G.*

ret; et hujus probatio ex hoc apparet, quia omnia non necessaria propter Deum dereliquit. Tales [1] erant apostoli, qui dixerunt, Matth. XIX: *Ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus te.* Quibus responsum est per Dominum: *Omnis qui reliquerit domum aut agrum aut* 5 *fratres,* etc., *centuplum accipiet.* Tertius gradus est, quando quis habet tædium et pœnam quando se debet cum exterioribus rebus occupare [2] vel eis uti pro cibo, potu, vestitu, calefactione, etc., et est sibi magnum gaudium ab eis abstrahi et eorum penitus oblivisci, sicut fecit apostolus, qui dixit, ad Phil. III: *Omnia arbitratus sum ut stercora;* qui non 10 solum res exteriores non desideravit sed horruit et fugit. Est tamen sciendum quod primus hujus caritatis gradus ad salutem simpliciter est necessarius, ita quod [3] sine illo non est [4] salus. Alii autem duo gradus, videlicet secundus et tertius, de perfectione sunt caritatis, non simpliciter de necessitate salutis; hos tamen [5] gradus hæc Dei amabilis 15 amatrix in magna perfectione habuit evidenter. Nam, sicut ex libro Vitæ ejus apparet, nunquam de temporalibus rebus sollicita fuit. Sed Dominus eam a sollicitudine transitoriorum præservavit; sibi bona proposuit meliora; Deum autem incomparabiliter plus dilexit quam res creatas. Secundo, quando adhuc fuit [6] in matrimonio, languide desi- 20 derabat [7]; immo realiter aliquoties languebat ut rebus transitoriis careret et nuda, pauper et contempta esset. Quoad tertium gradum, transitorias res habere et carnis consolationes recipere sibi erat pœnale; vestes quoque pretiosas et pepula [8] fucata et in extremitatibus recurvata ac pallia plicata habere sibi erat abominabile et pœnale.

25 **Capitulum IV. De forti caritate.**

Bene fortis ejus caritas fuit per quam aggressa est terribilia, egit ardua et patienter pertulit horribilia et amara. Nonne tibi videtur tam terribile quam horribile se ipsam graviter vulnerare aliasque castigationes et exercitia agere, de quibus supra in libro Vitæ ejus 30 varigena sunt scripta horribilia supplicia? Hæc aggredi et patienter perferre [9] nullo præter caritatem inducente, utique ex magna caritatis procedit fortitudine. Fortis ergo erat ejus caritas in agendo vigilias, jejunia, orationes et alia virtutum opera, fortior vero in aggrediendo libenter ex amore exercitia et vulnera quæ non solum patienti sed 35 etiam cogitanti terrorem et quamdam horripilationem [10] inducunt. Sed fortissima fuit non solum patienter et libenter sed etiam gaudenter patiendo [11] ex amore exercitia et vulnera quæ non solum

[1] etiam *add. G.* — [2] occupari *codd.* — [3] (ita quod) itaque *G.* — [4] sit *C.* — [5] tres *add. C.* — [6] fuit *om. C.* — [7] desideravit *G.* — [8] pepla *C.* — [9] *codd.* perferri. — [10] *ita G.* horribilationem *V.* — [11] sed e. g. p. *om. G.*

patiendo sed etiam gaudendo et gaudenter pertulit. Et [1] non solum ista, quæ sibi ipsa intulit sed etiam singula alia quæ ab extrinseco ab homine aut a [2] Deo sibi fuerunt illata, perseveranter per multorum annorum curricula cum gaudio pertulit, quamquam ab energia ac per Domini vulnera quotidie usque ad finem vitæ suæ afflicta fuit amare. Gravius est autem et majoris signum fortitudinis mala et amara gaudenter tolerare quam ardua et difficilia agere. Unde Glossa super illo [3] Joh. xx[I] : *Et ducet te quo tu non vis* (supple *secundum sensualitatem),* dicit : „Quantacumque sit violentia, vincit eam vis amoris: probatio enim dilectionis exhibitio est operis ; sed validior est probatio: sustinentia tribulationis. „ Rursus ad caritatis ejus fortitudinem declarandam facit quod per nullam verecundiam se permisit in Dei servitio impedire. Quæ mundi gloriam et consolationem fugiens, paupertatem et contemptum dilexit, inimicitiam, ægritudinem et mortem non curavit. Erat ergo fortis ut mors dilectio ejus. Quæ omnem carnis et mundi concupiscentiam [4] occidit, et mortem non timens, sed ut veniret ipsam [5] cum desiderio invitavit. Per multos siquidem annos sibi vita præsens erat in tædio, sed cum omni patientia, et mors in desiderio, quia ex amoris fortitudine cum apostolo cupivit dissolvi et esse cum Christo, Phil. I. Fuit etiam dura ut infernus ejus æmulatio, quia, sicut infernus quem semel ceperit [6] amodo non dimittit ultionemque [7] de singulis peccatis usque ad ultimum quadrantem expetit, sic ipsa ex zelo justitiæ pro minutissimis culpis se graviter arguit Dominumque quem semel diligere cœpit ab æmulatione sua nunquam dimisit nec dimittet [8], quia caritas secundum apostolum, I Cor. XIII, nunquam excidet.

Capitulum V. De caritate ferventer ardente (1).

Caritatis igne hæc Dei amatrix semper caluit, frequenter fervida extitit et multoties tota ignita pro incendio arsit; sed [9] cum ardor sit intensus amor et fervor, sicut fervor intensus calor, a ferventi ardore caritas ferventer ardens nomen accepit. Ex cujus ardore quandoque nimis [10] fuit afflicta, quasi ignis esset in grossa materia [11], qui plus adurit et [12] affligit quam ille ignis qui est in materia subtili vel rara. Sic ardor ejus fuit sibi quandoque plus quandoque minus afflictivus, et aliquando erat dulcis et delectabilis, et tunc suaviter arsit et dulces lacrimas effudit. Ardore siquidem hujus caritatis ex divino colloquio frequenter suscitabatur, quia [13] sermo ejus igneus est. Domino etiam

[1] ex-Et *om. C.* — [2] a *om. G.* — [3] illud *G.* — [4] concupiscentiam *om. G.* — [5] ipsam *om. G.* — [6] cepit *G.* — [7] *ita videtur legendum loco* quam *G.* quæ *V.* — [8] dimittit *G.* — [9] *om. C.* — [10] citius *G.* — [11] ingressa materiam *G.* — [12] quam *G.* — [13] qui *G.*

(1) Cfr. Vitæ latinæ minoris cap. 73 *(Act. SS.,* t. XIII Oct., p. 547).

loquente anima ejus liquefiebat, cor ejus[1] dilatabatur, conscientia serenabatur, quælibet potentia animæ fortificabatur, spiritus ejus levis et agilis reddebatur, sursum ferebatur et cum Domino Deo unus spiritus efficiebatur: recte sicut unum fit ex carbone et igne, ubi carbo[2]
5 ab igni non potest discerni faciliter. Porro ex hac caritate ferventer intensa largiter sudavit, ac[3] si fuisset in balneo valde fervido. Fortiter flere etiam consuevit, plus ex amore quam ex mœrore. Denique secundum hanc caritatem erat laboriosa et fecunda; sic communiter oravit, supplicavit, blandiebatur et regratiabatur. Et quia crescente ardore
10 lux flammea erumpit et splendor sapientiæ exsurgit, hinc ipsa in hac caritate fuit[4] multum illuminata, lætificata et delectata. Rursus: Ex nimio amoris ardore[5] cor ejus sæpe saliit impetuose; pluries, nisi refrigeratum fuisset per aliquid a Domino ei datum, defecisset. Aliquando sibi sic fuit ac si pruna ignita in cor ejus diffusa fuisset. Tunc non
15 valuit præ nimio amoris ardore os aperire ad orandum aut loquendum. Hinc aliquando permansit usque ad summam missam quod nondum perfecerat numerum suarum orationum quem solebat exsolvere pro officio matutino. Hoc tamen raro accidit; sed tunc in contemplatione bonitatis divinæ altius suspensa permansit. Amplius: Hujus caritatis
20 ardore multoties in toto corpore ita supercalefacta fuit quod hiando et manibus ventilando refrigerium quæritavit; aliquando per quatuor horas in vento sedit et adhuc nimis fervida in alterum diem permansit; frequenter in asperrimis hiemis algoribus frigus non sensit; aliis de nimio frigoris rigore conquerentibus aut loquentibus apparuit sibi
25 aer ita calefactus sicut in æstate. Unde quadam vice, dum propter excessum frigoris carbones vivi portarentur in ecclesia sacerdotibus celebrantibus de altare ad altare pro manuum calefactione, dixit Dominus sponsæ: *Ecce quomodo isti faciunt sibi ignem apportari: nonne videtur tibi quod sis in aura æstivali*[6] *?* Etiam pluries in hieme
30 propter nimium æstum ut se refrigeraret se locavit super lapidem frigidum; ex eadem causa brachia et pedes denudavit et ad lapides frigidos collocavit. Quomodo etiam in hieme ultima per quam magna erat algoris inclementia (1), semper ex caritate fuit calefacta in corpore et anima; et qualiter senserit in quatuor locis in se flammam erum-
35 pentem ascendere, hoc est supra, lib. IV, c. 37 et lib. V, c. 23, descriptum et hic non incongrue repetendum. Postremo est sciendum quod ex hac[7] caritate ipsa desideravit multa ardua aggredi et perficere. Ob hoc anxiabatur[8] et lacrimabatur amare, quod non valuit

[1] *om. C.* — [2] caro *C.* — [3] ut *C.* — [4] sæpe *add. C.* — [5] *ita C.* ardoris amore *V hic et mox infra.* — [6] æstuali *G.* — [7] hac *om. G.* — [8] *codd.* anxiebatur.

(1) Anno 1394. Cfr. de hac hieme quæ notavimus in opere nostro *Joh. Marienwerder*, etc., p. 70, et capitula Vitæ latinæ majoris infra in textu laudata.

Dominum ita intense diligere, bene agere et sancte vivere quemadmodum cognovit se merito debere. Cui Dominus: *Homo qui a me hac caritate fuerit incensus, hunc non tædet propter me magnos labores agere, nec oportet illum otiosum incedere, sed multum laborare. Facile est pronuntiando dicere : Caritas ferventer ardens ; sed valde pauci sunt qui recte illam gustaverunt.* Sane caritas ferventer ardens bonum tam magnum ac fructuosum dinoscitur esse quod hoc non valet plene aliquis mortalium enarrare. Quippe quantum Dominus hanc dilectricem suam caritatis ardore incanduerit, nullus [1], ut [2] æstimo, viventium enarrare poterit. Ejus tam facta quam verba igne caritatis vehementer ignita videntibus et audientibus illa evidens perhibuerunt testimonium. Hoc autem quod in scripto hic legitur est respectu illius velut mortuum. Nempe in statu caritatis hujus fervidæ sponsa hæc quandoque aliquos homines diligens valide mirabatur secum quia hoc non fecerat antea in tanta excellentia. Dum ergo esset in timore Dei, Dominus dixit ei: *Tu debes illos diligere et cor tuum ferventer ardens refrigerare. Si hoc non faceres, infra tempus modicum rumperetur* [3] *cor tuum.* Ac illa dum hoc egisset, sæpe timuit sollicite tanta [4] ne sibi dilectio esset imputabilis. Cui Dominus: *Non sit tibi molestum quod ad illos tam intensum oportet te habere dilectionis affectum. Ego namque una cum dilecta mea matre sto inter te et illos, et volo utique semper magis dilectus esse ; nec aliquam geras sollicitudinem quod unquam inter me et te permittam aliquam creaturam* (supple *esse*) *ultra me amatam aut nimis tenere dilectam.* Sponsa hæc audiens multum in Domino consolata gratias egit.

Capitulum VI. De caritate bulliente (1).

Caritas bulliens oritur quando caritas ferventer ardens diu frequentatur ; nam post æstus interpellationem [5] caritas ferventer ardens [6] adducit vehementiorem ardorem, et confractum jam animum ferventius intendit ac fortius urit. Sæpe itaque recedens et continuo seipso intensior rediens paulatim vires animi jam emolliti confringit atque ardoris sui magnitudine cor et corpus quasi decoquens sibi substernit. Hinc per os de corde fervens anhelitus et de toto corpore sudor fervidus ; et hi [7] scilicet de ore, naribus et corpore hujus sponsæ tanquam vapor magnus de olla bulliente videbantur [8] ascendere ; membra et vires ejus tendebantur labore ; totum rarefiebat [9] et dilatabatur ardore, et singula membra corpulentiora et quasi farta apparebant

[1] est *add. V, G : sed redundat ; deest in C.* — [2] ut *om. G.* — [3] rumpetur *C.* — [4] *ita V, C.* cauta *G.* — [5] *forsan pro* interpolationem. — [6] diu-ardens *om. C.* — [7] hic *G.* — [8] videbatur *G.* — [9] ratefiebat *G.*

(1) Cfr. Vitæ lat. min. cap. 75 *(Act. SS., t. XIII Oct., p. 548).*

repleta dulcore. Porro in hujus caritatis statu sæpe fuit inflammata ita fervide quod tam intensum ardorem vix valuit ferre ; largos habuit sudores et scindentes effundens lacrimas, quæ ita ferventes et ita multæ erant quod cerebrum, oculos et genas [1] offendebant.
5 Hæ ferventes lacrimæ non solum de anima ejus omnem peccati immunditiam ejecerunt, sed etiam ipsam ab imo purgantes vitia mortificaverunt, videlicet pronitatem ad malum et difficultatem ad bonum, recte sicut ab aqua bulliente per ignis ardorem omnis ejus immunditia extrahitur, sursum ducitur, ejicitur et consumitur.
10 Quippe per ardens desiderium ita fortiter trahebatur a Domino in altum, quod ex amoris ac [2] desiderii tractibus in ea apparuit dolor magnus, et ad mortem agonizando verius tendere quam in vita permanere; fuitque multoties ex his sic [3] immutata, quasi non esset ipsa, sed mulier altera, quasi nova. Et quamquam in talibus mutationis acti-
15 bus multum fuerat afflicta, ipsa tamen pro statu et actu hujus amoris non accepisset ingentia bona: quia ipsa existente in gradu tali poterat magnifice Dominum diligere et contemplari, ei firmiter adhærere et intime uniri. Ad talem autem unionem aptabatur [4] per hujusmodi caritatis bullitionem sicut cibus ut carni nostræ uniatur decoqui-
20 tur et per decoctionem immutatur, ut fiat digestibilis et consequenter per digestionem carni unibilis. Sic anima per caritatis bullitionem decoquebatur, decocta in melius est mutata et quodammodo esui divino fuit aptata. Talem modum loquendi habet beatus Bernhardus in sermone LXXI super Cantica, dicens: „ Manducor [5] dum [6]
25 arguor, deglutior dum instituor, decoquor dum immutor, digeror dum [7] transformor, unior dum conformor. Nolite mirari hoc: et manducat nos [8] Dominus et manducatur a nobis; quo [9] arctius illi astringimur [10]; non sane alias illi perfecte unimur [11]. „ Hoc [12] Bernhardus. Sciendum quod licet hæc sponsa in hoc statu caritatis contemplaretur Dominum
30 magnifice, hoc tamen primo erat per speculum et ænigmate, quasi per vaporem et in nube. Desiderans autem Dominum de [13] facie ad faciem aspicere, ejus accendebatur desiderium, dicens: *Illumina, Domine, faciem tuam super servum tuum et super* [14] *ancillam tuam.*

Capitulum VII. De caritate desiderativa et ejus triplici
35 ## differentia.

Caritas desiderativa ex his orta est in triplici differentia. Nam aliqua est parva et alia [15] magna, et tertia est alte desiderativa. Per primam

[1] ejus *add. C.* — [2] et *G.* — [3] ita *G.* — [4] aptatur *G.* — [5] *in opp. editis S. Bernardi* mandor. — [6] cum *C.* — [7] cum *C.* — [8] nos *om. G.* — [9] hoc modo *C, G.* — [10] astringuntur *G.* — [11] uniuntur *G.* — [12] Hæc *C.* — [13] de *om. C.* — [14] super *om. C.* — [15] aliqua est *G.*

hæc sponsa pro se et aliis remisse desiderabat, et pro quibus Dominus jussit cum fletibus rogabat [1]. Per secundam pro se et aliis magna et varia valde intense desiderabat; et secundum hanc aspirabat tam ferventer ac valide ad vitam æternam pervenire quod erat in magna spiritus anxietate, et vertiginem aliquando patiebatur in capite, de oculisque ejus fluxerunt lacrimæ multum largæ. Per tertiam vero, sc. alte desiderativam, solummodo desideravit pro se, et hoc fecit valde intense. Dominus enim in hac pro aliquanta [2] morula removit omnem ab ea creaturarum imaginem et traxit eam in altum cum [3] tanta vehementia, quod in illo spirituali tractu ejus natura fuit graviter afflicta. Revera tractus ille divinus licet spiritualis fuerit, ipsum in corpore suo sensit, per hunc quidem modum ac si cor suum appositis quibusdam funiculis vehementer traheretur sursum. Unde hujus tractus et afflictionis ejus vehementia ex hoc claruit, quia [4] ipso durante quiescere non valuit sedendo, jacendo, stando aut ambulando, et affligebatur tam amare seu anxie quod, quantum fuisset ex parte sufferentiæ, libentius et facilius gravem pertulisset laborem et dolorem quam illam inquietem et spiritus anxietatem. In hoc gradu non appetiit comedere nec bibere, sed sibi totum fuit pœnale quod pro corporis sustentatione aliis fuisset delectabile, neque etiam potuit flere. Si enim hoc tunc valuisset, se relevatam [5] et sibi dulce reputasset; et quia sufficienter suum desiderium exprimere non valuit, dicere cum ps[almista] potuit [6]: *Domine, ante te omne desiderium meum et gemitus meus*, etc. Rursus per hunc gradum ejus anima fuit Deo intime conjuncta; amorem quidem aliquando tam fortem habuit [7] qui totum cor ejus sibi vendicavit, excludens omnem alium affectum, non solum dilectioni Dei contrarium sed etiam omnem extraneum. Ita quod per aliquod tempus ejus affectus ferebatur totaliter in Deum, et sic implebatur ab ea dilectionis præceptum, quo dicitur Matth. XXII: *Dilige Deum ex toto corde tuo, ex tota anima tua et ex tota mente tua.* Hæc, inquam, impletio fiebat ab ea hic in via modo singulari et excellenti, aliter quam in aliis communiter. In sanctis aliquibus impletur, quando fit in eis exclusio omnis affectus contrarii et caritati oppositi, non autem exclusio omnis affectus extranei. Fuit ergo in hoc statu amor ejus valde purus et fervidus [8], et ejus desiderium tanto ferventius quanto erat purius. Et quanto ardentiora erant desideria, tanto ascendebant altius; nec quieverunt donec ad amatum pervenerunt: sicut grave non impeditum descendens non quiescit antequam ad locum naturalem sibi gratum [9] attingit. Unde [10] Augustinus libro XIII Confess. dicit:

[1] irrogabat *G.* — [2] aliqua *C.* — [3] in *G.* — [4] quod *G.* — [5] revelatam *C.* — [6] potuit *om. G.* — [7] habuit *add. ex C.* — [8] *ita G.* fecundus *V.* — [9] gratuitum *G.* — [10] hæc *add. C.*

" Ponderibus suis aguntur omnia et loca sua petunt. Pondus meum amor meus : illo feror quocumque feror. „

Capitulum VIII. Qualia desideria ex caritate alte desiderativa sint orta.

5 Carnis sopitis[1] desideriis quæ militant adversus animam, sponsa a Domino fideliter instructa didicit diligenter esse cavendum ne desiderium sit tepidum, remissum aut depressum ad animæ bonum quod ad salutem animæ est necessarium; et præcipue ad bonum summum debet habere desiderium ex caritate desiderativa proce-
10 dens, intensum, fervidum et alte elevatum per tensionem omnium virium. Hinc ejus anima a Domino excitata et vigilans effecta ac per ipsum alte elevata a terrenis ad cœlestia, a transitoriis ad æterna, ab imis ad summa, facta est magis avida ad apprehendendum summum bonum, Dominum Deum, quasi homo avarus qui impetu aviditatis
15 suæ fertur et afficitur ad divitias temporales acquirendas aut custodiendas. *Animæ siquidem sic spiritualiter avaræ*[2], ait Dominus, *volo communicare tam multa bona pretiosa, quod non sufficeret exprimere illa, etiamsi haberet multas linguas.* Porro in caritate desiderativa ejus fervida desideria alte ad Dominum elevata ad tantum augmen-
20 tum sunt deducta quod effecta fuerunt languida, ignita et flammea, tanto caritatis ardore inflammata quod eorum totalitatem non valuit aliquibus verbis exprimere, sed alta trahens suspiria et lacrimas effundens uberrimas eorum inenarrabilem utcumque patefecit magnitudinem; quamvis ejus desiderium quod habuit ad Dominum per ipsum
25 valde alte tractum, tunc intensius, ferventius, languidius[3], anxius[4] et afflictivius fuerit quando propter ejus vehementiam flere non potuit nec os suum ad supplicandum aperire neque stare, sedere aut ambulare, sed sui impotens præ amoris languore et desiderii magnitudine vix valuit respirare. Et tunc decumbens per singultum mœrentium, gemitum
30 languentium et gestum ac sonitum dolentium nec non per cordis saltum impetuosum suum æstuans manifestabatur desiderium, plus tamen sibi quam alteri. Attamen non permittebatur scire suorum ex languido desiderio laborum ac dolorum totalitatem, Domino testante qui ei pro vita æterna fortiter languenti dixit: *Tu non scis quam lan-*
35 *guida sis; sentis autem bene te non posse ambulare, non*[5] *sedere nec stare neque cibo aut potu te posse reficere quando vis et cupis; nec vales præ amoris magnitudine qualiter tibi sit advertere et an sis sana vel*[6] *languida considerare.* Amplius: Hujus sponsæ desideria ex caritate desiderativa

[1] sopitus *C.* — [2] (sic spir. av.) sic spirituali *G.* — [3] languidius *add. ex C, G.* — [4] anxius *om. G.* — [5] nec *C.* — [6] *ita C.* et *V, G.*

procedentia [1] fuerunt non solum fervida, intensa [2] et languida, sed etiam ignita, flammea, altevolantia et cœli penetrantia fuerunt; siquidem tam multoties ignita et flammea, quod vix valuit anhelitum attrahere. Ejus tunc cor non potuit refrigerari a pluvia præsuavi [3] desursum de cœlo in ipsam descendenti, quæ [4] ei plura bona animæ pretiosa attulit et ipsam ineffabiliter magnifice lætificavit bonaque corporis transitoria abominabilia reddidit ac per hoc ejus desiderium alte super ipsam sustulit. Hinc anima omnium exteriorum oblita viribusque suis rigide tensis, per ignita ac flammea desideria celeriter ascendit sine obliquitate aliqua ad Dominum, suorum desideriorum vehementia potenter penetrans cœlum, recte sicut scintilla flammea quando non est impedita velociter ascendit aerem penetrando. Ac sponsa per dicta [5] desideria sic potenter cœlum penetrantia, non ex industria vel meditatione humana formata, sed ex gratiæ divinæ influentia, obtinuit multa animæ bona et desideriorum suorum sanctorum magna incrementa, quæ a Domino illuminata in spiritu videns cognovit, Dominusque ei bona varia excellenter magna quæ contulit pluries veraciter patefecit. Postremo pro majore hujus caritatis notitia videantur illa quæ in hac dictione " desiderium " in tabula libri Vitæ hujus sponsæ sunt notata [6].

Capitulum IX. De caritate violenta seu violentante.

Violenta caritas, ex caritatibus alte desiderante et forti specialiter [7] orta, a sua quam sibi intulit violentia sic est dicta. Quæ ejus desiderium totum sibi vendicavit [8], naturam sensualitatis mortificans violenter spiritui subjugavit, spiritum autem ejus aliquando cum violentia supra se elevans in altum sustulit et ipsam sponsam mente excedere fecit. Cœlum ascendens ibi cœlestia munera accepit, juxta illud Matth. XI: *Regnum cœlorum vim patitur, et violenti rapiunt illud.* Denique hæc caritas in ea amorem matris, mariti et prolis totaliter extinxit, quia ad eos non naturalem, carnalem neque socialem dilectionem sed solummodo gratuitam habuit et eos ordinate prout debuit dilexit. Porro hujus caritatis violentiam sentire consuevit quando [9] Spiritus sanctus ei cum hac caritate missus fuit. Tunc enim operatione divina uterus ejus valde intumuit, fetum plene gestatum et partui vicinum impetuose salientem, graviter prementem et fortiter cor et latera trudentem sensibiliter percepit; fetus ille aliquando [10] egit ita agiliter et

[1] præcedentia *G.* — [2] *ita G.* incensa *V.* — [3] *sic videtur legendum loco* persuam *G.* presuam *V, C.* — [4] *ita C.* qui *V, G.* — [5] (per d.) prædicta *G.* — [6] De materia hujus caritatis desiderativæ vide supra in Libro Vitæ hanc dictionem " desiderium " in tabula pro eodem libro ordinata *C.* — [7] spiritualiter *G.* — [8] vendicat *G.* — [9] cum *C.* quia *G.* — [10] quando *G.*

impetuose[1] quasi[2] visus fuisset extrudere cor de ejus corpore (1). Onus etiam grave sensit supra se; signa quoque aliqua etiam corporalia tunc sentiens habuit qualia in parturitione naturali habere consuevit: utpote uteri tumefactionem magnam, gravem pressuram et rigidam
5 cutis distentionem. De his Dominus eam informans ei dixit: *Quando accipio animam tuam ad meipsum per mentis excessum, tunc tibi cum caritate violenta misi Spiritum sanctum. Etiam quando ad te venio tuum magnificans uterum, ita fortiter premens te, ut oporteat te pressuram sustinens graviter gestare, tunc iterum cum caritate violenta tibi misi*
10 *Spiritum sanctum, qui non solus operatur in te; sed nos tres, sc. Pater meus, ego et Spiritus sanctus magnifice*[3] *operamur in te, non inæqualiter sed æque. Sane caritas illa potest bene dici violenta: te enim sentiente tibi magna a me fit violentia cum mea pressura, qua a me premeris et ita distenderis quasi rumpi et dilacerari velis.*

15 **Capitulum X. De caritate vulnerante.**

Vulnerans caritas animam hujus[4] sponsæ et cor vulneravit per multos annos vehementer et varigene, nunc spiculis, nunc majoribus sagittis, nunc lanceis valde magnis. Spiculum in proposito est parvum telum ad modum spicæ seu lanceæ parvæ; sagitta, licet sit[5] nomen

[1] salientem *add. G.* — [2] quando *G.* — [3] *om. G.* — [4] ejus *G.* — [5] sit *om. G.*

(1) Cfr. simile quid infra, cap. XVII et in Revelationibus S. Brigittæ, l. VI, c. 88: Nocte Natalis Domini tam mirabilis et magna advenit Sponsæ Christi exultatio cordis ut vix se præ lætitia tenere posset, et in eodem momento sensit in corde motum sensibilem et admirabilem, quasi si in corde esset puer vivus, volvens se et revolvens. Cumque motus iste duraret, ostendit Patri spirituali suo et aliquibus amicis suis spiritualibus, ne forte esset illusio. Qui visu et tactu probantes veritatem, admirabantur. Itaque iterum eodem die in summa Missa apparuit Mater Dei, et dixit Sponsæ: " Filia, miraris de motu quem sentis in corde tuo: scias quod non est illusio sed ostensio quædam similitudinis dulcedinis meæ et misericordiæ mihi factæ. Nam sicut tu ignoras quomodo tam subito tibi cordis exultatio et motus advenit, sic adventus Filii mei in me mirabilis fuit et festinus. Nam quando ego consensi Angelo nuntianti mihi conceptionem Filii Dei, statim sensi in me mirabile quoddam et vividum. Et cum nasceretur ex me, indicibili exultatione et mirabili festinantia clauso meo virginali utero prodibat. Ideo, filia, non timeas illusionem, sed gratulare, quia motus iste quem tu sentis signum adventus Filii mei est in cor tuum. Ideo, sicut Filius meus imposuit tibi nomen novæ Sponsæ suæ, sic ego voco te nunc Nurum Filii mei. Nam sicut pater et mater senescentes et quiescentes, imponunt nurui onus et dicunt ei ea quæ sunt facienda in domo, sic Deus et ego, in cordibus hominum senes et frigidi a charitate eorum, indicare volumus amicis nostris et mundo per te voluntatem nostram. Motus vero iste cordis tui perseverabit tecum et augebitur juxta capacitatem cordis tui. " *(Revelationes S. Birgittæ, olim a Card. Turrecremata recognitæ et a Consalvo Duranto .. notis illustratæ,* Coloniæ Agrippinæ 1628, p. 426.)

commune, hic tamen est accipiendum pro jaculo seu pro missili telo quod ab ante est acutum et postea procedit ex utroque latere in latum : quod cum infixum fuerit, non nisi cum læsione magna aut ruptura extrahi poterit ; lancea est longa hasta. Et horum trium nomina vulgaria sunt *pfeyel* [1], *stroel und sper*. Sane affectus ejus his amoris instrumentis transverberatus intra se non valuit cohibere nec abscondere suos æstus, sed vulnus latens in publicum prodiit per varios effectus [2] in ea exterius ostensos. Hi fuere anxietas spiritus, largi sudores et fletus, magni singultus et profundi gemitus, alta et longa ab imo trahentes suspiria. Ex [3] vulneratione quippe offendebatur aliquando ita valide quod sui cordis nec virium suarum habuit posse. Hinc aliquando quando [4] stetit et vulnerabatur, oportuit eam mox residere; aliquando vulnerata ambulare [5] valuit, sed cum magna [6] difficultate et cordis offensione (hanc toties sensit, quoties unum pedem ante alium locavit) ; aliquando vix se movere potuit, quando in eodem loco sedit aut jacuit ; aliquando cordi vulnerato succurrere volens, brachiis et genibus suis præcordia compressit ; aliquando orare ore tenus non valuit et vix anhelitum attraxit ; aliquando vertigo caput ejus tetigit, quoties Dominus novum amoris spiculum immisit [7] (et hoc per quatuor horas aliquando duravit) ; aliquando ex jaculi immissione vehementer afflicta in corde et aliquando in alia corporis parte, ut in scapula [8], brachio, cerebro aut capite, se velociter sursum movit ; aliquando ad locum doloris manum impetuose misit, tentans si in tali parte propter vehementiam doloris esset vulnus corporale ; aliquando ex nimio vulnerum dolore non potuit manum suam circa corpus suum sustinere, sed oportuit eam velocius deponere ; aliquando in carnem ejus varia tam magna quam longa spicula sunt immissa, quæ [9] quamvis fuerant spiritualia, attamen erant corporaliter afflictiva, pungentes [10] tam amare quod compressit se et incurvavit præ dolore ; aliquando ex interiorum [11] vulneratione valida facta fuit in facie sua pallida atque glauca. Præmissa et consimilia ad extra apparentia patefecerunt ejus amoris [12] vulnera interiora. Rursus ab intra efficaciores vulnerationis ipsa sensit effectus. Nam [13] sensibiliter percepit cor suum nunc uno amoris spiculo vel sagitta, nunc duobus, tribus, quatuor vel pluribus vulnerari ; nunc sagittis sese intersecantibus, nunc impetuose se impellentibus undique repleri : sagitta quippe sagittam impellebat, ut profundius intraret. Ex talibus siquidem sagittarum immissionibus cor ejus quasi conclavatum sensit validius, quandoque ad dorsum, quandoque ad costas

[1] pfeyl *C.* — [2] *ita C.* affectus *V, G.* — [3] Et *G.* — [4] ita-quando *deest in G.* — [5] ambulare *deest in G.* — [6] magna *deest in G.* — [7] misit *G.* — [8] *ita C.* capula *V, G.* — [9] quod *G.* — [10] *sic codd.* — [11] (ex int.) exteriorum *C, G.* — [12] amoris *om. G.* — [13] Jam *C.*

et aliquando ad pectus. Aliquando graviter vulnerata dum alta traxit suspiria, fuit ita amare afflicta ac si cuspis scindens de corde exiret per emissum suspirium et [1] regrederetur [2] per aerem inspiratum. In his aliquando cor doluit valide, omnes vires ejus fuerunt 5 tensæ, cor scissuræ et ipsi morti quandoque sibi [3] videbatur appropinquare. Afflictiones jam scriptæ interius et exterius variabantur secundum majus et minus pro diversis temporibus ; in quibus singulis erat aliquid gaudii et consolationis. Licet enim diu teneretur a Domino in corporis aut spiritus afflictione, hoc tamen nusquam fuit sine nota- 10 bili consolatione [4]. Unde scriptum est Psalm. 33, 19 : *Prope est Dominus his qui tribulato sunt corde.* Amplius : In hujusmodi animæ vulnerationibus valde æstuans solebat habere desiderium, nunc ad vitam æternam, nunc ad sacramentum et præcipue ad Dominum animæ medicum, sicut homo corporaliter vulneratus ferventer desi- 15 derat medicum sua [5] scientem curare vulnera. Unde quadam vice, dum sponsa tam ob nimiam cordis vulnerationem quam spiritus anxietatem jacuit et brachia sua circa corpus suum sustinere non valuit, Dominus valde amicabiliter ei se exhibens, dixit : *Hic jaces prostrata, amoris spiculis et sagittis in corde totaliter vulnerata, et tu ita bene indi- 20 geres medico, sicut unus homo vulneratus corporaliter in multis locis sui corporis graviter, qui cum magna difficultate et desiderio exspectat medicum suorum vulnerum curativum. Dic ergo : Domine Jesu, medice bone, adjuva, adjuva* [6] *me.* At illa dicens hæc [7] Domini verba fuit plurimum consolata. Item alio [8] tempore jussit eam sic dicere : *O tu, bone 25 medice Jesu Christe, en anima mea est letaliter vulnerata ; Domine cordialiter dilecte, sana eam et sanam effice, prout bene potes et noscis me peccatricem pauperem indigere.* Item in hujusmodi animæ transsagittationibus cor sæpe dilatabatur et majorabatur ; tunc superius dulcedo effluxit et inferius per loca sagittarum cor penetrantium etiam 30 dulcedo distillavit. Ex talibus sc. effluentia et stillantia [9] dulcedinis in corpus, aliquando ipsum replebatur totum dulcedine, aliquando dumtaxat semiplene ; aliquando distillatio dulcedinis fiebat solummodo per loca sagittarum inferius cor penetrantium. Porro quando talem sensit exire dulcedinem, tunc lacrimas per oculos effudit dulces. 35 Hæ fuerunt sibi delectabiles, quasi suave unguentum cor vulneratum perungentes [10] et spicula extrahentes ; i.e. per lacrimarum [11] dulcedinem et earum largam effusionem sic dolorum sensit mitigationem ac si optimo unguento vulneratum cor ejus perungeretur et spicula ac sagitta per hoc extraherentur successive. Hoc tamen fiebat levius

[1] *legendum forsan* ipsa. — [2] egrederetur *G.* — [3] ibi *G.* — [4] hoc-consolatione *om. C.* — [5] sicut-sua *om. C.* — [6] adiuva *semel G.* — [7] hæc *om. C.* — [8] illo *G.* — [9] *ita V, C.* distillantia *G.* — [10] *ita G.* pungentes *V.* — [11] lacrimas *G.*

tempore uno quam alio. Nam quando primo eam Dominus amoris jaculo vulneravit, hoc cum parvis spiculis fecit, quæ flendo faciliter extrahere valuit. Post hoc[1] procedente tempore sagittavit eam Dominus spiculis et sagittis pluribus et majoribus, quæ et quas extrahere flendo sibi erat multo difficilius; affligebaturque amarius et consolabatur melius, ac per hoc juvabatur in bonis operibus, trahehatur ad Dominum fortius. Hinc aliquando liberabatur ab omni creatura, delectabiliter in contemplatione Domini suspensa, qui in ejus præsentia ita magnus apparuit quod sibi omnis creatura disparuit. Eique dixit: *Aspiciens me, magnam meam magnitudinem ac omnipotentiam contemplare, longitudinem, latitudinem et altitudinem. Næ*[2], *manu palpa intelligentiæ.* At illa videns bonitatis Domini magnitudinem, avara fuit, ut intelligendo et fortiter diligendo comprehenderet eam; sed quia magnitudo Domini ejus tam intellectum quam affectum improportionabiliter excessit, anima ejus caritate Domini avara vehementer incitata[3] quasi insaniens bonitatis divinæ magnitudine visa est, i. e. conata est seu laboravit comprehendere. Dumque suum desiderium fortiter laborans perficere non valuit, Dominus ei dixit: *Habe pro tuo confessore desiderium ut tibi tribuat consilium quomodo anima tua me valeat comprehendere, cognoscendo, diligendo, contemplando et firmiter retinendo.* Quasi diceret: Me non poteris, ut niteris[4], comprehendere, nec ad hoc[5] ille tibi poterit consilium dare; sed apprehendere[6] me poteris juxta capacitatem tui intellectus et affectus. Hoc dicto, Dominus ab ea abstraxit[7] se secundum magnitudinem suæ apparentiæ; reliquit tamen in ejus anima æstuans desiderium ut magnifice cognosceret et diligeret[8] ipsum. Desiderium hoc extitit tam validum quod per ejus intensionem cor suum sibi videbatur velle dividi seu appropinquare divisioni. Hoc tamen desiderium fuit sanatione vulnerum facta a Domino mitigatum. Qui alia vice, dum vulnerata fuisset valide, dixit: *Pete ut magnifice me apprehendas et mecum æternaliter maneas; et dic sic ad tuum confessarium: Dominus, inque*[9], *in tantum vulneravit cor meum hodie, quod meo videre non valebo hoc vincere, sed me a vita præsenti oportebit deficere.* Hoc dicto, valde tracta est per Dominum et spicula amoris tam vehementer cor suum afflixerunt quod non valuit plus dicere, nisi alta trahens suspiria unum tale: *In magno ardore ac sudore caritas*[10] *vulneravit me.* Postremo est sciendum quod hæc sponsa caritate sua et per desideria ferventia et acuta in altum ascendentia etiam sponsum Jesum vulneravit

[1] hoc *om. G.* — [2] Nam *C.* — [3] mitigata *G.* — [4] uterum *G.* — [5] (ad hoc) adhuc *G.* — [6] *in marg. V, C:* Nota differentiam inter apprehendere et comprehendere. — [7] distraxit seu abstraxit *G.* — [8] *ita videtur legendum pro* diligenter ipsum desiderium. Hoc *(quod legitur in codd.).* — [9] *codd.* inquit. — [10] caritatis *G.*

et hæc tanquam spicula subtilia et fortiter penetrativa [1] in ipsum direxit. Qui aliquoties ei dixit, postquam eam quasi letaliter vulneravit : *Sagittasti tu me et ego tetigi te.* Et iterum : *Tu in me tuam dirige sagittam; ego enim libenter suscipiam, et ego toties mittam in te sagittam*
5 *quod te adhuc tangam.* Post hoc cor ejus pluries est repletum sagittis delectabilibus sese suaviter moventibus, et aliquando etiam amare ipsum affligentibus. Nempe hic modus vulnerationis qua sponsus a sponsa vulneratur est consonus Scripturæ, quæ dicit in Canticis (Cant. 1) : *Filii matris meæ pugnaverunt contra me.* Et iterum
10 (Cant. 4) : *Vulnerasti cor meum, soror mea sponsa, in uno oculorum tuorum.* Quod exponens beatus Bernhardus, sermone super Cantica, dicit : " Anima devota duos habet oculos : unum cognitionis, alterum amoris ; Deus ab utroque videtur, sed dextro oculo vulneratur ; quia ubi intellectus caligat, amor penetrat, et ubi intellectus repellitur,
15 amor admittitur ; quia plus sapere quam oportet prohibemur, sed amare plus quam possumus præcipimur. „

Capitulum XI. De lanceatione et vulnerum dulcore.

Post hæc Dominus apposuit vulnerare suam sponsam validius per lanceas politas et acutas valde, quas in cor sponsæ una cum sua beni-
20 gnissima matre infixit profunde. Hoc pluries faciens ipsam afflixit amare, prout supra (1) libro VI, cap. 24 et 25 est scriptum, nec de his nunc [2] plus est dicendum. Sed quia tales translanceationes etiam aliquando fuerunt ei multum delectabiles, ideo de talibus est nunc aliquid referendum. Unde quadam quadragesimæ feria sexta Domi-
25 nus hujus sponsæ excitaverat potentias animæ et ejus sensus effecit vivaces. Nam intellectus fuit lumine scientiæ illustratus, affectus in amore inflammatus, memoria tota in Dominum fuit tracta ; omnes sensus animæ aperti suum intuitum dirigebant acute ad Dominum, ut quilibet eorum [3] actu suo sentiret ipsum ; quem etiam senserunt,
30 sed non contenti perfectius suis actibus ipsum percipere desideraverunt. Desideria, spes et confidentia erant ad Dominum valde magna, ut ipsum posset cito accipere in sacramento Eucharistiæ. Dumque transisset hora pro qua speravit se accepturam sacramenta, oculi animæ viderunt attente et proprie regem gloriæ et ejus matrem
35 dignissimam in throno gloriæ considere [4], duas lanceas limatas et acutas habere in suis manibus, et has miserunt transversaliter in cor ejus secundum modum in supradictis capitulis expressum. Uterque, sc. [5]

[1] penetrantia *C.* — [2] nunc *om. G.* — [3] eorum *om. G.* — [4] consedere *G.* — [5] scilicet *om. G.*

(1) i. e. in Vita B. Dorotheæ.

Dominus et mater ejus,suum ita acute dirigebant intuitum super suam lanceam, sicut sagittator diligenter respicit supra sagittam, ut ipsam debite dirigat ad metam. Porro Dominus, mater ejus et anima sponsæ se mutuo intuitu fixo aspicientibus, cor sponsæ erat vehementer ignitum. De cujus ardoris excellentia ascendit flamma ignita quæ in corpus 5 circumquaque se diffudit et in omni differentia positionis cum impetu erupit de corpore. Dumque cor sponsæ fuisset in tam ingenti [1] ardore quod putaret se quoad naturam corporis jam non posse diutius tam intensum ardorem tolerare, ipsi, scilicet [2] Dominus et sanctissima mater ejus, lanceas prædictas sponsæ infixerunt validius, sed non cum 10 dolore, ut prius est tactum et supradictis allegatis [3] capitulis exaratum, sed suavissime ac [4] delectabilissime. Hujusmodi quippe infixio erat notabilis et amica, desiderabilis et consolatoria, laudabilis et benigna. Post hoc lanceis sine afflictione extractis, dixit Dominus ei amice : *Tu debes bene agere et sancte vivere, ut anima tua et corpus renoventur* 15 *multoties et clarificentur*. Una vice, dum cor sponsæ fuisset repletum sagittis suaviter delectantibus, fuit una lancea inter illas longa et lata cordi infixa, ex cujus infixione cor dilatatum est valde. Quod præ nimia magnitudine ab ante ubi est costarum conjunctio nitebatur exire, et cor mutabatur post hoc varie : nunc dilatabatur, nunc con- 20 stringebatur, nunc majorabatur, nunc minorabatur ; ipsum quoque [5] tanta replebatur dulcedine quod ipsa præ deliciarum magnitudine non valuit orare. Quoties lancea se in corde movens vertebat, toties sudor ex ardore magno de corpore erumpebat ; flammæ quoque magnæ et ferventes dorsum ejus penetrantes exierunt et illud delectabiliter cale- 25 facientes ascenderunt. Rursus : Lancea cum sagittis in suis motibus quos vulnerando faciebant, cor delectabant [6], et post vulnerationem in corde faciebant titillationes delectabiles et delicias miro modo suaves causabant. In his aliquoties putabat cordi suo scissuram imminere ex magna ejus dilatatione et majoratione. His aliquantulum diu, sc. 30 usque ad sumptionem sacramenti durantibus, Dominus ei adveniens cum multis [7] bonis spiritualibus, animam ejus sibi intime uniens et omnes sensus ejus claudens ipsam supra se elevavit ac per mentis excessum a se alienans bona meliora contulit quam exprimere scivit. In hac siquidem mentis alienatione ablatæ fuerunt lanceæ et sagittæ; 35 permansit tamen sponsa post reditum ignita ex amore et in Domino jubilans tota die. Ultimo de hac caritate specialiter tria sunt memoriæ commendanda. Primum, quod ejus sentimenta ab hac electa Dei sponsa percepta sensibiliter fuerunt tam varia quod singula si quis scriberet, efficerent tractatum nimis longum. In diversis tamen capi- 40

[1] ardenti *G.* — [2] sponsæ *G.* — [3] alligatis *codd.* — [4] et *G.* — [5] (ips. quoque) ipsumque *G.* — [6] delectabatur *G.* — [7] multis *om. G.*

tulis præcedentibus (1) est aliquid tactum [1], et specialiter multum libro primo, cap. 6; lib. III, 2; IIII, 13 et tribus sequentibus; libro V, cap. 35 a. b. et libro VII, cap. 18 a. est scriptum. Secundum, quod vulnerum ejus amaritudo sibi dulcorata sunt ex vulnerum Domini
5 recordio. Unde quadam quarta feria Paschæ ei vulneribus, energia et [2] æstuantibus desideriis repletæ Dominus mira amicabilitate dixit: *Omnem tuum laborem, vulnerum dolorem ac quamcumque aliam tuam passionem in mea imprime vulnera, et tibi erunt dulcorata.* Hoc dicto, Domini vulnera sibi fuerunt præsentia, ex quorum tam inspectione
10 quam recordatione fuit gaudio [3] repleta et in Domino confortata. Tertium, quod ipsa singulariter multa a Domino suscepit vulnera tam corporalia quam spiritualia. Qui ei dixit: *Homines non sunt multi quorum corda sic totaliter ut tuum multoties vulneravi. Nam quicumque hoc legerit, qualiter cor tuum sagittis caritatis meæ sit tam magnifice*
15 *vulneratum et totaliter transsagittatum, ille admirationem habere poterit bene magnam.*

Capitulum XII. De caritatibus inquietante, impatiente et insaniente (2).

Sponsa hæc caritate vulnerata sponsum Jesum unice dilectum tam
20 vehementer concupiscens sitivit, quod eum totis viribus cito obtinere anhelavit. Hinc caritatem habens inquietantem valde inquieta fuit; omnes vias et modos quæsivit, nunc ut bene ageret et sancte viveret, nunc ut gratiam et virtutes acquireret, nunc ut Domini præsentiam et Eucharistiam acciperet, nunc ut vitam æternam obtineret. Erat
25 sicut sponsa in Canticis III dicit: *In lectulo meo per noctem quæsivi quem diligit anima mea. Surgam et circuibo civitatem per vicos et plateas*, etc. Porro quando diu quæsivit et non obtinuit inveniens quod ardenter desideravit, ardor desiderii ipsam quiescere non permisit; sed inconsolabiliter flens omne quod suo desiderio non militavit tan-
30 quam sibi [4] intolerabile et abominabile rejecit [5]. Unde beatus Augustinus libro de Consolatione infirmorum dicit: „ Amor impatiens solet cuncta pericula contemnere. „ Solebat etiam irremediabiliter flere, quia, secundum eumdem Augustinum, libro secundo Soliloquiorum, „ impatiens amor lacrimis modum non tribuit, nisi amori detur quod
35 amat. „ Sicque ejus inquietudo usque ad laudabilem crevit impatientiam; quam Dominus pluries approbans, dixit: *Tu debes impatiens*

[1] tactum *deest in G.* — [2] et *add. ex C.* — [3] gaudio *deest in G.* — [4] sibi *om. G.* — [5] rejecit *deest in G.*

(1) Vitæ scilicet majoris. — (2) Cfr. Vit. lat. min. cap. 80 (*Act. SS.*, t. XIII Oct., p. 552).

esse pro me nec ab ullo debes addiscere habere patientiam pro me; sed pro bono incommutabili ac [1] *incorruptibili debes habere magnam inquietem et impatientiam. Et si quis tibi dixerit: Sis patiens* (supple *me quærens et desiderans), tu magis eum*[2] *rogitare stude ut me roget pro te ut sis impatiens pro me. Talem quidem impatientiam quæ causatur per* 5 *ardentis* [3] *desiderii vehementiam ad vitam æternam et ut comprehendatur* [4] *bonum incommutabile, nullus potest habere nisi qui gustavit bonum æternum magnifice. Quippe si dixerit* [5] *confessor ad te: Patientiam habe in tua spirituali impatientia, tu ei respondens dicito: Ego tamen ex impatientia vestimenta mea non scindo, sed scindo cor meum propter* 10 *Dominum meum dilectissimum, qui dedit mihi ad habendum ipsum valde intensum desiderium, ardorem magnum et fletum impatientiamque spiritus. Modicum tamen nimis est quod agimus nos: obnixe rogitare Dominum deberemus, quod hæc impatientia spiritus multoties fieret et diu duraret.* Ecce patet hujus impatientiæ laus et approbatio, quæ 15 incrementum suscipiens effecta est caritas insaniens, tunc quando ex magnitudine desiderii rationi [6] non valuit acquiescere nec consilium recipere neque consolationem admittere, donec consolator ejus advenit quem totis visceribus [7] quæsivit. Nempe ad sponsum unice dilectum cum impetu tendens, nil aliud sponsa columbina invenit in 20 quo pes ejus, i. e. affectus, requiescere valuit. Nec putabat se posse sine sponso vivere, sicut piscis sine aqua non potest diu subsistere. Nimirum quia secundum Dionysium, septimo Cœlestis Hierarchiæ, et Lynconiensem ejus commentatorem: " Amor per vehementem inclinationem ad rem amatam causat fortem tendentiam in ipsam, quo 25 nihil velocius, nihil acutius, nihil subtilius aut penetrabilius est [8]. Sua enim natura non quiescit donec supernaturaliter totam penetraverit dilecti profunditatem et [9] etiam transierit amati totalitatem quantum potest. „ Hæc [10] Lynconiensis. Ideo quando cursus ejus retardatur, quia non reperitur quod desideratur, amans ad impatientiam 30 ac insaniam perducitur. Cui concordat beatus Hieronymus in sermone de virginis Mariæ Assumptione, dicens: " Hoc habet impatiens amor ut quem desiderat semper se invenire credat. Ignorat siquidem judicium, ratione multoties caret, nescit modum [11] nec aliquid cogitare potest quam quem diligit. Amor [12] non accipit de impossibilitate 35 solatium nec ex difficultate remedium, nec consilio temperatur, nec pudore refrenatur, nec rationi subjicitur. „ Rursus prædictarum caritatum actus et effectus augebantur quandoque ex caritatis languentis, desiderantis, bullientis aut [13] vulnerantis adjunctione aut

[1] aut *G.* — [2] magisque *add. G.* — [3] *codd.* ardens. — [4] comprehendat *G.* — [5] dixeris *G.* — [6] rationem *G.* — [7] viribus *C.* — [8] est *om. G.* — [9] et *om. G.* — [10] Hoc *G.* — [11] nescit siquidem modicum *G.* — [12] enim *add. G.* — [13] ac *G.*

plurium prædictarum vel omnium congregatione. Tunc enim efficiebatur plus impatiens et fortis insaniens. Nam tunc a planctu et irremediabili fletu non valuit cessare; præ spiritus anxietate voluit deficere; corporis [1] membra quandoque in quiete non potuit conservare,
5 sed jactabat ea hinc inde febricitantium more et ut homo solet facere constitutus in agonia aut in ægritudine valde magna. Nimirum si ex caritatum prædictarum una fit per ejus actionem magna impatientia, multo major fit tam impatientia quam insania, quando duo, tres aut plures caritates simul suas exercent [2] operationes: ex quibus ori-
10 genatur valde intensum et impatiens pro Domino desiderium. Unde quando [3] cum inquietante, impatiente, insaniente et bulliente caritatibus sibi mittebatur Spiritus sanctus, tunc inquieta et impatiens insaniebat, cor ejus ignitum ardebat et quasi olla bulliens ebulliebat; ex intenso ardore largiter sudabat et ferventes lacrimas quasi scindentes
15 effundebat. Dum hæc fiebant, ipsa quanto plus ardebat et vehementius bulliens [4] largius flebat, tanto impatientior et desiderativior est effecta [5]. Plus retrocedere et minus attingere quod voluit sibi est visa. Amplius: Hujus caritatis actum, sc. insanientis, vehementiorem habuit, quando a raptu ad se sine corporali imagine seu phantasmate rediit;
20 conabatur enim tanquam insaniens valide ad visa gaudia redire.

Capitulum XIII. De caritate dulci.

Jesus Christus sic importune a sponsa quæsitus, est cum magna dulcedine ac delectatione [6] inventus. Unde scriptum est Prov. XIII: *Desiderium si compleatur, delectat animam.* Nec mirum quod Christo
25 sponso suo [7] invento per consolatoriam præsentiam magnam habuit [8] dulcedinem, quia amor est intimæ dulcedinis sapor. Unde Basilius in Hexameron dicit: „Qui vult veram dulcedinem prægustare, Christum discat suaviter amare, quia Christus amor est.„ Quanto ergo hunc hæc sponsa ardentius amavit, tanto suavius delicias spiritus prægusta-
30 vit, et dicere valuit illud Canticorum II: *Fructus ejus dulcis gutturi meo.* Nam nimirum [9] sæpissime præ divinæ dilectionis dulcedine non sensit laborem nec dolorem. Unde dicit beatus Augustinus libro XIII Confessionum: „Verus amor non sentit amaritudinem sed dulcedinem; quia soror amoris est dulcedo, sicut est soror odii amaritudo.„
35 Quam dulce autem huic sponsæ fuerit amara et gravia pati ex amore, diligenter [10] ejus librum perlegenti aliqualiter potest apparere. Qui etiam legendo discere poterit ejus dulcem caritatem, quia Christum

[1] corpus *G.* — [2] exercebant *G.* — [3] quando *om. C.* — [4] bulliciens *C.* — [5] et desiderativior (*bis*) est effectus seu effecta *G.* — [6] dilectione *G.* — [7] sponso suo sc. Christo *G.* — [8] habebat *G.* — [9] Nimirum nam *C, G.* — [10] diligenti *G.*

Dominum tam dulciter dilexit quod eam ab illa caritate nulla dulcedo abstrahere valuit. Unde breviter: Caritas dulcis hoc nomen accepit, quia dulciter Deum diligit et contra proximum etiam odientem vel impugnantem non amarescit, et quia multas spiritus delicias adducit, quas dulciter amans quasi quasdam primitias futuræ beatitudinis hic 5 accipit et prægustat. Quales autem et quantas hæc Dei dilectrix prægustans habuerit delicias, ille solus novit qui dedit. Attamen qui aliquid de his scire voluerit, librum Vitæ [1] attente consideret, sc. lib. I, c. 11; lib. IIII, c. 20 et 24 cum sequentibus [2].

Capitulum XIV. De caritate avara. 10

Caritas hujus sponsæ dicta est avara, quia valde amice studuit bene agere, sancte vivere, Dominum diligere et apprehendere. Pro his totis viribus sudavit, et ita avide ac impetuose laboravit ut in anteriora se extenderet ac Dominum per gratiam obtineret, sicut facit fortis equus ad trahendum velocius currum [3] fortiter agitatus. Et quia ex aviditate 15 quam habuit et dulcedine irritata quam gustavit ut in bonis et meritoriis actibus progrederetur et ut Deus ab ea tantum quantum diligibilis sibi videbatur diligeretur, ipsa sibi apparuit magis [4] retrocedere quam procedere, magis deficere quam proficere, ideo indignabatur sibi ipsi, valde dolens de dilectionis et suæ actionis meritoriæ parvitate. 20 Revera quantumcumque profecit aut quantumcumque Dominus cum ea magnifice fuit, tanto in statu hujus caritatis se minus proficere ac minus se Deum habere reputavit. Nimirum, quia dicit Leo papa in quodam sermone: "Qui se reputat ad hoc pervenisse quod cupit, non quæsita reperit sed in inquisitione defecit." Idcirco sicut avarus 25 pecunia non satiatur, sed quanto plures habet, tanto ejus cupiditas plus augetur seu irritatur et ipse avarior efficitur: sic spiritus hujus sponsæ fiebat tanto avidior quanto ejus dilectio fuit [5] major; tunc enim cum majore ardore, desiderio avidiore et amoris quadam immensitate satagebat bene agere, sancte vivere, soli Deo placere, 30 nil extra ipsum quærere aut possidere, ipsum solum diligere et obtinere. Ille etenim solus in suo desiderio extitit, et ideo de rebus aliis nil [6] curavit, omnemque rerum copiam reputavit [7] sine Deo inopiam ac omnem seculi lætitiam et consolationem æstimavit esse magis animæ desolationem, molestiam et mœrorem quam gaudia aut [8] consolationem. 35 Eligebat ergo non quiescere pro quiete, et irremediabiliter flens studiis insistere infatigabilibus. Et quia non potuit in præsenti prout

[1] *ita G.* Vitæ *om. V.* librum ejus legens *C.* — [2] cum undecim sequentibus *C.* libr. III (*immo* IV), c. XXXIIII (*immo* 24) cum XII sequentibus *G.* — [3] *add. ex C.* — [4] nunc *G.* — [5] fuerit *G.* — [6] non *G.* — [7] reputat *G.* — [8] et *G.*

desideravit Dominum attingere, ideo ex amore avaro nunc impatiens nunc insaniens, nunc ultra insatiabilem vel languentem procedens caritatem, dicere potuit illud Job [1]: *Suspendium elegit anima mea et mortem ossa mea. Desperavi* [2]: *nequaquam ultra vivam* (supple *mihi aut*
5 *in mundo* [3] *sed Christo).* Quoniam sicut cervus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad Dominum Deum vivum. Sicque est actum quod, modum diligendi Dominum Deum quærens debitum ac [4] habendi ipsum Dominum, non servavit modum. Unde dicit beatus Bernhardus in libro *De diligendo Deum:* " Causa diligendi Deum
10 est modus sine modo: nemo enim potest superflue aut nimis Deum diligere. Ideo modus diligendi Deum non potest vitiari per excessum, nec est vituperabilis sed magis laudabilis si homo intense etiam [5] quantumcumque diligat. „ Ratio hujus est, quia ratio diligendi Dominum Deum est ejus summa bonitas, et hoc est summum bonum,
15 immensum et infinitum, quod est ab homine ex caritate diligendum quodammodo infinite, non quidem simpliciter infinite sed sua æstimatione: in tantum siquidem diligit Deum, qui vere diligit plus quam bonum quodcumque creatum; quod si in [6] infinitum multiplicaretur aut augeretur, adhuc minus diligeret ipsum quam Dominum Deum,
20 quia adhuc minus esset diligendum. Et quare? Quia Dominus [7] Deus qui dicitur caritas per Johannem evangelistam in Canonica sua [8], I Joh. 4. [9], dicitur ignis consumens per Moysen [10], Deut. 4. Igitur, sicut ignis nunquam dicit Sufficit, sed in infinitum augetur, si combustibile [11] apponatur, sic quantumcumque Dominus Deus a puro viatore
25 apprehendatur, ejus appetitus non satiatur, sed potius augmentatur [12]. Sed hæc Dei amatrix vera in sua dilectione fuit valde avara, studuit avide præceptum dilectionis adimplere quo dicitur: *Dilige Dominum Deum tuum ex toto corde, ex tota anima et ex tota mente tua* [13]. Quod duobus modis impletur, ut supra in capitulo de caritate desi-
30 derativa est dictum.

Capitulum XV. De caritate insatiabili.

Insatiabilis caritas secundum beatum Richardum, libro *De violenta caritate*, tunc est, quando æstuantis animi desiderio jam omnino nihil satisfacere potest. Porro in hac caritate sponsa majorem quam in præ-
35 cedente habuit esuriem, ut Dominum diligeret, haberet [14] et præsentem sentiret. Quem licet viderit præsentem, audierit [15] eum sibi instructorie loquentem, multa promittentem aut ipsam consolantem, per hoc

[1] Job *om. G.* — [2] Desperabam *G.* — [3] imundo *G.* — [4] aut *G.* — [5] et (?) *G.* — [6] in *om. G.* — [7] Dominus *om. G.* — [8] p. Joh. ev. in Can. sua *om. G.* — [9] *in marg. V.* — [10] p. M. *om. G.* — [11] combustile *G.* — [12] sed p. a. *om. G.* — [13] tua *add. ex C.* — [14] haberet *om G.* — [15] *codd.* audivit.

tamen ejus desiderium seu esuries non fuit sedata, sed magis excitata, secundum illud Eccli. 24, 29: *Qui me edunt adhuc esurient, et qui me bibunt adhuc sitient.* Illud ergo quod ei fiebat a Domino tanquam ad esuriei suæ remedium, hoc cessit in esuriei et sitis spiritualis augmentum, quia suavitas quam tunc gustavit ita delectabilis et allectiva ac [1] aliquando nova et inusitata fuit, quod ex gustatione plus esuriit et ardentius gustare ac Dominum habere desideravit; sicque in ea verificatum est quod caritas ex copia parit inopiam, dum ipsa ex prægustatis deliciis amplius exardescebat in desideriis. Nimirum, quia deliciæ divinæ, secundum Gregorium in homilia quadam Evangelii, *Homo quidam fecit cœnam magnam*, non pariunt fastidium sicut corporales faciunt, nec Dominus Deus in via cibat ut satiet sed magis ut esuriem ad se excitet. Et hæc est felix esuries, licet sit insatiabilis ingluvies, quæ tanto plus pro illo quod habet esurit, quanto hoc ipsum largiore munere a Domino laudabiliter accepit. Porro quando Spiritus sanctus sibi cum caritate hac fuit missus, efficiebatur fortis, hilaris et agilis ad orandum; ejus pro Domino et sacramento suscitabatur desiderium et anima ejus alte clamavit [2] ad Dominum. Sic clamorem anima ejus diu continuavit sine fatigatione, cum gaudio et delectatione, prout multoties fecit. Tunc Dominus dixit hoc signum esse certum Spiritum sanctum ei fuisse missum non solum cum caritate insatiabili, sed etiam cum caritate infatigabili, quæ solet a fatigatione animam præservare.

Capitulum XVI. De caritate languente.

Languens caritas, quæ ex æstuantis animæ desiderio insanienti et avaro quod sponsa habet pro sponso oritur, in hac amatrice quasi quotidie fuit; quæ ex amoris et desiderii intensione viribus defecit et languens ex amore sæpe corporaliter decubuit. Nimirum [3], quantum enim virtus mentis crescit, tantum fortitudo corporis decrescit. Sane ex amoris languore aliquoties persensit majorem infirmitatem corporis quam unquam persenserat in vita sua se gravari ex aliqua ægritudine corporali. Recte enim erat sibi sicut homini ex ægritudine letaliter decumbenti, qui die inclinato ita gravaretur sicut homo appropinquans morti. Cujus languoris tam magnitudinem quam veritatem Dominus volens ostendere, ei sic languenti dixit: *Dic: Nuntiate [4] dilecto meo quia ego amore langueo et sum ex amore infirma homo.* Hinc singuli corporales cibi ei in tali amore fuerunt insipidi. Antequam fuerat in caritate ista bene experta et a Domino instructa, varigenos cupivit

[1] ut *G.* — [2] clamat *G.* — [3] *ita codd., pro* Nec mirum, quid mirum? — [4] dixit illud Cant. v: Nunciate *G.*

degustare cibos, ad finem si suum posset mederi languorem. Quæ aliquoties plures cibos et potus gustavit, sed omnes pœnales sibi et insipidos invenit. Procedente vero tempore cibos aut potus non appetiit sed ut agonizans magis abhorruit, cupiens dissolvi cum apostolo
5 et esse cum Christo, Phil. I. Ideo viribus ex amoris languore destituta nunc ad asserem nunc ad lectum nunc ad sedem se reclinavit, ex amore tantum sentiens defectum quod æstimavit se breviter morituram. Et sic amor ille languens proficit in amorem deficientem seu defectum adducentem, quem etiam hæc sponsa nominavit amentem.
10 Porro in hujusmodi languore solebat sæpe cor ejus dilatari et uterus ut prægnantis [1] magnificari. Ex hoc in [2] incessu uti mulier parturiens cum difficultate incessit et gemitum ac sonitum languentis corporaliter præ dolore ac infirmitate emisit. Tunc color in ejus facie fuit pallidus et oris ejus brevis ac difficilis [3] anhelitus. Cor ejus fugabat Dominus:
15 ideo ejus tam amor quam saltus erat velox et magnus; valde etiam intensum habuit desiderium veniendi ad Dominum. Ideo etiam in hac caritate quanto plus totis viribus anhelabat [4] Domino appropinquare, tanto plus ipsa videbatur sibi retrocedere et in profectu deficere. Hinc ergo plus fervens sudavit et largiflue ploravit. Rursus huic caritati fre-
20 quenter adjungebatur caritas magnifice desiderativa et magna energia. Ideo solebat valide [5] interius et exterius laborare. Quid [6] autem sit energia, quam varigena, utilis et rara, dictum est supra, libro IV, c. VI cum IIII sequentibus [7]. Videatur etiam in Tabula li[bri] Vitæ in his dictionibus "languor" et "energia" notata. Et illa scire sunt in hujus carita-
25 tis materia bene necessaria. Amplius: In statu hujus amoris aliquando cor præ ardore aruit et pulsum [8] venarum pervelocem sensit; hujus causa communiter extitit energia. Sæpe etiam hæc caritas quando sine adjunctione actus procedentis ab alia caritate fuit, tunc sponsam hanc frigore afflixit, dolores multiplicavit, anxietatem spiritus induxit et
30 vires destituit. Dominus quoque susurrans cum anima ejus in hac caritate, ipsam effecit anxiorem: si ei loquebatur, non relevabatur; si non loquebatur [9], tunc ipsa fortius a Domino trahebatur et magis languida efficiebatur. Unde ipsa multis [10] videntibus pluries decumbens sic apparebat quasi jam ultimum spiritum traheret et ad exitum
35 appropinquaret, nec attendebat quid circa se ageretur aut fiebat. Unde quadam vice in languore amoris existenti dixit Dominus: *Dic ad tuum confessorem : Ego cito quid agere debeam ignoro ; nam me caritatem languentem habente, Dominus Jesus cum anima mea varia habet susurria ; quæ quia non permittor agnoscere, anima mea anxia-*

[1] prægnatus *G.* — [2] in *om. G.* — [3] facilis *G.* — [4] anhelavit pro *G.* — [5] valde *G.* — [6] Quod *G.* — [7] cum IIII seq. *add. ex C.* libro IIII cum quatuor sequentibus *G.* — [8] pulsus *G.* — [9] relevabatur *G.* — [10] multotiens *G.*

tur valde, hic non valens permanere. Et dum supra se rapitur, corpus labore et inquietudine tantum quantum prius aut etiam [1] *amplius aggravatur* [2]. Præterea est utile in materia hujus caritatis advertere quod aliqua spiritualia sunt in amoris languore quæ designantur in corporis [3] languore. Nam primo, qui languet amore debet ante omnia peccatum [4] detestari et de ipso cordialiter dolere [5], sicut homo dolet in corporis languore ex ægritudinis afflictione. Secundo, sicut infirmus corporaliter non potest præ debilitate ambulare, sic languens ex amore retrahit non solum gressum suum et tactum suum ac alios sensus exteriores ab actibus illicitis, sed etiam sensus interiores continet ne vagentur [6] ex amore, utputa cogitatum, intellectum et affectum, ne culpabiliter evagentur. Tertio, sicut æger jacet, non valens stare, sic amens languide, licet multa bene egerit, jacet tamen per humilitatem, virtutum custodem, quæ non permittit eum stare per vanitatem vel inanem sui ipsius reputationem. Quarto consequenter, sicut corporaliter languenti desipiunt cibi et potus corporales, sic spiritualiter languenti desipiunt corporalia, amarescunt illicita et delectabiliter sapiunt bona spiritualia, et præcipue bonum summum est ei delectabilissimum. Quinto, cum languor corporis plus grandescit, infirmus surdescit [7] : sic homo ex amore languens surdescit ad audiendum [8] vana ; et si aliquando audit ea corporis aure, tunc cruciatur in mente. Audiendo autem verbum Dei, delectatur intime [9], Domino testante qui ait, Joh. VIII : *Qui ex Deo est* [10], *verba* [11] *Dei audit.* Sexto, languenti et jam morti appropinquanti franguntur corporis oculi. Sic spiritualiter languenti franguntur spirituales oculi ; et hoc tunc fit quando [12] immittitur homini aliquis influxus gratiæ tam efficaciter et magnifice, ut odio et [13] contemptui [14] habeatur [15] quod prius amore concupiscentiæ diligebatur. Tale quid propheta innuit quando dixit : *Oculi mei languerunt præ inopia* [16]. Oculi mei, i. e. intelligentia [17] qua me pauperem et miserum cognosco in bonis spiritualibus, languent [18] propter inopiam spiritualium bonorum. Septimo, languens corpore agonizat, anxiatur, viribus destituitur et tandem moritur. Sic spiritualis languor dum invalescit, magnam spiritus anxietatem efficit præ desiderii ad æterna magnitudine. Vires corporis aggravat, infirmat et diminuit et tandem ad mortificationem spiritualem [19] perducit. Ad hoc [20] potest applicari illud Nehemiæ II [21] : *Levavi vinum et dedi regi, et corrui languidus ante faciem regis.* I. e. levavi vinum languidi amoris

[1] etiam *om. C.* — [2] aggravabatur *G.* — [3] amoris *add. C.* — [4] *ita C.* peccata *V, G.* — [5] *ita C.* dolore *G, V.* — [6] ne vag. *omm. C, G.* — [7] *ita C.* sordescit *G, V.* — [8] audienda *C, G.* — [9] delect. int. *om. G.* — [10] est *om. G.* — [11] verbum *C.* — [12] fit quando tunc *G.* — [13] in *C.* — [14] contemptu *G.* — [15] *ita C.* audiatur *V, G.* — [16] opia *G.* — [17] intellectiva *C.* — [18] languet *C.* — [19] spirit. *om. G.* — [20] (Ad hoc) Adhuc *C.* — [21] *codd.* I.

et obtuli Christo regi, dum eram languidus præ desiderii magnitudine quod habui in exspectatione æternorum. Octavo, quandoque corporaliter languentes [1] a se alienantur [2], et eis mirabilia in phantasia ostenduntur. Sic aliquibus spiritualiter languentibus conceditur ut ad visiones
5 Dei admirabiles rapiantur, et aliquando sine raptu eis occulta veraciter panduntur. Ita Daniel propheta et Johannes evangelista præ admiratione in visione languerunt. Unde Daniel VIII : *Ego Daniel langui et ægrotavi.* Et a beato Joh., Apoc. I, dicitur : *Factus sum quasi mortuus,* supple, in visione. Hæc omnia venerabilis domina Dorothea
10 amore languens multoties est experta. Et ideo præsens vita sibi merito erat in tædio et mors in desiderio, ut esset cum Christo, juxta illud Eccli. XXX : *Melior est mors quam vita amara* [3], *et requies æterna quam languor perseverans.* Ultimo est hic [4] sciendum quod Dominus Jesus, piissimus medicus, solebat sponsæ huic in his languoribus suc-
15 currere tribus modis. Primo, mittere Spiritum sanctum cum caritate infatigabili ei in languore existenti ; et tunc mox fuit mutata de infirmitate ad sanitatem, de spiritus anxietate ad hilaritatem, de agendi ineptitudine seu impotentia ad agilitatem. Secundo, [5] aliquando se exhibens valde amicabiliter loquebatur consolatorie, et incendens [6]
20 eam perduxit ad aliam [7] caritatem. Tertio, ut frequenter viribus destituta ex hac [8] caritate anima rapiebatur supra se ; et tunc Dominus consolabatur animam magnifice, licet corpus gravaretur labore. Perduxit enim animam ad visionem desiderabilem, et ostendit se ei [9] aliquando per imaginem delectabilem [10]; aliquando sine effigie ali-
25 qua faciens ei varia bona, revelavit mysteria, de quibus fuerunt plura non pandenda quam illa quæ exprimere est permissa.

Capitulum XVII. De spirituali ebrietate, in qua Dominus sponsam ut exprimeret ejus bonitatem, voluit conservare.

Anima quæ scit sponsum sollicite quærere et inventum custodire
30 pluriesque experta quanta sit inquietudo et tristitia in sponsi absentia [11], quantave [12] consolatio et lætitia in ejus præsentia et unione, delectabiliter quietatur et quodam dulci poculo potatur, quod degustatum avidius quam prius iterum [13] gustare desiderat. Quod sponsus liberalissimus ei toties ministrat donec ipsam inebriet ex suæ divinæ dulce-
35 dinis vino, quod promisit in Canticis (ultimo), dicens [14] : *Tibi dabo poculum ex* [15] *vino conditum.* Hoc vinum in quadam fruitione prælibà-

[1] *codd.* languente. — [2] alienabatur *G.* — [3] æterna *G.* — [4] hoc *G.* — [5] Dominus *add. C.* — [6] *forsan legendum* intendens *V.* incendens *G, C.* — [7] illam *G.* — [8] hac *om. G.* — [9] ei *om. C.* — [10] et-delectabilem *deest in G.* — [11] absentiam *C.* — [12] quanta vero *G.* — [13] ac iterum *add. C.* — [14] ultimo *in marg. V. om. C.* se daturum Cant. ult. d. *G.* — [15] et *G.*

toria degustatur, et tantæ efficaciæ ac fortitudinis ab expertis dinoscitur quod minima ejus stilla omnem pœnalitatem præsentis seculi facit[1] oblivisci. Hinc apostoli tali poculo inebriati *ibant gaudentes a conspectu concilii*[2], *quia*[3] *digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati,* Act. v; Agatha glorianter ibat ad carcerem, et quasi ad epulas invitata; beatus Laurentius prunas ardentes reputabat refrigerium; sanctus Paulus gloriabatur in infirmitatibus, II Cor., et sic de aliis sanctis pluribus[4], qui spiritualiter inebriati ex ebrietate tali ita[5] fuerunt parati[6] quod in fastidio habebant solatium, et delectabiliter non solum sustinebant sed etiam quærebant tormentum et delectabantur ex amore inebriante in pœnis, opprobriis et flagellis, recte sicut corporaliter ebrius se denudat sine pudore et plagas sustinet sine dolore. Sane hac spirituali ebrietate hæc Dei dilectrix et sponsa per multos annos inter carissimos Domini electos fuit frequenter inebriata; et dico inter carissimos, quia de dulci poculo supradicto amici Domini bibunt, sed carissimi solummodo inebriantur, sicut dicit Glossa super illo[7] Canticorum v : *Bibite, amici mei, et inebriamini, carissimi.* Quæ sicut sæpe fuit hanc spiritualem ebrietatem experta, ita accepit de Domini beneficentia multoties per revelationem de hac ebrietate[8] laudabili salutaria documenta, quorum nunc sunt aliqua hic[9] scribenda. Unde quadam vice dum misisset ei Dominus Spiritum sanctum cum caritate inebriante contentative et magna dulcedine necnon cum caritatibus exhilarante, insatiabili et vulnerante, quibus adjunxerat lumen cœlitus infusum ejus illuminans intellectum, tunc caritates jam dictæ cœperunt in ipsa suas singulas magnifice exercere operationes, ipsaque, quia erat luculenter illustrata, bona spiritualia circumcirca se vidit tam ingentia, quod nesciebat eorum exprimere multitudinem ac pretiositatem. Hinc dixit Dominus ei : *Dic ad tuum C*(onfessarium) : *Ignoro quomodo est mihi miseræ, quod*[10] *ita modicum de Domini mei dilectissimi infinita bonitate scio exprimere, qui suæ largitatis divitias in me fudit ita multas quod, si scirem scribere, adhuc ita*[11] *modicum valerem eas totaliter exprimere sicut cœli gaudium et ejus thesaurum possem scribendo aut loquendo totaliter enarrare. Verum per hoc veraciter cognosco thesaurum seu bonum in me effusum non esse meum sed suum, meque*[12] *nihil boni habere ; et si aliquid est in me, hoc Dominus in me possidet et circa me habet. Ego quoque libenter dimitterem quod de Domini bonitate nihil dicerem, si non ad hoc instigarer. Nam quandoque sic coactor*[13] *quod directe mihi videtur velle frangi cor meum, si non aliquid panderem per eloquium eorum quæ Domini*

[1] faciat *G.* — [2] consilii *G.* — [3] quoniam *C.* — [4] pluribus *om. G.* — [5] ita *om. C.* — [6] pacati *C.* — [7] illud *G.* — [8] caritate *G.* — [9] hic *om. C.* — [10] quia *G.* — [11] ita *om. G.* — [12] neque *C.* — [13] coarctor *G.*

bonitate et bono mihi facto cognosco. Nimirum quia vasculum superef-fluenter repletum necesse est effluere aut frangi. Et addidit Dominus: *Ego volo te semper ebriam esse : nam hoc cognosco in te, quod nihil de me vis dicere quando sobria existis ; quando autem inebriaris, tunc*
5 *multa exprimere scis et cupis.* Ex his potest perpendi quod humilitatis gratia plus voluit nesciri quam sciri in admirabiliter magnis Dei beneficiis in quibus magna et laudabilis apparuit, sed ipsam se contemptibilem reputavit; ad ea tamen quæ ad Dei honorem dicere debuit se benevolam ostendit. Cui iterum Dominus ait : *Tu adhuc non debes*
10 *exprimere multa quorum similia a sanctis meis non sunt acta, nec adhuc novam sanctitatem edicere, quam sacra Scriptura non continet expresse. Et si sancta Brigitta* [1] *non expressisset in suo corde et utero fetum vivum apparuisse et se hinc inde movisse* (1), *tu adhuc non debuisses hoc de te consimile manifestasse. Attamen tu jam plus de hoc quam*
15 *ipsa expressisti ; ego etiam plus cor tuum et uterum quam ejus magnificavi teque plus quam illam pressi* [2] *et amplius gravavi.*

Capitulum XVIII. De duplici poculo inebriativo et caritate inebriante et duplici ebrietate.

Duplex poculum spiritus inebriativum ac duplex ex his ebrietas,
20 earumdemque proprietas, varia quoque alia [3] his adhærentia ei sunt a Domino revelata. Qui de poculo ait : *Duplex est poculum inebriativum : unum est dulce et aliud est forte.* Dulce poculum et leve bibitur extra raptum : primo modice sine ebrietate; post hoc Domino propinante bibitur iteratis vicibus tam sæpe quod inebriat hominem con-
25 tentative citra [4] raptum. Postquam autem invaluerit [5], ad mentis perducit excessum. Hoc poculum potatum potest digeri in gaudio et quiete absque labore fatigationem notabilem inducente. Quanto plus sponsa hoc poculum bibit, tanto plus arsit, in facie rubuit, energia evanuit, flere non valuit et magnifice Dominum sensit. Sed poculum
30 forte et vigorosum in raptu propinatur animæ primo in parva quantitate citra [6] ebrietatem notabilem. Anima siquidem hujus sponsæ in raptu quod [7] aliud poculum quam dulce gustavit [8], post raptum primo bene recognovit, qualitatem tamen [9] et [10] fortitudinem degustati [11] poculi ignoravit. Post hoc vicibus potationis in raptu multiplicatis fre-
35 quenter est [12] inebriata ebrietate non contentativa, quam successive per raptuum et ad se redituum alternationem nisi Domino disponente

[1] *sic G.* Brigida *V.* — [2] expressi *G.* — [3] *ita C.* quorum alia *V.* q. a. *om. G.* — [4] circa *G.* — [5] invaluit *G.* — [6] circa *G.* — [7] quoddam *G.* — [8] gustaverit *C.* — [9] tum *G.* — [10] et *add. ex C.* — [11] *ita C.* digustati *alii.* — [12] est *om. G.*

(1) Cfr. superius notam ad Capit. IX.

digessisset, ad nimiam insaniam perducta rationem amisisset. Nam ad hujus ebrietatis digestionem multa requiruntur, sc. labor magnus, fletus largus, devotio ingens, desiderium fervens, alta suspiria et alia multa. Et ergo sicut primum, sc. dulce poculum, est tanquam dulce vinum, lætificans cor hominis prius mœrore ex Passionis Domini compassione repletum; et merito talibus qui ex Domini amore sunt in mœrore est propinandum, sicut scriptum est: *Date vinum his qui amaro sunt animo, ut obliviscantur egestatis suæ,* Prov. XXXI : ita secundum poculum, licet sit dulce, est tamen quasi myrrha mixtum, quia [1] ipsum sequitur labor, suspirium et lamentum, de quo Psalmus ait: *Poculum meum cum fletu miscebam.* Et licet calix Domini inebrians per hoc poculum sit præclarus, ipse tamen est quoad sequelam mixto plenus, quia non potest ebrietas ex ejus potatione proveniens digeri in quiete, sed in magno fletu, in raptu et labore. Et ergo aliquoties Dominus dixit sponsæ hoc poculo inebriatæ [2] : *Ego iterum tibi* [3] *propinavi poculum forte, quod non potest extra raptum digeri in quiete. Ideo oportebit me tibi post hoc dulce poculum et leve propinare. Hoc enim soleo post poculum forte meis propinare potatoribus, recte sicut ab hominibus ex forti poculo inebriatis assumitur potus debilis ad digestionem fortioris.* Rursus Dominus dixit de duobus prædictis poculis et duabus ebrietatibus ex his causatis: quarum prima dicitur ebrietas contentativa et alia dicitur ebrietas non contentativa, quarum [4] utraque a caritate inebriante oritur et causatur; et ob hoc caritas inebrians distinguitur videlicet in caritatem contentative inebriantem et caritatem non contentative inebriantem. In prima fruitur homo Deo delicate, in secunda magis magnifice; quæ etiam animarum salutem melius quam prima [5] valet impetrare. Porro ebrietas prima [6] est duplex, sc. magna et parva, seu completa et incompleta. In ebrietate completa contentative homo in tantum repletur citra [7] raptum dulcedine, quod non valet plus [8] desiderare, stante illa [9] dispositione. In hac sponsa quando [10] ebrietas erat magna et perfecta, non erat potens supplicare [11], blandiri, regratiari neque potens os suum aperire ad debite loquendum, propter desiderium quod tunc solebat habere excellenter magnum; alta tamen traxit suspiria de imo cordis sui ex amore fervido et desiderio intenso. Quando vero fuit parva et imperfecta, tunc bene valuit opera dilectionis ab extra exercere, ut orare, amplius desiderare, pure orare, meditari, blandiri, supplicare, regratiari genuflectendo et mentem cum manibus in cœlum erigendo; et hoc faciebat magnificentius ac [12] delectabilius uno tempore quam alio, satiabatur-

[1] qui *G.* — [2] *ita videtur legendum loco* inebria te. Ego *codd.* — [3] tibi *om. G.*
[4] prima-quarum *om. G.* — [5] prius *G.* — [6] propria *G.* — [7] circa *G.* — [8] plus *deest in G.*
— [9] illa *deest in G.* — [10] Christi *loco* quando *G.* — [11] *codd.* supplicari. — [12] et *G.*

que [1] etiam in corpore ex gaudio et dulcedine. Et tunc valde modicum aut nullum infra diem naturalem sumpsit cibum; et pluries omisisset quam omisit, si Dominus ipsam ad se reficiendum non instigasset. Ebrietas non contentativa causatur ex poculo forti et
5 vigoroso in raptu potato; cum qua quando sponsa ad se rediit valde inquieta extitit et nullam contentationem hic manendi habuit. Et hoc ex desiderio excellenter intenso ad redeundum processit, et de hac Dominus ei dixit: *Quando in raptu propinavi animæ tuæ poculum forte et ipsa fortiter bibens* [2] *si inebriata fuerit debite, i. e. vere, tunc me*
10 *cum ipsa redire est necesse et ipsam gubernare, ut poculum cæleste ac forte ad me valeat cum discretione referre. Ipsa siquidem cum ratione sua, tota discretione ac sapientia non valeret rationabiliter et discrete sine adjutorio meo speciali ad me illud poculum reportare. Rursus quando tibi tribuo intensum desiderium te vehementer trahens ad me ipsum et*
15 *illustrando sic tuum elevo* [3] *intellectum quod valet inspicere et cognoscere vitæ æternæ gaudium, tunc iterum est valde tibi necessarium quod animam tuam feliciter* [4] *gubernem, ne corpus tuum ducat in præcipitium. Ipsa enim tunc* [5] *elevat se cum magna violentia, quia in vita libenter esset æterna.* Amplius: *Poculum meum forte magnis laboratoribus meis super*
20 *terram et non aliis soleo propinare, qui suis laboribus magnis sciunt illud laborando digerere et diligendo ad me cum fructu laborum laudabiliter referre. Hoc declarare tibi volo per simile. Tempore seminationis et messis tam fortiter quam graviter laborantes procurantur lautius et poculis reficiuntur fortioribus quam aliis anni temporibus: hoc quoque*
25 *totum quod in refectione suscipiunt, laborando digerunt et suis laboribus refundunt.* Hic est sciendum quod qui [6] vult [7] videre quid alii dicant de spiritus ebrietate, respiciat venerabilem Richardum de Sancto Victore in libris *De minore et majore contemplatione*, et specialiter tertium librum, de stimulo amoris.

30 **Capitulum XIX. Qualiter sponsa per dulcis poculi potationem assiduam perducta est ad ebrietatem contentativam** (1).

Consequenter Dominus docuit eam exprimere qualiter ipsam et alios primo poculo dulci solitus est potare. Quæ a Domino instructa dixit: *Dominus Jesus solet primo poculum* [8] *dulce de favore dignationis*
35 *suæ homini propinare quando incipit eum ad se trahere. Qui tractus si perfecte studuerit sequi bonum æternum, dimittens transitorium, extunc*

[1] satiebaturq. *V, G.* faciebaturq. *C.* — [2] biberes *G.* — [3] el. t. *G.* — [4] fideliter *C.* — [5] tunc *deest in G.* — [6] qui *om. C.* — [7] desiderat *G.* — [8] poculo *C.*

(1) Cfr. hic capp. 19-22 cum Vit. lat. min. cap. 78 (*Act. SS.*, t. XIII Oct., pp. 550, 551).

inchoare potest suæ salutis initium et proficere [1], *ascendendo de gradu virtutis in gradum perfectionis valde altum. Postquam autem dulce poculum sibi fuerit primo propinatum, quanto tunc consequenter intensius habuerit desiderium ad Dominum et ad ejus poculum ac quanto plus dimiserit ex bona voluntate res perituras ac consolationes humanas propter Dominum, tanto ipse Dominus dulce poculum ei largius propinat et ejus propinationem frequentius assiduat; et hoc ita diu continuat quousque hominem per hujusmodi potationem inebriat. Hæc autem inebriatio tanto citius inducitur, quanto ferventius desiderium habetur ad Dominum. Nam ad ebrietatem spiritus non sufficit remissum desiderium, sed ad ipsam obtinendam valde requiritur intensum. Porro si Dominus se et suum poculum dulce* [2] *abstraxerit, et homo tunc a singulis creaturis ac consolationibus se averterit, ejulansque post Dominum clamaverit, cum intenso desiderio petens ipsum, quatenus dignetur redire ad ipsum eique propinare iterum et iterum illud dulce poculum, tunc Dominus non fraudat ejus desiderium, sed largius quam prius sibi impertitur suæ divinæ dulcedinis poculum et semiplene inebriat eum. Hoc toties frequentat Pater misericordiæ, ille si se custodierit provide, quousque inebriet eum tam valide, quod ille satiatus contentative plus non valet desiderare. Illo* [3] *stante in qua est* [4] *dispositione, fruitur Deo magnifice et dicitur inebriatus* [5] *contentative. Cumque iterum Dominus se et suum poculum sibi* [6] *abstraxerit et illud per tempus tali homini non propinaverit, tunc ille tam vehementer nititur* [7] *iterum amissum delectabilis inebriationis recuperare gustum, quod incipit rationis moderamen quodammodo excedere et insanire. Non solum dolet quod unquam peccavit, sed etiam dolet quod aliqua licita quæ fecit* [8] *non omisit. Præsertim quando post illorum actionem non invenit se habere priorem consolationem, tunc æstimat se etiam per licita quæ egit gustum divinæ consolationis amisisse. Ita sane multoties valde dolui quod corpus meum per cibum aut potum etiam vix ad necessitatem refeci, vel per modicam* [9] *somni quietem vires recreavi. Si* [10] *post dormitionem aut corporis refocillationem in tali bona dispositione in quali ante fui me non inveni* [11], *undique causam quæsivi quare amisissem dulcedinem. Unde quadam die ante sex annos accidit quod Dominus se silenter et morose a me abstraxit. Qui me de sua dignatione permiserat per vigilantem sui observantiam hoc cognoscere quod a me voluit recedere. Hoc enim agnovi per successivam in me gaudii et deliciarum diminutionem usque ad non gradum gaudii et deliciarum terminatam. Quando ergo consideravi me jam nihil habere* [12] *gaudii, celeriter de loco sessionis in ecclesia exsurgens, cucurri,*

[1] perficere *G.* — [2] *om. G.* — [3] Illa *C.* — [4] illa *G.* — [5] inebrians *G.* — [6] sibi *om. C.* — [7] nititur *deest in G.* — [8] fecit *deest in G.* — [9] *ita G.* modicum *V.* — [10] sed *G.* — [11] invenique *C.* — [12] me non habere *C.*

putans me Dominum recedentem per insecutionis festinationem apprehendere. Dum velociter currebam plus desideriis ferventibus quam pedibus et jam clara voce volebam clamare : Domine[1]*, dicendo*[2]*, mi dilecte, revertere, mi dilecte, revertere, et mecum permane; Dominus piissimus* 5 *illico mira amicabilitate ad me reversus ruebat in animæ amplexus, replens eam tam magnis gaudiis*[3] *et spiritualibus deliciis quod in eodem loco cursus mei oportuit me residere ; nec valui me præ deliciarum pondere ad locum alium collocare.* Rursus sponsa inquit : *In ebrietate incompleta ex dulci poculo quanto plus bibi, tanto avidius bibere sitivi,* 10 *nec sitim extinguere valui, donec plene et contentative inebriata fui et usque ad mentis excessum perveni. Diu autem in ebrietate a Domino sum detenta antequam ad raptum pervenit anima mea. In hacque ebrietate potui verbera et opprobria mihi injuriose illata sine dolore gaudenter perferre, nec sensi læsionem percussuræ quamdiu fui in illa ebrietate.* 15 *Sed ebrietate cessante aliquando sensi dolorem ex percussura in ebrietate*[4] *mihi facta causatum*[5]*, multo tamen minorem quam si tali ebrietate spirituali ebria non fuissem. Et hoc idem sæpe experta sum circa me et circa aliam mulierem, sc. cognatam meam.* Hic dictis addidit Dominus, dicens sponsæ : *Tu nosti quod aliquoties per unam integram quartam* 20 *anni tibi illud dulce poculum propinavi in tanta copia quod nunquam fuisti sobria. Revera tu fuisti aliquoties tam ebria quod non valuisti orare nec plura desiderare.* Lector, intellige : ista permanente ebrietate qua inebriata fuit contentative. Desideravit tamen Dominum in illo bene esse retinere. Hoc dulce poculum beatus Augustinus videtur 25 gustasse et notasse quando dixit in libro x Confessionum : „ Domine, intromittis me quandoque intrinsecus nescio in quam dulcedinem[6], quæ si perficeretur in me, nescio quid esset vita æterna, si illa non est. „ Item dixit sponsa : *Antequam ex hac ebrietate contentativa pervenitur ad raptum, anima divino ardore pariter et divina dulcedine* 30 *liquefacta fluit*[7] *ad modum ceræ liquidæ et supercalefactæ. Cui animæ sic fluenti Dominus se conjungit et eam secum unum spiritum efficit; et hoc anima mea pluries sensit, sicque conjuncta*[8] *ad mentis excessum multoties pervenit.* Sic anima hujus sponsæ transformata est in eamdem Dei imaginem per unionem et Dei fervorem, sicut ferrum ignitum 35 induit ignis colorem. Unde dicit apostolus II[9] Cor. III : *Nos omnes revelata facie gloriam Dei speculantes in eamdem imaginem transformamur a claritate in claritatem tanquam a Domini Spiritu,* qui, supple, inspirat in animam robur tale et inspiraculum vitæ.

[1] D. *om. C.* — [2] dicendo *deest in G.* — [3] gaudiis *C.* — [4] (*loco* in ebr.) inebriante *G.* — [5] *codd.* causatam. — [6] quantum dulcedine *G.* — [7] *codd.* fuit. — [8] *ita G.* convicta *V.* — [9] *codd.* I Cor. III.

Capitulum XX. Qualiter per poculum forte Dominus inebriat animam non contentative.

Post hoc Dominus poculum forte volens ostendere, dixit : *Homo inebriatus dulci poculo profunde alternatis vicibus alienatur a se et redit ad se. Utrumque, sc. raptus et reditus, brevi finit*[1] *tempore ; non* 5 *enim diu permanet*[2] *in raptu nec diu circa se in reditu, quamdiu per experientiam non scit forte poculum, sed iterum cito alienatur a se et rapitur et post hoc cito ad se revertitur. Hoc dum*[3] *multiplicatis vicibus fecerit*[4], *aliquid de forti poculo in raptu gustando percipit; ejus tamen saporem a dulci poculo primo non discernit præ dominio adhuc saporis* 10 *poculi dulcis prioris. Dum ergo ad se redit, se plus quam prius inebriatum reperit, pro poculo gustato plorat et gemit, ut illud iterum gustare possit. Quod dum aliquoties gustaverit, veraciter cognoscit per actus et effectus quod alius potus sibi propinatus sit. Ideo deinceps*[5] *studet in amore ferventius ardere, in bonis spiritualibus melius proficere et* 15 *Domino firmius adhærere. Hinc ejus ratio plus roboratur, intellectus clarius illustratur, affectus ardentius inflammatur, totiesque animæ supra se raptæ poculum forte propinatur quod ipsum dulce poculum supergreditur et eidem prædominatur. Quo facto, præ magna spiritus ebrietate qua homo inebriatus est non contentative, incipit fortiter* 20 *flendo clamare pro vita æterna, et ut iterum rapiatur*[6] *supra se, parvipenditque poculum dulce ex illius vigorositate. Quanto enim plus propinatur ei de dulci poculo, tanto plus desiderat sibi forte poculum propinari.* Rursus Dominus ait : *Homo felix existit, qui ad degustationem ac potationem poculi vigorosi pervenit. Talis namque potest melius*[7] *me*[8] 25 *Deo frui magnifice, sibi et aliis quibus faveo animarum salutem ac beatitudinem impetrare. Nec sunt multi qui ad perfectam spiritus ebrietatem ex potatione hujus poculi sunt perducti. Bene autem plures reperiuntur homines, qui Dominum gustaverunt, sed nunquam inebriati sunt; ut illi qui, licet cognoverint*[9] *me Deum esse et bonum ac delectabi-* 30 *lem*[10] *in vita æterna existere, attamen adhuc volunt in terra corporales consolationes varias habere. Sunt etiam bene homines aliqui, qui poculum meum incipiunt haurire, sed non incipiunt bibere : hi sunt illi qui bonam habent voluntatem peccata dimittendi et mihi firmiter*[11] *adhærendi ; et quia nolunt*[12] *totaliter suas voluntates et sui corporis delicias* 35 *derelinquere, cito*[13] *avertunt se a me per mala opera, et eorum voluntas desinit esse bona.* Amplius : *Homines bene a me inebriati libenter volunt esse solitarii, a mundo separati, ut possint mihi vacare soli et advertere*

[1] *ita C.* fuit *V, G. Forsan pro* fluit. — [2] *codd.* permanent. — [3] si *G.* — [4] fecit *C.* — [5] deinde *G.* — [6] rapiatur *om. G.* — [7] melius *om. C.* — [8] me *om. G.* — [9] cognoverunt *G.* — [10] delectabile *V, G.* — [11] ferventer *C, G.* — [12] *ita C, G.* volunt *V.* — [13] cito *om. G.*

cum diligentia qualia eis velim propinare pocula ac facere bona. His auditis, sponsa spiritu inebriata largiter sudans fortiter flevit: præ amorosi desiderii ardore erat anxia et non contentabatur hic manere. Cum ergo ad manendum super terram nullam habuisset contentatio-
5 nem, Dominus ei dixit: *Hoc de vita æterna signum est bonum; tu iterum potasti de poculo forti in raptu, quod inebriat non contentative: ideo nullam habes nec habere vales contentationem manendi super terram. Porro filii hujus seculi volentes corporaliter frequenter inebriari, suarum incipiunt animarum periculum ac* [1] *multiplex procurant dam-*
10 *num ac peccatum. E contrario vero hi qui volunt esse filii mei, bibentes meum quod eis propino poculum, suum lucrum inchoant animarum, dimittunt peccata, extirpant vitia et virtutum procurant incrementa [et] multa alia bona, sicut illi ex ebrietate corporali sibi acquirunt varia mala.* Post præmissa, inquit sponsa: *Bene est notandum ac memoriæ*
15 *commendandum quod Dominus animam in raptu forti poculo inebriatam illico ad se redire non permittit, sed eam diligenter custodit, ordinans quod sæpe ad se redeat, quam cito post reditum ad se per raptum elevat. Hoc toties alternatim fit, quousque ebrietas illa digesta fuerit. Nisi enim hoc faceret, meo videre, si animam perfecte inebriatam ad se*
20 *perfecte permitteret redire, homo vesaniam incurreret et rationem amitteret propter desideria excellenter magna quæ haberet pro vita æterna* [2]*. Unde anno eodem quo supra ego quadam vice languebam mente et corpore, quia Dominus post ebrietatem indigestam ac magnorum beneficiorum collationem abstraxit se a me. Postquam per aliquot dies in lecto*
25 *decubui et ut ecclesiam ingrederer inducta intravi, tunc cœpi ex vehementi desiderio quod habui pro Domino circa parietes ascendere, cupiens Dominum alicubi videre. Quippe de illa ascensione facta ante sex annos nunc dixit mihi Dominus : Tunc, inquit, anima tua noviter fuit de vita æterna* (supple *per reditum a raptu) reversa, in qua non contentative*
30 *fuerat inebriata, et quia non valuit ita cito per raptum prout vehementer desideravit redire, tu cum anima et corpore voluisti ascendere: nullam siquidem contentationem valuisti* [3] *habere super terram. Nimirum illud poculum forte est difficulter super terram digestibile* [4]*, quod in vita æterna biberat anima tua.* His dictis Dominus adjunxit multa ad
35 utriusque poculi digestionem requisita, quæ superius sunt posita. Item: In illa ebrietate non contentativa [5] oportuit sponsam sæpe propter ejus digestionem diu jacere, ardere et sudere, et apparuit ita fervida ex ardore divini incendii quasi vellet ex ardoris vehementia consumi. Tunc facies ejus venusta plus solito [6] rubebat, recte [7] ac si de ferventi
40 balneo noviter exivisset, nec pro tunc vestibus nisi tenuibus indigebat,

[1] et *C.* — [2] quæ-æterna *deest in G.* — [3] voluisti *G.* — [4] digestabile *G.* — [5] *codd.* contentative. — [6] *ita G.* solita *V, C.* — [7] recte *deest in G.*

non propter frigus sed ut tegeret nudum corpus. Quæ multoties ad ecclesiam [vel] ad alium locum transiens cito fuit rapta, quando se abstraxerat a Domino dicta ebrietate adhuc indigesta. Ob hoc oportuit eam sæpe de ecclesia exire, ne occasio scandali fuisset videntibus, qui eam reputassent somnolentiæ vacare. Rursus [1] ait Dominus : *Nullus alius nisi ebrius potest alte penna contemplationis volare ; deprimitur enim formidine et timet cadere. Ego te fortiter traho, et cum hoc magnifice inebrio. Alios etiam bene traho, sed [2] ad tantam spiritus ebrietatem non poto ; circa terram enim eos residere permitto. Dumque aliquid secreti tibi volo dicere quod solus cum anima tua volo [3] retinere, tunc oportet me animam tuam in tantum inebriare quod præ nimia ebrietate nihil de hoc valeas enarrare.* Revera hæc sponsa cognovit in se valde oculate quomodo Dominus solebat eam forti poculo potare usque ad ebrietatem excellenter magnam, et in illa fortiter attrahens sibi intime unire. At [4] supra : In tali ebrietate sopita jacuit multoties quasi dormitans et soporata, omnium exteriorum oblita. Quando a raptu ad se rediit, iterum cito rapta fuit. Dominus tunc intra et extra raptum ei dixit aliqua quæ voluit esse secretissima ; quorum dum circa se fuit si [5] quando distinctam habuit notitiam, illico Dominus iterum [6] tunc rapuit ejus animam, valde [7] trahens eam in abyssum divinitatis suæ et tam profunde sibi eam univit quod ab ejus memoria evanuit hoc quod ab ipso Domino percepit. In tali unione delectabilissima Dominus animam valde fortiter diligens, excellenter ei magna præstitit beneficia, quæ tamen scire distincte non est permissa. Suo namque videre et Domino docente dixit : *Si anima a tali ebrietate et unione ad se reversa permitteretur scire quam intense Dominus eam dilexerit quantave bona [8] ei præstiterit, ferretur pro illis tam impetuose et avide quod insaniret et privaretur ratione.*

Capitulum XXI. De multis effectibus ebrietatem spiritualem sequentibus.

Multa præconio digna Dominus homini confert quem spiritualiter inebriat ; quæ huic sponsæ fuerunt ab ipso collata pariter et expressa : quorum nunc aliqua sunt dicenda. Sane homo spiritualiter inebriatus verecundatur coram Domino de malis actibus ; etiam omittere bonum in actione eum pudet, singulariter illud quod ad ejus statum pertinet. Ideo ebrietate invalescente omnia mala dimittit et in meritoriis actibus multum progreditur et proficit, per vias ambulans rectas quas laudabiliter cœpit ambulare ex spiritus ebrietate. Item ex tali

[1] *add.* autem *C.* — [2] *om. C.* — [3] *add.* te *C.* — [4] Ac *G.* — [5] sed *G.* — [6] iterum *om. G.* — [7] valide *C.* — [8] (q. b.) quanto bono *C.*

ebrietate in suis sensibus mutatur exterioribus. Nam quod ei [1] prius fuit delectabile in videndo, audiendo, odorando, gustando vel tangendo, ad illa ut de cetero sensu ipsa delectabiliter percipiat se non applicat, nec advertit nisi quantum nuda necessitas requirit. Tertio, 5 quod prius sibi fuit gaudium et desiderabile, hoc vertitur ei in fastidium, fit despicabile et pœnale. Quarto, hominis sensus interiores incipiunt aperiri et fiunt rerum spiritualium cognoscitivi : anima pro Domino videt, pro ejus voce auscultat, ejus suavitatem quam gustavit desiderat; ejus odore excitatus delectabiliter currens laborat; Domi- 10 nus sibi præ omnibus placet et acceptus est, et hunc intense diligens contemplatur et ferventer desiderat. Qui quandoque ex magna ebrietate bona transitoria incipit dispergere et hominum reputatione dilapidare ; quia pretiosam invenit margaritam omnia a se abdicat, ut per rerum periturarum pretium lucretur bonum incommutabile et 15 æternum. Quinto, in tantum inebriatur post hoc ut Dei magnifice capax efficiatur, Deo deliciose perfruatur, anima excitata soli Deo vivat, mundo vero ac vitiis moriatur, ut fortificata audiat aggredi ardua, utputa mortem et quæcumque horribilia propter Dominum supplicia. Nec talia reputaret horribilia aggredi [2] propter Jesum Domi- 20 num, quæ tamen non præsumeret aggredi non inebriata ; sicque fortiter inebriatur et ut vera regina super omnia transitoria constituitur [3]. Sexto, accepta fiducia ex Domini familiaritate et magna caritate, quæ foris mittit timorem, coram Domino non verecundatur nec timet ipsum magnifice desiderare, neque timet eum aut suscipere verecun- 25 datur in sacramento Eucharistiæ, nec timet neque verecundatur eum brachiis caritatis fortiter stringere ac firmiter ei adhærere ; fit enim tam ebrius quod Dominum Deum reputat esse suum proprium et quod ei videtur quia ad [4] ipsum habeat jus pingue ac bonum. Accidit etiam sæpe quod quasi absorptus divina dulcedine omnium exterio- 30 rum obliviscitur et ex ebrietate cœlum audet ascendere. Hoc enim [5] non auderet aggredi in spiritus sobrietate, quia casum timeret, et ideo ascendere non auderet. Septimo, tam ebrius homo in spiritu fit quod vacillando et cespitando tanquam corporaliter ebrius [6] incedat ; et talis, scilicet ebrius vel insipiens, reputatur ab illo qui eum sic 35 incedere aspicit. Si autem ipse quempiam viderit alium, talem ut se, scilicet lætum et ebrium, reputat [7] et credit. Ideo si conspicatur corporaliter infirmum, credit [8] illum [9] ex magnitudine amoris infirmum ; et mori si quem viderit, ex amore eum mori æstimans dicit. Si aliquem ebrium corporaliter aspiceret præ ebrietate

[1] eius *C.* — [2] (propt.-agg.) *om. C.* — [3] *codd.* constituatur. — [4] ad *om. G.* — [5] autem *C.* — [6] inebrius *G.* — [7] *codd.* reputet. — [8] (Ideo-credit) *add. ex C. om. V, G.* [9] *add. ex C, G. om. V.*

non posse surgere, diceret seriose sic eum inebriatum esse ex divina caritate, nec aliqua cogitatio [1] versaretur in ejus corde talem ex potu corporali inebriatum esse. Singula hæc acciderunt huic sponsæ. Quæ aliquando in spirituali ebrietate ex poculo dulci infirmos in hospitali visitavit et eos ex amore languere credidit. Et ita demori non solum 5 simpliciter dixisset, sed etiam asseruisset quod ita fuisset. Quæ etiam corporaliter ebriis aliquoties se conjunxit et cum eis gaudens extitit, quod [2] eos spiritualiter ebrios reputavit. In hac conversatione si [3] aliquando ab eis aliquod verbum indecens aut juratorium [4] prolatum fuerat in præsentia ejus, mox horrens illud malum se ab eis abstraxit [5] 10 et quod ipsi non recte agerent cognovit.

Capitulum XXII. Ex caritate inebriante oriuntur caritates duæ, scilicet locupletans et exhilarans.

Præterea dixit Dominus: *Ex caritate inebriante ita homo inebriatur et in tantum ditatur, quod præ nimia ebrietate et præ abundante dulce-* 15 *dine æstimat super terram nullum defectum esse. Ideo admiratur valde quando audit pauperes tribulatos aut afflictos querulose agere. Nescit enim quid affligit, sed credit quod eis ita bene sicut sibi sit.* Item: Anima quandoque nimia dulcedine divina repleta post corporalem refectionem remanet dubia an acceperit ad se cibum aut potum vel adhuc 20 debeat assumere ipsum; obliviscitur etiam, omnium transitoriorum et ad ea sic excæcatur ac insensibilis redditur ut, si omnia bona mundi esset sua, non adverteret si perirent ipsa. Nimirum in suo desiderio et sua reputatione jam habet homo [6] bona ita pretiosa ex quibus est ita dives in spiritualibus quod nihil desiderat habere de corporalibus. 25 Revera ejus anima ex divino consortio et Domini beneficio repletur quandoque tanta jubilatione et dulcedine quod ex supereffluenti deliciarum et gaudii affluentia replentur [7] per redundantiam in corpus gaudiis et deliciis singula membra, quæ tunc præ exultatione nimia delicias et gaudia in se totaliter non valent abscondere, sed manife- 30 stant illa per aliqua exultationis signa, ut ridendo, vultum hilarem ostendendo et cantando [8]. Sic etiam [9] hæc sponsa talibus, sc. jubilo et deliciis, multoties in tantum fuit [10] inebriata, quod sui totaliter oblita aliquando die et aliquando in media nocte cœpit ridere et alta voce aliquod canticum Domino cantare. In his sponsa fuit sæpe ita conten- 35 tative inebriata quod sibi fuit ita bene, suo videre, quod non desideravit aliud nisi illud conservare et hoc bene esse sibi communicatum.

[1] *codd.* cogitatione. — [2] quia *G, C.* — [3] eos-si *om. G.* — [4] (aut j.) admiratorium *G.* — [5] abstraxit *om. G.* — [6] homo *add. ex G.* — [7] repletur *G.* — [8] et cant. *om. G.* — [9] *ita C.* enim *V, G.* — [10] fuit *om. G.*

In hac spiritus ebrietate solebat exprimere, docente[1] Domino, cum tali eloquio: *Mihi videbatur quod essem in vita æterna.* Et adjunxit Dominus: *Postquam potavi hominem,* scil. modis præcedentibus, *in tantum quod ipsum totaliter sum lucratus, tunc abstraho sibi aliquid illius dulcis potus, ita quod non in tantum ipsum inebrio quantum prius; quia homines senio confecti non sunt ita fortes ad poculum forte digerendum sicut juvenes. Etiam alia de causa ab eis illam magnam meam abstraho dulcedinem eos contentative inebriantem, ut per tempus vitæ suæ reliquum per continuum exercitium, clamorem ad me et fletum studeant pervenire in regnum meum, ad suavissimum poculum perpetue bibendum. Nam ibi de torrente voluptatis divinitatis meæ eos volo æternaliter potare.* Rursus: *Si hominem contentative inebriando semper potarem, ei tribuens dulce poculum, quomodo tunc pro illo quod æternaliter debebit habere haberet desiderium? In tanta enim ac tali spiritus ebrietate non sentit se aliquo indigere nec reputat se defectum habere. Videtur autem sibi quod sibi sit ita bene et sit ita dives[2] ac si in vita sit æterna, quamdiu permanet in illa ebrietate magna. Ideoque si sæpe et diu ebrius esset, minus pro vita æterna sollicitus esset quam esset in sobrietate. Idcirco, ne sibi finem in illo bene esse constituat, ideo ipsum de cetero non in[3] tantum quantum prius inebrio.* Et quia donum[4] dulce, poculum non inebriatum[5], homini incircumspecto posset esse in periculum, si profundæ humilitatis solidum non haberet fundamentum, ideo Dominus, cui est cura de omnibus, homini, ne fiat improvidus aut ne se propter hunc gustum aliquid reputans de se præsumat vel alios[6] parvipendens contemnat, utiliter hoc poculum subtrahit, hominem in defectum permittit et humilitate premit vel permutatim nunc contentative inebriat, et hoc rarius, et nunc non contentative inebriat, et hoc frequentius; nunc neutrum poculorum ei propinat, ut homo suam miseriam recognoscat. Et ita circa hanc benedictam sponsam faciebat, quam licet per multos annos quasi quotidie inebriaret, mittendo ei Spiritum sanctum[7] nunc cum caritate contentative inebriante nunc cum caritate inebriante non contentative, aliaque[8] innumera beneficia consolationis et singularis dilectionis ei impenderet[9], ipsam[10] tamen in[11] humilitate profunda continue conservabat. Unde ei dicebat: *Ego poto hominem ita ebrium quod se non reputat vermiculum, sed vix cinerem et limum vilissimum; immo præ magnitudine ebrietatis apparet sibi quod nulli[12] creaturæ sit similis. Idcirco sui nullam gerit curam; habet enim hanc efficaciam ebrietas mea super terram quod, quanto homo plus illa inebriatur, tanto magis in reputatione sui et extollentia[13] diminuitur. Ac*

[1] dicente *C.* — [2] *ita C.* dulcis *V, G.* — [3] *add.* in *C.* — [4] diu *G.* — [5] *ita V, C. Sed videtur intelligendum* Et quia dulce poculum diu continuatum... — [6] alio *G.* — [7] sanctum *om. G.* — [8] alia quoque *G.* — [9] impendet *G.* — [10] ipsa *G.* — [11] *add. ex C.* — [12] nullæ *G.* — [13] *ita C.* excellentia *V, G.*

per hoc anima ejus tanto plus crescit, in altum sustollitur et elevatur; denique ebrietas spiritus assimilatur energiæ. Nam sicut homini habenti energiam omnia desipiunt super terram, sic illi qui semel[1] *recte inebriatus meam gustat dulcedinem amarescunt omnia super terram.* Amplius: Multoties accidit quod[2] hæc sponsa in raptu bibens varia pocula est spiritu inebriato ad se reversa hilaris et jocunda ac in spiritualibus divitiis locupletata; divinitusque illustrata vidit circa se undique multa bona sibi a Domino collata, in quibus ita fuit delectata ac si, suo videre, in vita fuisset æterna. Quæ quanto diutius bona sibi a Domino collata fuit contemplata, tanto apparuerunt plura, majora et pretiosiora; eorumque multitudo, dignitas et magnitudo erat tanta quod non sufficiebat enumerare[3] neque ponderare illa[4], quamvis esset magnifice illuminata. Inter hæc quippe in suis oculis erat parvula et[5] humilis, transparens et subtilis, ex caritatis ardore ignita et agilis. Cui dixit Dominus: *Quando primo cœpisti contemplari me et non*[6] *valuisti me habere magnifice, tunc fuisti retro regressa, ponderans et contemplans peccata tua; nunc autem*[7] *aliter tecum est*[8]. *Nam te oportet retrocurrere et bona contemplari quæ tibi feci; peccata tua sic te recogitare permisi quod illa potuisti exprimere et confiteri, bona vero mea tibi collata per multorum annorum curricula non vales plene exprimere per verbum, immo nec comprehendere per intellectum. Porro homines contemplativi nihil de bonis transitoriis debent contemplari nisi illa quæ eis ad contemplandum dedero aut*[9] *revelavero. Ut, si de defectibus hominum super terram hanc faciant contemplationem, quatenus cum tribulatis vel defectum patientibus majorem habeant compassionem.* Ex jam dictis patet quod ex caritate inebriante oriuntur caritates locupletans et exhilarans. Per locupletantem se divitem reputat et per exhilarantem in memoriam[10] dilecti cantica amoris jubilando delectabiliter cantat, juxta illud Isaiæ VII: *Cantabo dilecto meo,* et illud Psalmi: *Exultabit lingua mea*[11] *cum cantavero tibi et anima mea quam redemisti.* De caritate locupletante dicit Basilius in Hexameron: " Thesaurus, inquit, indeficiens est amor divinus. Quem qui habet, dives est; quo qui caret, pauper est. " Et huic consonat beatus Augustinus in libro *De laude caritatis*, dicens: " In caritate pauper est dives; sine caritate omnis dives est pauper. " Pro harum duarum caritatum ampliori[12] notitia videantur in tabula libri Vitæ capitula in his duabus dictionibus " dives " et " gaudium " notata[13].

[1] *add. ex C.* — [2] *om. C.* — [3] mirare *G.* dinumerare *C.* — [4] illam *C.* — [5] et *om. G.* — [6] non *deest in G.* — [7] autem *om. G.* — [8] est *om. G.* — [9] et *G.* — [10] memoria *G.* — [11] (l. m.) lignea *G.* — [12] *add. ex C.* — [13] *ita V ad calcem paginæ.* Pro h. d. c. materia videantur in libro Vitæ quarto C.XXXVI cum IV sequentibus et ea quæ sunt notata in tabula eiusdem libri in his dictionibus " gaudium " et " dives. " *G.*

Capitulum XXIII. De ebrietate spirituali et sobria hic ponuntur aliqua testimonia.

Ne reputentur deliramenta quæ de poculo Domini salutari et ebrietate ex hoc procedenti huic sponsæ sunt revelata, hic aliqua testimonia sanctorum sunt adjungenda. Unde quia hujusmodi ebrietas spiritualis varios habet effectus salutares et valde desiderabiles, quos cognoscens beatus Ambrosius, super *Beati immaculati,* etc. dicit : “ Quis mihi dabit, Domine, ut venias in cor meum et inebries illud, obliviscar mala mea et unum bonum amplectar te ? „ Hac salutari ebrietate inebriati sunt apostoli in die Pentecostes ex adventu Spiritus sancti. Non autem erant ebrii ex vino vel musto corporali sed poculo spirituali; et ergo dixit sanctus Petrus : “ Non enim, ut vos putatis, hi ebrii sunt; „ quasi diceret : Non sunt ebrii ebrietate mala, ut vos putatis, sed [1] bona; quia secundum Bedam, in libro *De temporibus,* negavit eos ebrios musto non autem Spiritu sancto. De eadem ebrietate laudabili multa dicit [2] beatus Augustinus in diversis locis testimonia, quorum nunc duo accipe. Primum est super Psalmum XXXV, ubi dicit : “ Quemadmodum accipere vinum immoderate et ingurgitare se in ebrietate, est mentem perdere, ita erit cum accepta fuerit [3] illa ineffabilis lætitia : periet quodammodo humana mens et fiet divina. Ideo dixit propheta : *Inebriabuntur ab ubertate domus Dei.* Qui etiam dixerat : *Calix tuus inebrians quam præclarus est.* Hoc jam calice inebriati erant martyres, quando ad passionem [4] euntes suos non agnoscebant [5] filios [6]. Quid tam ebrium quam non agnoscere uxorem flentem, non filios, non parentes lamentantes ? „ — Secundum est in libro *De agone christiano :* “ Quamdiu, inquit, sumus in hoc corpore, peregrinamur a Domino. Gustemus saltem quam suavis est Dominus, quia dedit nobis pignus Spiritus sancti, sentiamus ejus dulcedinem et desideremus ipsius vitæ fontem, ubi sobria ebrietate mundemur et irrigemur sicut lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. Talis ebrietas non evertit mentem, sed tamen rapit sensum et oblivionem præstat omnium terrenorum. „ Hæc Augustinus. Porro est hic sciendum quod ex providentia divina mens a delectatione carnali et terrena propter amorem Domini abstracta, ne omnino a delectatione maneat alienata [7], quadam perfunditur lætitia et dulcedine insolita, ut et amarum cognoscat quod deseruit et dulce sentiat quod invenit; et tandem in cellam vinariam introducit, in qua diversitas est poculi boni, melioris et optimi. Hæc autem diversitas poculi generat et efficit delecta-

[1] (hi-sed) *om. C.* — [2] dixit *G.* — [3] erit *G.* — [4] passiones *G.* — [5] cognoscebant *G.* — [6] *om. C.* — [7] aliena *G.*

tionum diversitatem et ab æstu carnalium desideriorum ad gustum æternorum transfert mentem. Hinc Glossa super illo Cant. I, *Introduxit me rex in cellam vinariam,* dicit : „ Quam [1] cito guttur meum dulcedine gratiæ ejus attingit, ita me spiritu recreat; et ab amore terrenorum in superiora translatam me sentio, ac si in cellam vinariam introducta novo meri odore et poculo sim recreata. „ Sane quia Domini poculum mentem ab æstu carnalium desideriorum refrigerat et inflammat ipsam in desiderio æternorum, ideo comparatur temporaneo imbri terram irriganti et inebrianti in Isaia [2] LV, ubi dicitur : *Quomodo descendit imber et nix de cœlo et illuc ultra non revertitur, sed inebriat terram et infundit eam.* Per hoc enim quod terram infundit et inebriat, ostenditur quod animam spiritualiter irriget et inebriet, interiora penetret et mentem a se alienet. Nec hoc solummodo agit, sed etiam mentem vehementer incendit. Hinc Jerem. XXIII inquit [3] : *Factus sum quasi* [4] *vir ebrius et quasi madidus vino a facie verborum ejus.* Et iterum Isaias [5] ait [6], XXIX : *Inebriamini, sed non a vino.* Sic inebriatus dicitur fuisse S. Petrus in monte Thabor cum Domino a sanctis doctoribus, nesciens præ ebrietate spiritus quid diceret, quando dixit : Domine, bonum est nos hic esse. Unam poculi Domini [7] stillam gustavit et omnes alias dulcedines fastidivit. Nimirum in illo suscipitur haustus deliciosissimus, in cujus comparatione omnium exteriorum suavitas nulla est deliciositas, dulcedo aut jocunditas, sed expertis hoc poculum gustantibus magna est pœnalitas suscipere corporis oblectamenta. Hinc dicit propheta : *Renuit consolari anima mea,* supple, per delectabilia exteriora. Possent hic multa adjungi alia testimonia, sed hæc sufficere æstimo lectori pio [8].

Capitulum XXIV. De caritate scatente (1).

Præ deliciarum abundantia seu dulcedine interna quæ erant in sponsæ anima ex caritate scatente, fiebant effluxus et scaturigines in cor, quod ex hoc dilatabatur et amplum ac magnum efficiebatur. Superius pulchre aperiebat se successive, ut rosa de Jericho clausa ad aquam posita se successive aperit. Cujus apertura licet fiat in [9] rosa tota, attamen superius primo apparet. Sic sponsæ cor suum se aperire et dilatare superius primo apparebat, et consequenter se totum majorare sentiebat, de quo superius ex omni parte effluxit dulcedo in totum corpus, sicut aqua de olla bulliente et supereffluente, in tanta

[1] quantum *G.* — [2] (in Is.) Isaiæ *G.* — [3] dicitur *G.* — [4] sicut *C.* — [5] Isaiæ *G.* — [6] ait *om. G.* — [7] divinam *C, G.* — [8] *add. G.* pro præsenti etc. — [9] *sic videtur legendum loco* ut *codd.*

(1) Cfr. Vit. lat. min. cap. 74 (*Act. SS.*, t. XIII Oct., p. 547).

copia quod totum dulcedine replevit et uterum ejus tanquam prægnantis magnificavit. Nec solum superius cor dilatatum videbatur dulcedinem [1] effluere, sed etiam inferius largiter stillare; et hoc solebat fieri inferius ex caritate vulnerante quæ huic adjungebatur in opera-
5 tione post dulcedinis effluxum diu continuatum. Ex tunc de quolibet vulnere bonum effluxit spirituale magnum, sc. gaudium et deliciæ. Hæc quando in se cognovit sensitive, in tantum exhilarata fuit quod flere non valuit nec loqui nisi unum tale : *Domine dilectissime, gratias ago tibi,* aut unum consimile [2], dicendo : *Domine dulcissime, da huic*
10 *aut mihi hoc vel illud,* etc.; sed oportebat eam sic in silentio delectabili et jocundo sedere, donec Dominus gaudia resumeret ad se. Porro sponsa ex talibus effluxu et [3] distillatione repleta dulcedine replebatur jubilatione, in tantum quod in statu hujus caritatis non valuit flere; et pondus deliciarum diu ferre non sustinens eam oportuit cito
15 ad stratum suum accedere aut alicubi residere, quia præ deliciarum teneritudine ac plenitudine non valuit se a reclinatione aliquatenus conservare nec valuit aliquid exterioris operis exercere, immo nec loqui, sed solummodo in sua Dominum bonitate contemplari, qui tunc intensum [4] pro sacramento corporis sui ei tribuit desiderium et per
20 magnificum in anima ejus fecit convivium. Quæ oscula Domini tunc sensit dulcia et amplexus suaves seu lenes [5], ac per hæc [6] tota liquefacta, in se nihil habens virium, totaliter est innixa super dilectum suum. Rursus : In statu hujus caritatis se supra modum divitem æstimabat. Sic enim bona sibi affluere apparebant, sicut dulcedines de
25 corde effluebant. Se etiam perspicue seu pervie perspiciebat et, si aliquod peccatum in ea fuerat, sive parvum sive magnum, proprie agnoscebat. Amplius : In hac caritate Dominus solebat in hac sponsa operari bona ita magna, quod ipsa debite et specifice non potuit exprimere illa. Quæ licet perfecte talia edicere non valuerit [7], sic
30 tamen aliquid de ipsis dixit, dicendo sic : *Dominus in anima mea se peperit et magnum convivium in ea fecit. Sensi oscula ejus dulcia et amplexus suaves.* Per hujusmodi expressionem gestavit Dominum super terram. Postremo : Ex hac caritate solebant oriri gratiarum actiones excellenter magnæ et in signum gratitudinis intensæ ipsa
35 tunc consuevit manus suas conjungere, in altum erigere et tam pulchre conjunctas quasi sursum erectas infatigabiliter retinere. Denique ex affluente dulcedine refocillata fuit aliquoties delicate tanta satietate quod nihil appetiit de corporali refectione; ac, carnis quiescentibus molestiis non gravabatur æstu amoris nec aliquibus afflictivis ex

[1] dulcedine *G.* — [2] simile *G.* — [3] *videtur hic ponendum* et *quod in V et G legitur post* dulcedine, *in C vero ante* repleta. — [4] incensum *C.* — [5] *ita C.* leves *V, G.* — [6] hoc *G.* — [7] *ita G.* valuit *V.*

parte hujus caritatis; sed constituta in quadam delectabili jocunditate potuit dicere illud Cant. II: *Sub umbra illius quem* [1] *desiderabam sedi, et fructus ejus dulcis est gutturi meo.* Dominus enim in hac caritate secundum largitatem benignitatis suæ ei dulcedinem æternæ retributionis prægustare concessit et ad gustandum ejus mentem per caritatis habitum disposuit [2] et deiformem effecit. 5

Capitulum XXV. De uteri magnitudine, quæ causabatur ex hac [3] scatente caritate.

Ex caritate hac [4] scatente multoties magnificabatur hujus sponsæ uterus, aliter tamen quam [5] ex violenta et volnerante caritatibus. Nam 10 quando [6] ex illis uterum magnum habuit, tunc onus grave pertulit et sæpe graviorem pressuram et amariorem dolorem sustinuit quam unquam in parturitione naturali persensit. Unde quadam vice, dum ex tali pressura fuerat tota tremula et in angustiis ut parturiens constituta, non valens orare nec clamare [7] ex sui impotentia, sed alta 15 traxit suspiria, dixit ei Dominus : *Ego sum hic* [8] *fortiter premens te ; quomodo nunc aliter videtur tibi esse, quam si deberes corporaliter parere ? Quippe sicut naturali parturitione mulier parturiens nescit an fetus ejus sit vivus an mortuus, ita nunc ignoras et non permitteris scire quid ego operor in te. Et si nunc ambulare aut currere deberes, quomo-* 20 *do hoc perficeres?* Q[uasi] d[iceret] [9], hoc [10] non posses. Porro pluries accidit, dum se sponsa ita magnam ac si esset vicina partui consideravit, quod secum admirans se circumquaque manibus contrectavit ; tentansque si hujusmodi magnitudo existeret absque [11] illusione. Inter hæc cor ejus tam intensum habuit desiderium, dolorem patiebatur 25 tam amarum et saltum fecit tam impetuosum ad omnem positionis differentiam quod [12], nisi [13] Dominus remisisset aut animam ejus sibi per raptum univisset, ipsa suo videre [14] diu tolerare non potuisset. Aliquando rediens alienatam se sensit; aliquando vero in iisdem æstibus desiderii a raptu rediens se invenit, et per noctem non quievit quoties 30 ad se rediit. Aliquando etiam magnitudo uteri per comestionem minorata fuit, aliquando in eodem statu permansit et aliquando ad majorem quantitatem ascendit, prout Domino placuit, qui hæc egit et hanc sponsam ad suum confessorem sic dicere jussit : *Fili dilecte, nescio quomodo accidit animæ meæ : ab illo enim tempore quo fetus vivus in* 35 *me* [15] *cœpit in me saltare et tam sensibiliter se movere, anima mea vitæ æternæ effecta est ita desiderativa quod carnem meam nullam permittit*

[1] quæ *G.* — [2] disponit *C.* — [3] hac *om. G.* — [4] *om. G.* — [5] quam *om. G.* — [6] cum *G.* — [7] declamare *G.* — [8] hoc *G.* — [9] (q. d.) quod *G.* — [10] *add. ex C.* — [11] ab *G.* — [12] *ita G.* quæ *V.* quem *C.* — [13] si *C.* — [14] videri *G.* — [15] vivus in me *om. G.*

habere quietem. Quid ergo videtur tibi, quam compressum oporteat esse cor et multis vulneribus, doloribus [1] et passionibus attritum, antequam fiat tale, quod nihil nisi Dominum desideret habere? Oportet etiam ipsum varia vulnera et mortes diversas spirituales pati,
5 antequam possit [2] aptum et idoneum fieri, ut Dominum in sua omnipotentia [3] et majestate valeat contemplari. De hujusmodi [4] uteri gravamine dictum est supra, in capitulo de violenta caritate. Quando [5] autem hujusmodi magnitudo causabatur est caritate scatente, tunc hæc sponsa ineffabilia habuit gaudia, varia spiritus oblectamenta
10 et bona spiritualia percepit valde pretiosa. Tunc enim Dominus magnum in anima ejus convivium fecerat, et ei sic erat ac si Dominus in ea se [6] spiritualiter parere vellet. Cuí Dominus quadam vice dicebat quando [7] uterum ita tumidum ac si vicina partui esset, habebat: *Ego,* inquit, *valde magnifice tibi nunc dedi me. Quid ergo bonorum meorum
15 magnorum vis primo apprehendere ad dicendum, aut quantum de bono meo magno nunc vales narrare et super terram gestare? Sane si multas haberes hominum linguas, tu adhuc bona tibi nunc facta ita modicum posses exprimere sicut gaudia vitæ æternæ. Nempe tu me apprehendens magnifice amplexata es me, sed non poteris me diu ita magnifice con-
20 servare. Quantum nunc vales dicere de Patris mei omnipotentia* [8] *? Quid modo vis eructare de mea immensa sapientia? Et quid scis modo enarrare de Spiritus sancti bonitate summa, quæ tibi magnifice est impertita?* Domino hæc [9] dicente, sponsa sensit se magna bona habere, quorum nullum ausa est ad exprimendum attingere sine
25 Domini licentia et jussione. Alia vice, sponsa existente [10] in consimili dispositione, dixit Dominus ei: *Si talis uteri magnitudo cum suis accidentibus adveniret viro qui de parturitione spirituali aut naturali nihil sciret, adhuc, si me cognoscens diligeret, bene sentiens intelligeret quod ego ipse talem in ipso efficerem bonitatis meæ operationem.* Rursus: Sponsa
30 in tali uteri magnificatione sensit sæpe cor suum exultare, salire et se hinc inde impetuose ad latera movere, et ita fetum vividum agiliter saltantem et se hilariter quasi ludendo moventem multoties sensit; anima ejus alte [11] clamans nova et pulchra blanditionis verba formavit, quæ sponsæ erant ita [12] ineffabilia sicut alia divinæ largitatis [13] magna-
35 lia ei gratuite in tali operatione communicata. Aliquando os in blanditione cordi [14] conformavit se, dicens verba blanditionis sibi nota, utputa ista: *Dilectissime mi Domine, pater mi amantissime, mi rex amabilissime, redemptor meus, salvator meus, salvificator meus, protector meus, gubernator meus, consolatio mea verissima et dilectissima, o*

[1] doloribus et *deest in G.* — [2] *ita C.* posset *V, G.* — [3] impotentia *G.* — [4] *ita G.* hujus *V, C.* — [5] cum *G.* — [6] se *om. C.* — [7] quum *G.* — [8] impotentia *G.* — [9] hoc *G.* — [10] *ita G.* existenti *V, C.* — [11] *ita C.* alta *V, G.* — [12] ita *deest in G.* — [13] bonitatis *G.* — [14] cordi *add. ex C.*

Jesu Christe, Fili Dei vivi, regratior tibi pro tua magna bonitate et caritate, quam impendisti mihi. Sciendum quod hujusmodi magnitudo frequenter fiebat [1] quasi subito, i. e. sine notabili tempore. Multoties etiam fiebat successive [2], et tunc ab anima oriebatur in cor deliciarum fluxus et de corde in corpus; et prout successive corpus 5 replebatur, sic paulatim uterus magnificabatur. Porro hoc erat continue in uteri magnificatione quod Dominus solebat ad se animam fortiter trahere, magnam et admirabilem in ea exercere operationem. Magnum, novum et insolitum ipsa solebat habere gaudium. Quandoque sensit fetum vivum; aliquando vero non sensit. Quandoque ince- 10 dere valuit, sed cum difficultate hoc fecit; aliquando autem vix valuit exsurgere præ uteri magnitudine, nec potuit venias [3] exercere et incumbere super manus. Amplius: A principio, quando sponsa uterum suum ex divina operatione sensit intumescere, non fiebat magnificatio ista tanta quantitate, in quanta postmodum procedente tempore, 15 caritate perfectius invalescente. Hinc quia coram hominibus apparere tanquam imprægnata puduit, ideo modis convenientibus, quibus valuit, hoc abscondere studuit. Nimirum: ipsa enim erat valde pudica; erat etiam [4] humilis et provida. Ideo latere volens Dominum abscondit ac per hoc aliis occupationem inutilem non fecit. Subtrahens pusillis 20 corde providit, ne scandalizarentur [5] ex tanta ejus uteri quantitate, nec unquam de hoc cuiquam dixisset, nisi a Domino jussa fuisset.

Capitulum XXVI. Ostenditur qualis debeat esse persona ut sit ad spirituale matrimonium idonea.

Non calumnietur quis fidelium hanc jam aliquoties dictam uteri 25 magnificationem ac partum spiritualem aliaque admiratione digna, sed non incredibilia, in hac sponsa Dei virtute acta. Dominus siquidem Deus animam sibi desponsat, maritat et fecundat: desponsat in fide, maritat in voluntatis conformitate et fecundat in caritate. De primo dicitur in Osee (II) [6]: *Sponsabo te mihi in sempiternum in justi-* 30 *tia et in judicio, et in misericordia et miserationibus, et sponsabo te mihi in fide.* De secundo dicit multa beatus Bernhardus in sermone LXXXIII super Cantica. Dicit: "Conformitas animæ cum Deo maritat animam Verbo: cum ei videlicet similis est per naturam, similem se nihilominus exhibet per voluntatem, diligens sicut dilecta est. Ergo 35 si anima ex caritate perfecte diligit, tunc nupsit. Quid conformitate hac jocundius? quid caritate optabilius? Vere spiritualis sanctique connubii contractus est iste, ubi idem velle et nolle unum facit ex duo-

[1] fiebat *om. G.* — [2] (e. f. s.) f. s. e. *G.* — [3] venas *C.* — [4] et *C.* — [5] ac *add. G.* — [6] II *om. C.*

bus spiritum. „ Dicitque ei Dominus (Jer. III) : *Ecce vir tuus, post me ingredi non cessabis.* De tertio Dominus sponsus per Johannem evangelistam (Jo. XV) inquit : *Qui in me manserit,* scilicet per caritatem, dicit Glossa, *et ego in eo, hic fert fructum multum.* Cui concordat illud
5 Sapientiæ (IV): *O quam pulchra est casta generatio cum caritate*[1]. Porro Dominus huic sponsæ multo de fecunditate spirituali ac novem modos spiritualiter pariendi revelavit, primo præmittens qualiter homines debeant esse dispositi, ut ad suum connubium sint idonei et ad spirituales partus apti, dicens : *Hi qui debent esse mei amici dilectissimi,*
10 *ut hoc impartiar eis quod meis facio amicis dilectissimis, videlicet ut eas*[2] *sponsas meas efficiam, imprægnem et in eis desiderium delectabile suscitem quod eas delectet me semper habere, tales siquidem primo debent habere mundam conscientiam et affectionem puram. Secundo, debent abdicare a se omnem rem transitoriam sibi simpliciter non neces-*
15 *sariam, ita quod diligant et desiderent*[3] *me solum possidere. Tertio, debent mihi esse totaliter in voluntate conformati et per dilectionem uniti. Quarto, nullum alium præter me debent habere sponsum. Neminem enim volo esse medium inter sponsam meam et me sponsum. Homines quippe tales fortius diligo quam sponsi carnales ament suas sponsas,*
20 *ac tales in sponsas assumptæ cito imprægnantur a me. Cumque me conceperint absque sorde, me gestant cum majore difficultate quam fetus naturales, qui tamen portantur cum magno gravamine. Nimirum quia concipientes*[4] *me oportet vivere in*[5] *majore sollicitudine ac labore quam vivant naturaliter imprægnatæ. Nec necesse est eas cogitare quod possint*
25 *esse otiosæ et liberæ absque viro, aut maculatæ, fœtidæ et abominabiles absque mundo muliebri, vel possint*[6] *esse iracundæ, vanæ, leves, irrationabiles*[7] *aut superbæ; sed*[8] *oportet eas esse magis laboriosas, coactas, puras, ornatas, patientes, mansuetas, rationabiles, humiles et maturas in moribus quam si haberent viros seu corporales sponsos. Nullam enim*
30 *debent habere propriam voluntatem, sed omnem habentes perfectionem debent apparere valde puræ ante meam regiam majestatem. Neque oportet putare eas sė habituras*[9] *servos et ancillas prout habent sponsæ carnales in adjutorium, ut custodiant sponsos suos; sed oportebit eas paratas existere die*[10] *noctuque quod personaliter expleant omne quod ab eis*
35 *desidero habere.* Amplius: *Sponsæ á me imprægnatæ habent desiderium delectans pro me, quemadmodum mulieres imprægnatæ fastidiunt saporosa et aliqua quæ eis prius fuerint delectabilia et appetunt fructus immaturos et aliqua alia insipida. Sic sponsa quæ me concipit in me delectatur et alia fastidit; quantoque diutius me gerit, tanto avidius et*
40 *delectabilius me appetit, ac gustus præsentiæ meæ ei tanto*[11] *amplius dul-*

[1] *sic codd.* — [2] *sic.* — [3] *codd.* desiderant. — [4] concipiens *G.* — [5] cum *G.* — [6] possunt *G.* — [7] irrationales *G.* — [8] sed *G.* — [9] habituros *G.* — [10] diu *G.* — [11] tanto *deest in G.*

cescit. Hæc Dominus sponsæ post sumptionem Eucharistiæ revelavit, et ejus cor caritate vulnerans dixit : *Cras iterum delectabit te me suscipere cum magno desiderii fervore.*

Capitulum XXVII. Revelantur novem modi spiritualiter pariendi. 5

Alia die iterum post sumptionem Eucharistiæ Dominus ei magna conferens suæ præsentiæ munera, dixit inter alia: *Volo te docere unum de optimis quod potes tu in corpore existens operari, unde partus spirituales poterunt nasci. Tu debes fortiter flendo, die noctuque desirando et petendo clamare ad me in magna caritate ferventer ardente, ut possis* 10 *teipsam spiritualiter parere. Per præmissa enim homo seipsum spiritualiter parere poterit. Quæ tamdiu assiduare debebit quousque seipsum* [1] *peperit. Cum autem hoc factum fuerit, ego volo me sibi amicativum* [2] *exhibere et pandere quod pepererit* [3] *se. Hic quippe est primus spiritualis partus, sine quo non potest fieri per aliquem aliquis alius. Qui enim* 15 *seipsum spiritualiter non pepererit, nullum partum alium de sequentibus procreabit. Hoc partu autem habito, i. e. postquam homo seipsum peperit, si talis filios naturales habuerit, pro illis consimilem laborem habere debebit, qualem pro se habuit, ut illos possit parere spiritualiter quos prius peperit naturaliter. Qui postquam magnifice desideravit a* 20 *me ut adjuvem eum partum spiritualem filiorum perficere ac dum per fletum longævum, orationis studium et caritatis incendium spiritualis filiorum partus fuerit perductus* [4] *ad effectum, illi homini et suis filiis volo providere hic in tempore et in æternitate. Consequenter talis homo studeat tertio parentes suos ad vitam spiritualiter parere æternam. Hoc* 25 *quidem faciendum est pro eis, sive fuerint mortui sive vivi. Quarto, hoc idem circa alios suos faciat amicos. Quinto, hoc idem ex caritate studeat agere circa alienos, ut ex eis multos spirituales possit* [5] *parere filios. Sexto, per opus caritatis consimile studeat multas animas de purgatorio liberare ac per hoc ad vitam spiritualiter parere æternam. Septimo,* 30 *flendo petat et optet ut ego eum efficiam unum de illis hominibus qui sustentare me adjuvant mundum. Octavo, ut multoties me valeat parere studeat obtinere. Nono, laboret studiose quatenus velim sæpe meipsum in ejus anima generare.* Nempe pro quolibet partu prædictorum novem est hoc faciendum quod fit pro primo, ut supra est dictum. Dum Dominus 35 sponsæ hæc revelavit, eam ferventer igne caritatis accendit, luculenter illustravit, phantasmata irruentia ab ea removit, sibi ipsam intime univit et Spiritum sanctum ei misit, qui [6] ipsam ferventius incendens

[1] se ipsam *G.* — [2] amicatum *G.* — [3] peperit *G.* — [4] perductus *om. G.* — [5] *ita C.* posset *V, G.* — [6] quod *G.*

gaudio ac deliciis replevit. Alia vice dixit Dominus : *Generatio spiritualis non est ita generalis prout tu putas ; nam in hac tota civitate non valeo tibi unum ostendere, qui spirituales genuit filios. Et tu debes magnos facere fletus ob hoc quia pauci sunt qui spiritualiter pariunt. Tu* 5 *quoque suppliciter roga* [1] *me ut valeas te et matrem tuam naturalem spiritualiter parere, ut illius sis mater spiritualis ad vitam gloriæ quæ mater tua fuit naturalis ad vitam miseriæ.* At illa cum Domini adjutorio jussa infra plures dies perfecit. Cui Dominus ait : *Vis scire quomodo fructus vivos possis parere?* At illa : *Domine, digneris mihi omne* 10 *illud inspirare quod est bonum animæ meæ.* Cui Dominus : *Quando tibi concedo ex caritate largiter flendo fortiter rogitare pro aliis, vivis aut defunctis, tunc scias te fructus vivos super terram peperisse.* Rursus inquit : *Aliquando masculi in utero gestantur et femellæ nascuntur; hoc tunc est quando homo virtutes et opera meritoria bene inchoat* [2] *et* 15 *malo fine terminat. Si e converso* [3] *actum fuerit, tunc femellam gessit et masculum peperit. Si vero quis bene inchoat et bene terminat, talis masculum* [4] *gestat et generat. Ne ergo circa partum aliquod fiat periculum, devote orationibus est insistendum* [5].

Capitulum XXVIII. Ostenditur quid sit hoc quando homo 20 Dominum spiritualiter parit (1).

Dominus qui solet mirifice sterilem in filiorum multiplicatione lætificare, huic sponsæ virtutem prolificandi et seipsum [6] spiritualiter generandi tribuit. Quæ dum ipsum pluries spiritualiter peperisset, eam instruxit qualiter hoc fieret, dicens : *Devote ora, humiliter sup-* 25 *plica, amatorie blandire et mihi fortiter regratiare. Tu enim debes me spiritualiter parere. Tu quippe hoc tunc facis, quando, caritate mea ferventer incensa* [7], *fortiter flens, largiter sudans et me magnifice diligens, sic habes quod a te omnes decidant* [8] *creaturæ, ita quod nihil mediet inter me et te nec præter me aliqua alia sint* [9] *in tua memoria ; prorumpisque* 30 *tunc* [10] *in aliqua amatoriæ* [11] *blanditionis verba præ ardoris et dilectionis meæ abundantia, dicendo celeriter : Jesu Christe, Jesu Christe, amantissime mi Domine, dilectissime mi Domine, et consimilia. Porro ad hoc* [12] *quod ego generer seu ad hoc quod generatio mea spiritualis fiat, plurima requiruntur. Nimirum quia ad hoc quod creatura aliqua ratio-*

[1] roga *om. G.* — [2] b. i. *om. G.* — [3] contrario *C.* — [4] (peperit-masculum) *add. ex C.* — [5] *add. V et G :* Et illa oratiuncula capitulo CXIII *(G* CXLIII) posita ante quemlibet partum est fideliter præmittenda. *Quale capitulum et cujus sit libri nescimus.* — [6] seipsam *G.* — [7] *ita C.* intensa *V, G.* — [8] *sic.* — [9] sunt *G.* — [10] nunc *G.* — [11] amatoria *G.* — [12] huc *C, hic et mox bis.*

(1) Cfr. Vit. lat. min. cap. 64 *(Act. SS.,* t. XIII Oct., p. 539).

nalis generetur, multa requiruntur : scilicet labor multiplex, varia supellex, diversa materia et varigena bona verba,[1] *quibus meum, matris meæ et sanctorum imploratur auxilium. Nempe hominem qui spiritualiter parit me, oportet*[2] *graviorem laborem habere ac majorem perferre difficultatem quam mater mea pertulit quando me spiritualiter et corporaliter peperit.* Rursus inquit : *Tunc me paris et gestas super terram, quando hanc bonitatem meam tibi in partu meo spirituali communicatam aut aliam meam beneficentiam vel revelationem fide dignam tibi a me factam manifestas ex caritate, verbo, scripto aut aliquo proportionabili signo. De cetero etiam cum me spiritualiter pepereris, hoc a P.*[ræposito] [et] *C.*[onfessario] (1) *abscondere non debebis; quibus etiam debes*[3] *exprimere qualiter homo potest me spiritualiter parere, ut valeat ab homine agnosci quando me partu peperit spirituali.* Et adjecit Dominus : *In partu spirituali est aliquid tristitiæ et aliquid lætitiæ sicut in partu naturali. Nam in tali quando mulier parturit, magnos habens labores et amaros dolores, largas lacrimas effundit; postquam autem pepererit, jam pressuræ non meminit, sed ipsa et ei assistentes mirabiliter gaudent, ac ob hoc puerum natum cum lusibus præ gaudio sursum elevant: modo consimili agitur in partu spirituali.*

Capitulum XXIX. Quæ et quot requiruntur ut spiritualis Domini generatio perficiatur.

Ex his ergo quæ Dominus jussit eam dicere et ex his quæ jam prædixerat ei, novem colliguntur quæ in Domini gignitione contingunt. Primum est, temporalium renuntiatio, peccatorum dimissio et conscientiæ purificatio ex Dei amore. Nam dicit Veritas[4]: *Nisi quis renuntiaverit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus,* Lucæ XIIII. Nec mundissimus Dominus nisi a mundis mentibus concipitur, sicut non ab aliis nisi a mundis cordibus videtur. Secundum est, lacrimarum et sudorum larga effusio ex caritatis inflammatione; flet[5] enim plus ex desiderio quod habet pro Domino quam ex compunctione quam habet pro peccato, dicens cum propheta : *Lacrimæ meæ erant mihi panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie : Ubi est Deus tuus ?* Tertium est, sui ipsius gignitio et Domini interna consolatio in amicabili exhibitione. Nam dicit Dominus quod vellet gignenti sese amicatum exhibere, quia prope est Deus his qui tribulato sunt corde et

[1] in *add. G.* — [2] omnem *G.* — [3] (q. e. d.) *om. C.* — [4] *in C ponitur hic* Luce XIIII. — [5] fiet *G.*

(1) Litteræ *P. C.* significant semper *Præpositum* Capituli Pomesaniensis (Joannem Rymann), et Decanum Joannem Marienwerder, *Confessarium,* qui tanquam filii spirituales B. Dorotheæ apparent.

quasi mater blandiendo unico occurrit filio, Isaiæ LXVI [1]. Quartum est, intima ac immediata cum Domino conjunctio [2] in sincera ac intensa dilectione, quia dilectio non sinit aliquid [3] esse medium inter se et dilectum, nec Dominus [4] vult inter se et suum spiritualem genitorem
5 esse medium, ut aliquoties est ante dictum. Quintum est, sobolis divinæ formatio : ex seminis cœlestis infusione formatur quidem Christus in nobis, prout apostolus dicit, Gal. IV [5] : *Filioli, quos iterum parturio, donec Christus formetur in vobis.* Formari autem Christus dicitur in proposito ex gustu interno ineffabiliter delectabili [6] et inu-
10 sitato, et hoc fit ex mentis pace seu tranquillitate tanquam ex cœlesti semine. Unde idem apostolus dicit II Cor. XIII [7] : *Pacem habete, et Deus pacis ac dilectionis erit vobiscum.* Fit autem hæc pax primo [8] tunc quando mens libera ab omni sollicitudine et a quolibet corporearum similitudinum phantasmate delectabiliter in Domino requiescit. Hæc
15 revera [9] pax est, de qua dicitur Phil. IV [10] : *Et pax Dei, quæ exsuperat* [11] *omnem sensum.* Sextum est, mentis immutatio ex prolis deificæ conceptione, ut supra in fine præcedentis capituli est dictum, quia gustato spiritu desipit omnis caro. Idcirco in corporalibus consolationibus affligitur et in spiritualibus continue plus delectatur. Et dicere potest
20 cum [12] Job VI [13] : *Quæ prius noluit tangere anima mea, nunc præ angustia cibi mei sunt.* Septimum est, mentis innovatio ex diuturna spiritualis fetus gestatione, juxta illud Psalmi : *Renovabitur ut aquilæ juventus tua;* et illud apostoli, Ephes. IV [14] : *Renovamini spiritu mentis vestræ, et induite vos novum hominem qui secundum Deum creatus est in justitia*
25 *et sanctitate veritatis.* Talis enim homo non animalis nec secularis sed spiritualis existit, et in bonis se moribus exhibet. Octavum est, in verba amatoriæ blanditionis ac gratitudinis proruptio ex cordis et animæ per Dominum repletione. Nam qui Dominum Jesum mente conceperunt et diu gestaverunt, replentur dilectionis ac desiderii
30 æstu et deliciarum spiritualium desiderativo fructu, ex quibus sensuum exteriorum actus auferuntur. Et quia Dominus magnifice est in mente et corde, in eis tam blanditionis quam gratitudinis verba varigena oriuntur et aliquando aliqua eorum per os proferuntur; *ex abundantia enim cordis os loquitur,* Matth. XII [15]. Unde de his verbis aliqua
35 sunt per sponsam dicta, videlicet ista : *Domine Jesu Christe, sis laudatus ac veneratus pro tua immensa bonitate et sancta ac ineffabili Trinitate, gloria Patri et Filio et Spiritui sancto. Laudatus et veneratus sis tu, Pater Domine, pro omnipotentia tua; laudatus ac veneratus sis*

[1] Is. LXVI *om. C.* — [2] communicatio *G.* — [3] aliquod *G.* — [4] Deus *G.* — [5] X *G.* — [6] delectabiliter *G.* — [7] II Cor. XIII *om. C.* — [8] pro *C.* — [9] vera *G.* — [10] X *G.* IIII *C.* — [11] exuberat *G.* — [12] illud *G.* — [13] VI *om. C.* — [14] Ephes. IV *om. C.* — [15] Matth. XII *om. C.*

tu, Domine Jesu Christe, pro humanitate tua, nativitate tua, fatigatione tua; et cetera Domini beneficia cum gratiarum actione in fervore spiritus enumeravit. Nam sæpe ipsa fuit ita plena divina dulcedine, Dei amore, gaudio et gratitudine quod, nisi in verba prorupisset, cor ejus fragile [1] oppressum fuisset, sicut mustum absque spi- 5 raculo lagunculam [2] confringit. Unde illud Job dicere potuit (Job. XXXII) [3]: *Venter meus quasi mustum absque spiraculo, quod lagunculas novas disrumpit;* et illud Psalmi: *Sicut adipe et pinguedine repleatur anima mea et labiis exultationis laudabit os meum.* Sane divina dulcedo erat in ea quasi quædam pinguedo, per quam 10 multoties in hac spirituali gignitione singula ejus membra repleta apparuerunt pinguia, ac per hanc ejus viscera tanquam cœlesti rore repleta; ejus uterus intumuit, et tunc proles mentis in sua interna operatione non solum intelligentiam ejus excessit sed etiam partes cordis et corporis distendit, et quasi fetus vivus esset 15 sic saliit et se movit. Nonum est, a verbis cessatio præ æstuantibus desideriis et lacrimatione. Unde ex hoc, quia Dominus magnifice habetur in corde, homo ex magno amore tamdiu ferventer orat et supplicat, blanditur et regratiatur per optima quæ scit formare verba, quod repletur tam æstuanti desiderio ut esset cum Domino ac flet 20 tam ferventer et largiflue quod recte obmutescit et quasi nihil valet dicere, nisi unum tale: *Jesu Christe, dilectissime*[4] *mi Domine, animam meam accipe ad te.* Hoc nomen [5], Jesus Christus, tunc est in corde ejus dulcis jubilus; et fit parturitio tunc, quæ est quidam conatus ut spiritualis fetus effundatur, i. e. ut manifestetur bonitas divina tunc 25 homini impertita. De hac parturitione scriptum est in Isaia (XXVI) [6]: *Domine, a facie tua concepimus et quasi parturivimus et peperimus spiritum.*

Capitulum XXX. Dominus ostendit quando [7] seipsum in anima parit (1). 30

Quandoque Dominus de sua dignatione solet seipsum spiritualiter in anima hominis parere: et quando hoc fiebat in mente hujus sponsæ ei illud dedit tali modo cognoscere. *Tunc,* inquit, *in mente tua me pario, quando in magno ardore caritatis meæ inflammata, in excellenter intensa dilectione me diu quærens, cum æstuanti desiderio ingentes labo-* 35 *res in longis vigiliis peregisti, ac multipliciter blandiens et*[8] *cum fletibus*

[1] (c. e. f.) fragare *G.* — [2] langunculam *V.* lagnugilam *G.* — [3] *parenthesis deest in C, G.* — [4] dulcissime *G.* — [5] ejus *add. G.* — [6] XXVI *om. C.* — [7] quomodo *G.* — [8] ac *G.*

(1) Cfr. Vit. lat. min. cap. 63 *(Act. SS.,* t. XIII Oct., p. 538).

uberrimis mihi supplicans te totis viribus fatigasti, si extunc obtinueris me sine imagine cujuscumque creaturæ in te operantem, et tibi tribuentem delicias spirituales supra modum te delectantes, ac solatium seu gaudium jubilæum ita supereminenter et magnifice quod beneficentiæ meæ modum quo tunc sum tecum secundum suum ambitum non vales comprehensive scire[1]*, nec potes modum illum singulariter et debite exprimere, neque ea quæ tunc operor in te. Ego enim pro tunc permaximum in anima tua facio*[2] *convivium; animam apprehendo etiam amoris nexibus, fortiter stringo, ac per hæc anima sui potens non est, ebria, et in deliciis consopita. Quæ licet fortiter me tunc diligat, ipsa tamen propter magnitudinem dilectionis meæ se diligere modicum æstimat.* Post hæc inquit sponsa : *Hunc modum pariendi multoties sensi, antequam ejus nomen cognovi. Cujus beneficentia fuit ita jocunda ac si fuissem in vita æterna. In eodem modo hoc nomen Jesus Christus mihi*[3] *fuit dulcissimum et de facili veni ad raptum. Ac quando in propinquo est quod Dominus vult se in anima parere, tunc valde intensum in corde oritur gaudium, exterius cessant blanditiones et supplicationes ac Domini cum anima colloquium. Interius tamen fit suave susurrium, Patris et Filii et Spiritus sancti simul habitaculum*[4]*, qui magnam in anima faciunt cœnam.* Porro Dominus dixit sæpe huic sponsæ quod se jam peperit, et aliquando quod se jam parere voluit et aliquando quod se de præsenti jam pareret. Ita quandoque aiebat : *Mihi recte sic est, ac si Dominus in anima mea parere se vellet*[5]. Voluit per hoc significare hoc, i. e. mihi nunc sic est, sicut tunc est, quando Dominus se in anima mea parit. Ex his potest patere quam rarum sit ac pretiosum hoc donum Domini, quo se sic ut præmittitur tribuit et se in anima hominis parit.

Capitulum XXXI. Qualiter filios suos spirituales fideliter educare debuit et sollicite custodivit.

De generatione spirituali qua sponsa hæc filios ad vitam generavit æternam, Dominus ei inter multa hæc dixit : *Filii,* inquit, *tui melius in aliquo habent quam tu : nam oportet te eos spiritualiter pluries parere, et neminem habes qui spiritualiter gignit te, sed te oportet hoc per teipsam facere. Porro si filii tui quos ad spiritualiter pariendum tibi dedi, te fuerint secuti, eis absque ambiguitate poteris vitam æternam promittere. Talem promissionem mater naturalis filiis naturalibus, ut naturalibus*[6]*, non*

[1] (comp.-sc.) comprehendere sive scire *C.* — [2] *ita G.* faciam *V, C.* — [3] *add. ex G. deest in V, C.* — [4] *sic codd., pro* habitantium ? — [5] (Ita-vellet) *aliter G, C :* Et hoc ultimum sponsa sic exprimere solebat, dicendo : Mihi recte sic erat ac si se *(om. C)* Deus (Dominus *C)* in anima mea parere (se *add. C.)* vellet. *Insuper post* vellet *add. C :* Ita quandoque aiebat : Mihi recte sic est, ac si Dominus in anima mea parere se vellet. — [6] ut nat. *add. ex C.*

valet facere, nec aliquis tibi vitam præter me certitudinaliter promittit æternam. Signum profectus tuorum accipe filiorum: nam me vulnerante te magno amore in tantum quod me magnifice sentias et ab intimo corde suspires, et cor tuum in tantum ex amoris magnitudine elevet se, quasi[1] *velit evertere te, quod oporteat dicere ex intenso amore: Domine mi dilectissime, filios adjuva meos: quando hoc egeris, filios tuos denuo paris, attamen minore quam prius labore; et hoc idem tibi signum sit quod eis bene succedit. Qui filii per caritatem ferventer ardentem mihi*[2] *proximius infra unum annum attrahuntur quam infra multos annos per cor frigidum. Nempe cum filiorum tuorum parturitione sæpius iterata*[3] *oportebit te majorem ac graviorem laborem habere quam matrem naturalem in una parturitione; nec tamen aliquis potest filios parere spirituales sine me, sicut nec naturales denuo generare.* Rursus dixit Dominus : *Sumptuosum est valde filios spirituales educare, qui lactantur et nutriuntur cum lacrimis multis ex magna caritate effusis. Nec oportet te mirari quod spirituales filii adhuc in seculo existentes nonnisi cum difficultate possunt custodiri quamdiu sunt super terram, præsertim per alterius hominis custodiam. Nam tu ipsa es experta circa teipsam ante tuam reclusionem quantam habueris difficultatem in custodiendo animam tuam : pro qua licet sollicite laboraveris, ipsam tamen perfecte non suffecisti custodire ; immo adhuc, te in reclusorio existente*[4]*, alius non sufficeret te nisi cum difficultate notabili custodire.* At illa cum pro filiis suis spiritualibus sibi a Deo datis laboriose sudaret, desiderando, orando, flendo, ac per hæc ita viribus exhausta, pluries quando[5] quasi vacillando incedebat, Dominus ei amice dicebat: *Si quis te interrogaverit quare ita infirma existis, tu ei responde : Ego habeo filios quibus oportet me præesse, ac pro eis tam magnos labores ac sollicitudines gerere quod oportet me marcere*[6] *et deficere ex infirmitate.* Sponsa his verbis et plurimis aliis a Domino consolata adhuc permansit de Domini conniventia pro filiis multum sollicita. Quæ dixit: *Mihi directe sic est sicut matri naturali multos filios naturales habenti: quæ ut filios suos nutrire posset, molam traheret et tam graviter laboraret ut destitueretur viribus et marceret.* Amplius: Voluit Dominus ut duriter educaret filios spirituales, eis proponendo verba rigida et ædificatoria ad pœnitentiam ac providentiam inducentia, nec aliquatenus permittere[7] deberet quod bona dilapidarent spiritualia, quia essent pauca et cum magna difficultate acquisita. Ideo deberet frequenter quam pauperes ipsa et filii essent ostendere, et instruere quomodo bona spiritualia æterna possent acquirere et sufficientia æternaliter habere. At illa hæc faciens cœlitus illustrata multoties cognovit quis filiorum suorum inter alios

[1] se *add. G, C.* — [2] nichil *G.* — [3] interata *C.* — [4] *ita G.* existentem *V.* — [5] quando *deest in G.* — [6] marescere *G.* — [7] *codd.* promittere.

indigentior fuit, eorumque et suam considerans in spiritualibus paupertatem contristata multum flevit et pro eis onerose cum intenso desiderio laboravit. Cui Dominus laborem cum sollicitudine attemperans[1] ait: *Tu non poteris præ amore dimittere*[2], *quando omnibus diebus vitæ tuæ oportet te pro tuis filiis sollicitam esse, quia eos magnis et gravibus laboribus necnon plurimis lacrimis eos genuisti. Tu quoque pro filiis tuis ubicumque fueris desiderare debes sine cessatione diu*[3] *noctuque, hic et in æternitate. Nempe confessor pro filiis quos verbo doctrinæ genuit non tantam quantam tu pro tuis sollicitudinem gerit. Nimirum quia non tam gravibus laboribus nec tam amaris fletibus eos genuit neque omnes vires suas pro eis educandis*[4] *quotidie tetendit, ut possit de eis certus esse, quod eos valeret*[5] *mihi præsentare, prout tu circa tuos*[6] *egisti per plures annos. Ratio autem hujus remissionis in patre confessionis hæc extitit, quia nondum animam suam bonis operibus sanctificavit. Nullus namque potest ita bene animas aliorum sanctificare et felicitare sicut ille qui suam propriam prius sanctificavit ac felicitavit animam. Nec aliquis potest ita bene alteri vias vitæ recte rectas demonstrare, sicut ille*[7] *qui prius didicit tales vias perambulare*[8]. *Verum si pater confessionis centum filios educaret, inter illos vix unum in tantum adamaret quod pro illo tantam sollicitudinem quantam tu pro tuis gereret, quamdiu in hoc mundo viveret.* Postremo multis peractis laboribus, Dominus dixit ei: *Quia de cetero circa me cum magna sollicitudine debes intense desiderando studere, quatenus ego velim tibi bona mea revelare, ideo non poteris semper magnas habere lacrimas ad pariendum filios spirituales, sed cum consilio et adjutorio meo minores quam prius labores habendo debebis deinceps parere et educare filios leviori modo.* Etiam: *Si spirituales filii ferventer in caritate arderent ac fortiter flerent, tunc mihi cum festinatione appropinquarent, et pro eis modicum, non graviter aut multum, esset laboribus immorandum. Tu vero nihilominus studiose proficias, ut mei magnifice capax fias et semper a me sis imprægnata, nec sit aliqua hora in qua non fructifices, producens fructum, et hunc destines in cœlum. Tu quoque debes te longe lateque cum tuis fructibus extendere et de fructibus tuis tanquam agricola semen accipere, et illud late ac spatiose circa te spargere, ut unum fructum de alio valeas producere et te in fructibus tuis amplificare et varigenos fructus in vitam æternam destinare, ut in vita æterna coram te fructus tui, i. e. filii tui, ardentes valeant lucere. Attende quam consolatorius sit creaturis ager bonorum fructuum frugifer. Nempe tu debes ferre fructus dulces, utiles, fecundos et laudabiles. Mihi siquidem est valde acceptum quando fructus boni operis ascendunt*[9] *de terra in cœlum: et quod tales per singulos dies vitæ*

[1] ac temptans *G* acceptans *C.* — [2] *intellige* negligens esse. — [3] die *C.* — [4] *codd.* educando. — [5] valet *G.* — [6] *ita C.* eos *V, G.* — [7] ille *om. G.* — [8] ambulare *G.* — [9] ascendit *G.*

tuæ valuisses concepisse a me, peperisse et educatos ad vitam æternam præmisisse, debuisses te mihi ab infantia tua desponsasse et primam innocentiæ tuæ arrham dedisse. Et ob hoc timere debes quod aliquando [1] *bonum fetum conceptum edideris, attamen ad vitam ipsum æternam non præmiseris; immo debes timere quod bonum fetum conceptum aliquando non pepereris sed oppresseris; et, quod gravius est, habes timere quod* [2] *aliquando malum fetum conceptum sis conata parere cum festinatione.* Hæc sponsa audiens valde fuit humiliata, intelligens bonum fetum conceptum bonam voluntatem et per malum fetum conceptum malam voluntatem, ac per fetus parturitionem ipsius voluntatis in opere adimpletionem, et quod bonorum fecunditas operum debeat præcedere fecunditatem filiorum spiritualium. In quorum generatione fuit læta, sed multo plus in sponsi amplexibus est lætificata. Sibi filiorum pignora erant cara, sed multo dulciora sponsi oscula. Nimirum bonum quidem est salvare multos, sed mente excedere et Christo sponso uniri intime est multo jocundius. In tali unione sponsa sæpe ineffabili illecta [3] dulcedine alienabatur a se, a corporis sensibus secedens et sponso delicatissime fruens. Sane ibi erat desiderabile connubium, dulce commercium et, si breve, tamen super [4] modum delectabile experimentum.

Capitulum XXXII. De caritate supereffluente, quæ multas alias continet in se (1).

Postquam Dominus divitias bonitatis suæ per multos annos ineffabiliter magnifice huic sponsæ in caritate supereffluente communicasset et ei nondum nomen caritatis neque bonitatis seu beneficentiæ illius manifestasset, ipsa in die sancti Stephani protomartyris pie desideravit scire quale bonum aut cujusmodi caritas hæc esset, et quomodo nominari deberet, quæ tam varigena bona pretiosa continebat, prout pro tunc magnificentius et plus solito sentiebat. Cui Dominus Jesus dicebat: *Beneficentiæ nomen hucusque abscondi tibi* [5], *nunc autem nomen ejus volo dicere tibi. Nomen ejus non est caritas parva, sed est caritas supereffluens et immensa. Est enim hæc caritas valde magna gratia, dulcedo magna, bonitas magna, delectatio magna* [6] *et jocunditas valde magna. Ideo multa habet nomina, plurimas includens caritates, quia multiplices continet bonitates, quibus se singulis sensibus communicat interioribus. Ideo dicitur caritas bene sapida gustui, caritas bene odorifera olfactui* [7], *dulcis et delectabilis visui per illuminationem; dicitur*

[1] aliquando *om. G.* — [2] quod *om. G.* — [3] illeta *G.* — [4] supra *G.* — [5] (abs. tibi) abscondisti *G* abscondi *C.* — [6] (dulc.-magna) *om. C.* — [7] olofactui *V.*

(1) Cfr. Vit. lat. min. cap. 79 (*Act. SS.*, t. XIII Oct., p. 551).

etiam hæc caritas fructuosa, ditans, satians, ordinata et insuperabilis, inseparabilis, immortalis, ineffabilis : quia ejus bona sunt tam varigena quod nullus valet exprimere singula. Hæc est caritas, quam sancti martyres habuerunt : vitam parvipendentes præsentem, audacter et intrepide 5 *ad mortem accesserunt, et tu ipsa nosti quod omne supplicium ac martyrium in hac caritate leve reputatur. Porro hæc fuit præcipua caritas et primum bonum quod tibi tunc* [1] *feci quando cor tuum extraxi tibi. Nam tunc ex magnitudine gaudii tibi in hac caritate communicati ita bene erat tibi quod non aliud scivisti nisi quod in vita esses æterna. Cum* 10 *hac quippe caritate primo ad vitam æternam valde attraxi te, et cognovisti mox in mentis excessu cœlitus instructa quod esset bonum mecum esse ; et hoc ipsum recognovisti corde et ore. Illico post dationem hujus caritatis cœpi tibi bene placere, cœpistique statim precari me et invitare* [2] *ad te. Hæc caritas est bonum magnum et ineffabile, ac tale quale amicis* 15 *meis in vita soleo facere æterna* [3]. *Hæc caritas est bonum ita supereminenter excedens alia bona hominibus hic communicata* [4] *sicut* [5] *in cœlo gaudia sanctorum excedunt gaudia viatorum. Cumque hoc bonum tibi fecero, scias te habere vitam æternam, i. e. me in te. Hæc caritas est bonum tale et tantum quale et quantum* [6] *non multis hominibus impendo hic in* 20 *mundo. Verum quando hoc bonum operor et facio animæ tuæ occulte, te ignorante, tunc oportet meipsum animam tuam bene respicere et gubernare. Ipsa enim volente cito dimittere me, non valeo eam cito derelinquere; hinc mihi adhæret tam firmiter et ego circa eam permaneo tam stabiliter quod tu ipsa multoties recognoscis te non aliud sustentamen-* 25 *tum vel retinaculum habere nisi me, super quem tunc innixa sustentaris. Sane tunc præ magnitudine bonitatis meæ qua excellenter magnifice sum circa te, non potes cito scire quid et qualis tu ipsa sis aut quomodo tibi sit, ac per hoc jaces quasi soporata in me, sicut ebrius qui potens sui non existit. Si te tunc dimittens bonum hujusmodi totum a te auferrem,* 30 *statim, præ desiderii aviditate qua desideras me et prædictum bonum illico rehabere, fortiter flendo clamares ad me, nec a ploratu cessares quamdiu præfatum bonum aut aliud a me consolatorium non haberes.* Rursus : *Si tu scribere scires, quando illud bonum tibi a me communicatum in anima et corpore sentis et gustas, adhuc scribendo illud tota-* 35 *liter exprimere ita modicum valeres* [7] *sicut bonum quod in vita æterna est contentum.* His dictis, Dominus volens magnitudinem hujus boni ostendere, aperuit mentis oculos sponsæ : quos illustrans cœlesti lumine permisit eam [8] videre illius boni magnitudinem, quam oculate cognovit esse tam magnam quod ejus visus non valuit pertingere ad 40 illius finem, nec aliquo modo, licet esset luculenter illuminata,

[1] nunc *G, C.* — [2] *ita C.* invitari *V, G.* — [3] æt. *om. C.* — [4] conjuncta *V.* — [5] sicut *om. G.* — [6] cum *add. C.* — [7] ita m. v. *om. G.* — [8] illam *G.*

valuit videndo comprehendere illam. Revera bonum illud videbatur sponsæ ita magnum et inexhaustibile [1] quod, si totus mundus de ipso[2] scribens fuisset, adhuc ipsum ad plenum[3] scribendo[4] non expressisset, etiamsi quilibet tantum scripsisset quantum comprehendere valuisset. Et subjunxit Dominus : *Me tibi hanc caritatem dante et ejus bonum tibi communicante, fluo tam fortiter ex caritate magna ad te quod tu e converso ex intensa caritate incipis fluere ad me. Nobisque per confluxum convenientibus efficior unum tecum, et tam intense diligo te*[5] *quod tu ignoras præ dilectionis meæ magnitudine quam fortiter et quam multum debeas me diligere. Repleris siquidem in tantum caritate quod ipsa ex sua copia effluit a te non solum ad me, sed ita late et spatiose sicut est ambitus terræ. Sane ex magnitudine caritatis hujus et ejus affluentia bonitatis tibi apparet primum quod tota terra sit immutata*[6]. *Secundum, quod ubique sit unum bonum et una caritas; ideo æstimas quod totum sit dilectio cum quo occuparis vel conversaris. Tertium est*[7], *quod tota terræ grossities perierit et ablata sit. Quartum, quod tota terra melle et lacte sit fluida. Quintum, quod omnes homines effecti sunt perfecti, sine defectu et sancti, ac bonis spiritualibus repleti. Sextum, quod nulla pœnalitas sit in mundo, nec labor aliquis sit super terram. Septimum, directe apparet*[8] *ac si omne illud quo homines super terram utuntur de cœlo fluxerit et spirituale bonum sit.* Iterum dixit Dominus : *In hac caritate tibi soleo magnifice apparere, et locupletative varigenisque modis sum ante et retro te, efficiens aliquando quod caritas mea hæc magna de te non ad alium quam ad me valet*[9] *fluere, et tunc nullum alium præter me vales diligere, nisi quem ego volo et quem tibi ad diligendum tribuo. Illeque valde fortiter diligitur, qui tibi a me tunc datur; et nisi dilectio tua ad aliquem diligendum efflueret, te mori oporteret, quia cor tuum sustinere tantam dilectionis magnitudinem non posset. Idcirco quando tibi caritatem hanc supereffluentem tribuo, mox cordis fractionem ne fiat velociter timeto.* Notandum quod Dominus conferens animæ hujus sponsæ caritatem supereffluentem non delectavit illam in uno dumtaxat [10] bono particulariter, sed in omni bono generaliter; et hoc faciebat supereffluenter, medullitus et intime, non superficialiter nec false, sed veraciter, neque per melodias cantilenarum aut symphonias musicorum nec per suavitatem florum, aromatum[11] aut quorumcumque corporis[12] delectamentorum, sed interius animam delectavit quoad visum per splendorem quem non capit locus; quoad[13] auditum, per sonum quem non capit aer vel tempus; per odorem, quoad olfactum, quem non spargit flatus; per saporem, quoad gustum, quem non minuit edaci-

[1] inhaustibile *G.* — [2] eo *G.* — [3] *ita C.* plene *V, G.* — [4] scribendum *G.* — [5] te *om. G.* — [6] mutata *G.* — [7] est *add. ex G. deest in V.* — [8] appareat *G.* — [9] valeret *C.* — [10] tantummodo *G.* — [11] arom. *ita G, C. om. V.* — [12] *(loco* aut quor. corporis) aliquorumcumque corporis oblectamentorum seu *G.* — [13] ad *add. G.*

tas seu esus; per amplexum qui animam non maculat sed eam firmiter cum Domino copulat; per osculum, non quod aliquam lasciviam excitat, sed quod animam in casto amore dulciter inflammat. Nimirum quia illius caritatis bonum continebat dilectionem non talem qualem
5 in delectabilibus carnis experti sumus, sed in tantum ab illis differentem quantum bonum temporale [1] et æternum bonum habent distantiam. Postremo est sciendum quod [2] quando [3] hæc caritas et ejus dulcedo effluxerunt a Deo in animam et ab anima [4] in corpus et deinde super alios, tunc apparuit sibi quod sicut sibi erat sic esset
10 omnibus hominibus, et quod omnia essent repleta deliciis spiritualibus: sicut in corporalibus contingit quod homini respicienti res per vitrum viride omnia secundum visum apparent viridia. Quando vero caritas et spirituales deliciæ permanserunt sine effluxu, in sponsæ anima recollectæ, tunc apparuit sibi quod Dominus hanc beneficen-
15 tiam solummodo ipsi faceret et bonitatem hanc tribueret, ac quod hanc bonitatem nullus alius hominum haberet. Ex his habetur causa apparentiæ diversæ, et quare alium etiam affectum causabant hujus caritatis deliciæ quam communiter aliæ. Nam aliæ quando fuerunt magnæ, ut frequenter præ sua teneritudine quam in ea efficiebant
20 ipsam exsurgere impediebant; hæ autem sæpe, licet essent magnæ, ipsam tamen agilem et ad exsurgendum alacrem reddebant. Et dixi notanter sæpe, [5] non semper, quia aliquando per hanc caritatem ad vini cellaria dulcissimæ caritatis introducta jacuit quasi ebria, ut supra dictum est, in deliciis consopita.

25 **Capitulum XXXIII. De caritate sapiente.**

Quia in omni caritatis affectione modum debitum servare non est humanæ industriæ, nil faciendum negligere, nunquam negligenda admittere et ultra vires nihil attentare, ideo valde necessarium fuit huic sponsæ quod Dominus cum aliis caritatibus caritatem sapientem
30 ad discretionis moderamen inclinantem adjungeret, ne [6] spiritus austeritatis ac singularitatis callidissimus eam seduceret et præcipitaret, sicut multi leguntur decepti, qui suæ dilectionis fervorem ac conversationem suam laudabilem fine detestabili concluserunt. Et bene hæc caritas sapiens sequitur supereffluentem et præcedit insuperabi-
35 lem, quia Deus vult dulciter, sapienter, fortiter et perseveranter amari. Unde Bernhardus super Cantica [7], sermone XIX [8]: « Sapientia est Deus, et vult amari non solum dulciter, sed fortiter et sapienter; [9] alioquin facillime zelo tuo spiritus illudet erroris, si

[1] corporale *G.* — [2] quod *om. C.* — [3] quando *om. G.* — [4] illa *G.* — [5] et *add. C.* — [6] ut *G.* — [7] Canticum *G.* — [8] XXX *C, G.* 19 *V.* — [9] et *add. G.*

scientiam negligas. Non enim callidus hostis machinamentum habet efficacius ad tollendam de corde dilectionem quam si efficere possit ut in ea, scilicet dilectione, incaute et non cum ratione ambuletur. „ Hæc ergo sciens astutias satanæ, Dominum frequenter obsecravit sollicite, quatenus ipsam non permitteret delirare, sed concederet sibi ut ipsum posset fortiter, ardenter et sapienter amare. Novit enim quod fervor vehemens sine discretionis temperamento præcipitat et virtus discretionis sine fervore dilectionis jacet. Ideo utrumque desiderabat, ut sapientia cum discretione fervorem æmulationis [1] regularet et fervor amoris discretionem sapientiæ erigeret et instigaret. Nempe per hæc duo in ea caritas insuperabilis fiebat : nimirum, quia mens videtur insuperabilis quando ratio non potest decipi, [2] concupiscentia non illici et irascibilis [vis] [3] non turbari. Et exinde caritas infatigabilis exsurgebat, quæ in Spiritus sancti missione multoties collata sponsæ [4] solebat varia dilectionis opera exercere. Nam si quam energiam, spiritus anxietatem, corporis languorem vel fatigationem invenit, illam mox abstulit et sponsam recentem, hilarem et agilem effecit; ad expedite orandum, blandiendum et regratiandum habilitavit. Quæ quamdiu in statu hujus caritatis permansit, in præmissis dilectionis operibus fatigata non fuit, ejusque anima fortiter clamavit ad Dominum. Unde [5] Bernhardus super Canticum, sermone LXVIII [6] : " Ubi amor, ibi labor non est, sed sapor, „ quia amanti nihil difficile est; quia secundum B. Augustinum, libro XIII Confessionum : " Qui amat non laborat. „ Denique solebat hæc caritas etiam sudorem et lacrimas educere, pauciores tamen quam extorquentur in caritate ferventer ardente.

Capitulum XXXIV. De caritate immensa seu excellenter magna et perfecta.

Caritas excellenter magna seu perfecta ideo dicitur quia omnes præcedentes supergreditur [7], et tam magna esse dinoscitur quod propter sui magnitudinem ineffabilis a Domino sponsæ nominabatur. Quæ per hanc sponsum suum Dominum Jesum primo ineffabiliter amavit; secundo, propter ipsum horribilia pati non curavit; tertio, ipsum quasi præsentem habuit; quarto, per contemplationem libere vidit; quinto, ipsum non formidavit; sexto, nec erga ipsum reverentiam [8] observavit. Quoad primum, ex caritate hac amor ejus [9] erat inexplicabilis quem [10] habuit ad creaturas: ergo multo major [11] et minus explicabilis erat ejus dilectio quam habuit ad Creatorem, quem excel-

[1] *ita C.* ejulationis *V, G.* — [2] a *add. C.* — [3] *add. ex conj.* — [4] sponsæ *om. G.* — [5] sanctus *add. C.* — [6] *hæc verba leguntur in edit. Migne, P. L., t. CLXXXIII, p. 1191, i. e. Serm. in Cant. LXXXV, n. 8.* — [7] ingreditur *G.* — [8] non *add. G.* — [9] a. e. e. c. h. *G.* — [10] *codd.* quam. — [11] major *om. C.*

lenter magnifice conabatur diligere. Unde, dum quadam vice valde intensum haberet desiderium pro salute aliquorum suorum spiritualium filiorum, dixit Dominus ei ferventer lacrimanti : *Caritatem excellenter magnam quæ propter sui magnitudinem ineffabilis dicitur et tibi* 5 *a me quandoque confertur, ac me per ipsam diligis* [1], *illam aliquando, quando mihi placebit, habere ad tuos filios debebis* [2], *et per illam pro eorum salute desiderare, ut velim eos sic gubernare, ne unquam videre te oporteat quod in eis aliquam partem spiritus habeat malignus.* De secundo ait : *Ad C*[onfessorem et] *P*[ræpositum] *dic : De magna cari-* 10 *tate volo vobis aliquid dicere, quæ tam ingens existit quod ille qui eam habet, sentit et sapit quod ipsam nunquam explicare sufficit. Quomodo igitur ille debite eam exprimeret, qui eam non habet ? Sane homo qui in tali est caritate Dei, si magnam pateretur corporis ægritudinem, propter cujus vehementiam oporteret eum* [3] *decumbere et indigeret multiplici* 15 *refocillatione propter suam infirmitatem quam haberet : ipse tamen ex hac caritate excellenter magna non curaret ægritudinem nec* [4] *refocillationem, immo nec capitis amputationem.* De tertio, tam intensæ dilectionis ardore ita vehementer dilexit Dominum et ad se compressit, quasi ipsum præsentem sentiret [5] et [6] inter brachia sua [7] corporaliter 20 contineret; et hoc agere Dominus pluries imperabat. Quoad quartum, dixit ex Domini jussione : *Quando Dominus implet cor meum magna dilectione, tunc aperiuntur oculi mei et non possum aliud nisi Dominum limpide contemplari, quem fortiter diligo, comprimens ad meipsam, cum quo tunc etiam gaudium habeo valde magnum.* Quoad quintum, Domi- 25 num non timuit timore servili vel initiali, quia [8] caritas perfecta foris mittit timorem, sc. [9] servilem et initialem. Habuit tamen timorem castum et filialem, qui crescente caritate non decrescebat, sed magis incrementum accipiebat; quia quanto plus diligebat, tanto plus offendere Dominum sponsum, ne separaretur [10] ab eo, caste formidabat. Quoad 30 sextum, quia magna caritas reverentiam nescit, ideo eam sic ad C[onfessarium] dicere Dominus jussit : *Quando dilectionem habeo excellenter magnam, tunc sine cura sum coram Domino, non observans reverentiam : ei enim arrideo, aut fleo, vel* [11] *canto, loquor, blandior et regratior familiariter.* Quasi diceret : tunc non resilio a summa ejus 35 majestate in meam parvitatem, propter confidentiam amicitiæ specialem, et ingentem caritatem habeo ad ipsum [12] tunc ut ad sponsum et non ut ad Dominum. Quia secundum beatum [13] Bernhardum, sermone LXVIII [14] super Cant. : "Amor Dominum nescit." Est [15] tamen scien-

[1] ac a me per ipsam diligeris *G.* — [2] habebis *G.* — [3] *codd.* eam. — [4] vel *G.* — [5] sciret *G.* — [6] *add. ex C.* — [7] sua *om. G.* — [8] quam *C.* — [9] sed *G.* — [10] separetur *C, G.* — [11] aut *G.* — [12] (ad ips.) meipsum *V.* meipsam *G.* ipsum ad me *C.* — [13] b. *om. G.* — [14] *in edit. Migne, t. modo cit., p. 1062, i. e. Serm. LIX, init.* — [15] *ita C.* Et *V, G.*

dum quod cessante excellentia actus tantæ dilectionis communiter sollicita [1] coram Domino fuit, non solum ut ei placeret, sed etiam ne offenderet et ne se irreverenter ei exhiberet. Et talis sollicitudo erat providentiæ et diligentiæ, et processit plus ex amore quam ex timore, qui crescente caritate solet decrescere. Porro sicut caritas ejus ad magnam perfectionis celsitudinem crevit, ita et anima ejus dilatata et in sua capacitate amplificata fuit. Animæ enim latitudo et amplitudo est ejus dilectio: ideoque quæ magnam habet caritatem magna est, quæ parvam, parva est, et quæ nullam habet caritatem, nullam habet quantitatis capacitatem, scilicet ut [2] capiat Dominum Deum. Hæc sententialiter [3] revelavit ei Dominus. Consimili modo de animæ quantitate loquuntur [4] beatus [Augustinus] [5], in libro *De quantitate animæ*, et beatus Bernhardus super Cantica [6], sermone XXVII [7]. Præterea hujus caritatis excellentia in hac sponsa potest cognosci adhuc per tria, quæ pluries actualiter fuerunt [8] in ea. Primum : Ex caritate enim magna tanta consurgebat confidentia quod non timuit damnari propter sua peccamina, neque retardari a gloria quam cito esset ejus anima a corpore separata. Ideo mori non timuit, sed optavit. Secundum : Quod ejus corpus vitiis et concupiscentiis fuit mortificatum, et sæpe sibi parvum et subtile ostensum, et spirituale a Domino dictum, quia spiritui videbatur obedire per omnia et obtemperare, quamquam quoad nude [9] necessaria spiritum carni condescendere oportebat; nec illicitum hoc erat. Tertium : Quia ejus voluntas divinæ voluntati fuit conformis in diligendo. Non enim magis dilexit sibi propinquum, sed magis illum quem cognovit in lumine gratiæ Deo magis placitum et acceptum; immo, quod est quoad statum præsentis vitæ magis difficile, videbatur ei sæpe quod aliquorum profectum [10] in tantum desiderabat quantum suum, et quod de eorum profectu ita gaudebat sicut de suo, et non intensius de suo proprio quam illorum exultabat. Sicque status patriæ futuræ videtur in ea quoad aliquid in illo actu et in aliquibus aliis reluxisse.

Capitulum XXXV. De caritate ultima, quæ dicitur cordis effractiva.

Caritas cordis effractiva ab effectu nomen accepit. Quæ in hac sponsa tantum excrevit quod ejus cor confregit. Sic enim vitam gratiæ vigoravit quod vitam naturæ superans extinxit, et ad vitam gloriæ ejus animam introduxit. Nempe hujus caritatis actus et operationem [11]

[1] sollicito *G.* — [2] ut scil. *G.* — [3] smar (*i. e.* summarie ?) *G.* — [4] loquitur *G.* — [5] *add. ex conj.* — [6] Canticum *G.* — [7] XXXVII *G.* — [8] erant *G.* — [9] unde *C.* — [10] perfectum *G.* — [11] operationes *G.*

per multos annos ante nominis ejus impositionem persensit, hocque [1] nomen quatuor hebdomadis ante suorum dierum finem didicit a Domino per revelationem. Porro actus et effectus hujus caritatis multo distinctius persensit quam exprimere valuit [2]. Sane se primo ex hac
5 caritate plus quam ex alia vehementer igniri in anima et corpore sensit [3], et a se flammam tam [4] impetuose procedere, quasi esset vento agitata. Secundo, sensit in se insaniens et insatiabile desiderium vehementer ignitum tam ad Dominum diligendum quam ad [5] apprehendendum. Tertio, amoris incendium quo inflammabatur anima et
10 corpus suum, necnon insatiabile et vehemens desiderium ad Dominum diligendum, suo videre, in nulla alia caritate fuerunt ita vehementia, nec in eadem ante ejus nominis et proprietatis revelationem, quamvis habuerit tam amoris incendia quam flammea desideria frequenter ineffabiliter magna. Quarto, sensit se in hac caritate gaudio valde
15 magno et dulcedine repleri et non contentative inebriari. Idcirco mortem qualemcumque libenter pertulisset, nec curasset præ spiritus ebrietate et amoris magnitudine, etiamsi particulatim divisa fuisset; immo, si licuisset et valuisset, hoc prece et pretio comparasset. Quinto, sensit se ad vitam æternam a Domino rapi impetuose, se intense dili-
20 gere et diligi magis intense. Hinc sitis diligendi in ea fuit inextinguibilis et esuries fruitionis insatiabilis: provocabatur enim ad tantam dilectionem ut, si mille cordium vires habuisset, libenter in diligendo [6] Dominum mox omnes expendisset. Unde ex dilectionis vehementia sæpe cor doluit; pulsus ejus et saltus valde impetuosos persensit, et
25 in tantum cordis vires caritas hæc pluries tetendit quod, ultra vires nimis excedens et ipsum cor frangens, ipsam sponsam multoties occidisset, si hoc impeditum [7] a Domino non fuisset. Nota: Non videtur incredibile aliquem posse mori non ex corporis infirmitate sed ex caritate; nam caritas inducit desiderium quo homo cupit dissolvi et esse
30 cum Christo. Hujusmodi ergo caritas in tantum potest intendi [8] quod inclinatio animæ tam magna fieret [9] quod inclinationem ad corpus et ad vitam præsentem vinceret, immo totaliter opprimeret et absorberet. Tandem ergo posset caritatis desiderium in tantum prævalere et in tantum sursum trahere quod animam separaret [10] a corpore ex amore.
35 Amplius: Quidquid potest inducere languorem, si continuatum fuerit et intendatur, potest inducere aliquando mortem. Sed caritas inducit languorem, dicente Scriptura, Cant. v: *Filiæ Jerusalem, nuntiate dilecto quia amore langueo.* Igitur potest inducere et [11] mortem ex amore procedentem; et hoc facit quod beatus Gregorius, IIII libro Dialogo-

[1] hoc quoque *G.* — [2] voluit *C.* — [3] sensit *om. G.* — [4] (fl. tam) flammantem *C.* — [5] ad *om. G.* — [6] diligendi *G.* — [7] impedimentum *G.* — [8] incendi *G.* — [9] *codd.* fiet. — [10] separet *C, G.* — [11] et *om. G.*

rum, de pluribus sanctis dicit quod pro suo [1] patientiæ merito et dissolutionis desiderio meruerunt Domino vocante sine mortis dolore, in jubilo et gaudio, transire ad cœlum de hoc mundo. De hac caritate recipiantur et hic, si placuerit, scribantur duo capitula superius ante mortem hujus sponsæ exarata, videlicet libro VII, cap. xxii et xxiii. Si 5 hoc aliquis facere voluerit, incipiat in xxii° capitulo, in paragrapho: " Nempe dictam caritatem „ etc., et faciat continuationem ad paragraphum " Nempe „ hic supra [2] positum, et habebit caritatis hujus pleniorem intellectum, in qua sponsa usque ad vitæ suæ terminum nunc affligebatur, nunc consolabatur, nunc superabundabat consolatio, nunc 10 afflictio videbatur prævalere, quamvis simpliciter non prævaluerit. In anima enim meliorem ac majorem consolationem habebat quam afflictio erat quam in corpore, aut quam anxietas fuerat quam in anima sustinebat. Nimirum caritas divina ex qua illa procedebant ei particulatim condimenta saporis suaviflui apponebat [3], donec ipsam ad 15 plenum satietatis gustum, ad perfectum caritatis gradum [4] et ad portum tutissimum salutis perduceret, et singula consummaret quæ ei ex caritate perpetua Dominus providebat. Qui Dominus Deus sit super omnia benedictus in secula [5]. Amen.

Explicit tractatus de caritate. 20

[1] *ita C.* prorsus *V, G.* — [2] (hic supra) hoc *G.* — [3] *codd.* apponebant. — [4] gradum *om. G.* — [5] in sec. *add. ex G. deest in V, C.*

DE S. RIGOBERTI

REMENSIS ARCHIEPISCOPI

RELIQUIIS.

S. Rigoberti, archiepiscopi Remensis, Acta et duplicem seu triplicem translationem edidit Joannes Bollandus noster ad diem 4 Januarii (1). Eadem Acta exhibet codex Bruxellensis bibliothecæ regiæ 9636-9637, ubi tamen desideratur illorum pars posterior (2). Sed hujus loco legitur brevis narratio tertiæ seu quartæ translationis quæ majores nostros latuit, neque alibi uspiam hanc memoratam reperimus. Unde et eam in *Analectis* nostris vulgare visum est.

His ita magnifice gestis et ut æque condignum sanctitati fuerat præordinatis, Hugo archiepiscopus tertius a Fulcone, secundæ ejus translationis auctore, qui super Artoldum per VII annorum spatia usurpando Remensem (*cod.* remense)
5 invasit episcopatum, brachium pretiosi confessoris Christi Rigoberti cuidam nobilissimo servorum Dei servo, nomine Hilberto, summo amicitiarum ejus concessit in dono. At ille munus commissum gratanter acceptans, et fideliter ut erat tanti dignum honoris sudario religans, Deo dicandis servan-
10 dum munitur in locis, et sic ejus patrocinantibus meritis pia devotione per multum tempus veneratur ab incolis. Tandem novæ prolis succedentibus filiis, delatum est in suburbio Florinensi et reconditum in monasterio beati Baptistæ Johannis, et cum eo sancti Walerici reliquiæ alio-
15 rumque sanctorum, ubi protegente divina misericordia et

(1) Tom. I, p. 174-179. — (2) Inde a num. 13 editorum.

eorum interveniente gratia debita persolvuntur obsequia. Cum quibus beatæ immortalitatis sempiternum possimus (*supple* obtinere) honorem et regnum, præstante ipso Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto coæternus et consubstantialis ante temporalia secula, factus est in fine temporum pro nostra salute hostia, sacerdos et ara, vivens et regnans in seculorum secula. Amen.

VITÆ

B. PETRI ABRINCENSIS

ET

B. HAMONIS

MONACHORUM CŒNOBII SAVINIACENSIS

IN NORMANNIA

NUNC PRIMUM EDITÆ

STUDIO ET OPERA

E. P. SAUVAGE

PAROCHI DIŒCESIS ROTOMAGENSIS.

Editæ sunt a nobis anno proxime superiori in tomo primo *Analectorum Bollandianorum* (1) Vitæ BB. Vitalis et Gaufridi, primi et secundi abbatum Saviniacensium. His jam complementi loco adjungere licet Vitas BB. Petri Abrincensis et Hamonis, ejusdem cœnobii monachorum, qui simul cum illis et B. Gulielmo (2) colebantur (3).

B. Petri gesta eruimus ex iisdem illis duobus codicibus Parisinis recentioribus quorum ope Vitalis et Gaufridi Acta ad nos pervenerunt (4), lat. 10051 et inter noviter acquisitos gall. 4122 (5).

At Vitæ Hamonis textum, sive purum sive plus minus adulteratum, nobis servaverunt codices non minus septem.

Puram, qualis scilicet primum conscripta fuisse videtur, præbuit unus codex Musei Britannici, in cujus notitiam venimus benevolo studio eximii et eruditissimi viri Edmundi Bishop. Qui rogatus a nobis ut codicem Montis Regalis (6), unde prius eam Vitam proferre in animo erat, inspicere vellet, monuit nos alium quemdam in eodem Museo asservari codicem antiquiorem, qui ejusdem Vitæ primigenium textum, ut sibi videbatur, exhibet.

Codex iste in catalogo codd. mss. Musei Britannici signatus est *Cotton. Nero A XVI.* Folia continet membranea 140, formæ in-8° minimæ (0^m,115 × 0,08). Dua-

(1) Pag. 357 sqq. — (2) Cfr. *Act. SS.*, ad d. 20 Oct., tom. VIII, p. 1007. — (3) Cfr. *Act. SS.*, tom. I Maii, p. 5*a*. — (4) Cfr. *Anal. Boll.*, tom. I, p. 355. — (5) In catalogo codicum olim Collegii Claromontani hæc legimus : " Cod. 669. Fasciculus quaternionum in 4°, partim sæc. XI° partim sæc. XII° exaratorum " et inter hos notatur " Vita B. Gaufredi, abbatis Saviniacensis ; Vita B. Petri monachi. " Hunc codicem, nunc forte apud Cheltenham (ut suspicatur laudandus mox a nobis egregius vir, Edmundus Bishop) asservatum, nobis visere non licuit. — (6) De quo dicetur paulo inferius.

bus constat partibus, seu duobus potius codicibus, ab aliquo ignaro compactore in unum coactis nulla habita ratione materiarum.

Pars prior, quæ manu seculi XV exarata est, complectitur Historiam Eliensis cœnobii in majori Britannia, fol. 1-92.

Pars posterior est Vita B. Hamonis, a coætaneo, ut mox dicetur, conscripta. Protenditur a fol. 93 ad 140, sed eheu! codice in fine mutilo, ipsa suo fine caret.

Quanti nihilominus pretii hoc opusculum esset non fugerat eruditissimum virum Drem F. Liebermann, Berolinensem, in Rerum Germanicarum scriptoribus edendis socium dignissimum, qui magna ex parte B. Hamonis Vitam sua manu transcripsit, nostri vero et horum *Analectorum* gratia suum apographum humanissime concessit nostro Edm. Bishop, cujus egregia cura revisum ad apicem et, quantum sinebant codicis vitia, perfectum atque completum, ad nos tandem transmissum est. Quod munus sane pari gaudii et grati erga utrumque doctissimum virum animi sensu accepimus, rursusque pro eo maximas hic gratias referre cupimus.

Unde vero et quomodo Cottonianus codex in majorem Britanniam et ad Museum Britannicum pervenerit, nihil scimus.

Primævum illum textum mox, ut videtur, prolixiorem censuerunt Saviniacenses, et non pauca resecuerunt quæ ad legentium ædificationem non ita pertinere viderentur. Inde igitur extitit brevior Vitæ forma, quam repræsentant reliqui codices jam recensendi.

Horum antiquissimus est codex quondam cœnobii Regalis Montis in diœcesi Belvacensi (quod duplici loco in ipso codice indicatur), nunc Musei Britannici, ubi notatus est *Addit. mss. 15264;* membraneus, foliorum 116, duplici columna, lineis 33 usque ad fol. 72, deinceps vero lineis 34, exaratus diversis manibus, sed omnibus seculi XIII. Quatuor exhibet opuscula, inter quæ tertium locum occupat Vita B. Hamonis, a folio 78 ad 86. Hanc pro nobis diligentissime contulit laudatus cl. vir Edmundus Bishop. Codex fuit Ducis Sussexensis, donec in auctione publica comparatus est Museo Britannico anno 1844.

Huic statim adjungimus apographum seculi XVII hodieque in Museo Bollandiano servatum, quod a codice Regalis Montis transumptum profitetur nota marginalis in capite apposita.

Ad seculum XIII medium pertinet quoque codex olim Fuliensium S. Bernardi Parisiis (ut patet ex nota inscripta folio primo in capite : *Feuill. 49,* et ibidem in margine inferiori: *Ex bibliotheca Fuliensium S. Bernardi Parisiensis*), Bibliothecæ Nationali Parisiensi illatus anno 1870 et inter codices latinos repositus sub nº 17628. Membraneus est, foliorum nunc 102, formæ in-4º majoris ($0^m,29 \times 0,21$), duplici columna, manu duplici exaratus, sed in fine mutilus. Non paucas litteras exhibet majores variis coloribus satis ingeniose depictas. Quatuor continet opuscula, ultimo loco Vitam B. Hamonis, quæ exorditur folio 98 verso his verbis: *Incipit prologus in vita sancti Hamonis monachi de Savigniaco,* prima littera prægrandi et haud ineleganter ornata, quam a summa pagina ad inferiorem marginem protractam ferrum compactoris seculo XVII aliquantulum momordit in capite. Scriptio abrumpitur in fine folii 102 ad hæc verba (num. 17): *Nam die crastino idem agnus illesus sub divo juxta domum prefate vidue.*

Sequuntur jam tres codices chartacei recentiores, etiam in Bibliotheca Nationali Parisiensi nunc repositi, ex eorum genere qui, quod non pauca antiquorum docu-

mentorum, quæ jam frustra in vetustioribus codicibus requisieris, apographa continent, magno in pretio habentur. Sunt autem illi :

1. *Neustria sancta, in qua recensentur toto anni decursu, servato dierum ordine, illi omnes qui vitæ sanctitate miraculorumque gloria, ortu, prædicatione, patrocinio, incolatu, visitatione, morte, martyrio, memoria, reliquiis vel alio aliquo modo Neustriam illustrarunt. Authore R. P. Arturo Du Moustier, Rothomagensi, Ordinis Minorum Recollectorum, provinciæ Sancti Dionysii in Francia concionatore. Anno 1657* (Bibl. Nat. Mss., lat. 10051, olim Suppl. lat. 966), foliorum 360. Prelo jam paratus erat liber et censorum Sorbonicorum censura munitus die 7 julii 1660 ; hactenus tamen ineditus jacet, auctore vita functo anno 1661. Tota in eo reperitur Vita B. Petri Abrincensis, at B. Hamonis paucissima tantum fragmenta (1).

2. Codex Benedictinus cœnobii Alborum Mantellorum *(des Blancs-Manteaux)*, Congregationis Maurinæ, nunc Bibl. Nat., Mss. franç. 22321, paginarum 889, si omni scriptura vacuas dempseris, seculo proxime superiori exaratus. In fronte codicis legitur hæc nota : *Blancs-Manteaux 38 ;* in dorso vero pelliculæ rubræ inscriptus est hic titulus : *Réformations des évêchés de Bretagne, 2,* perperam tamen toti codici attributus, quum Reformationes 600 tantum priores paginas compleant, reliquas vero documenta de sanctis Britonibus. Inter hæc reperitur Vita B. Hamonis (pag. 875-881), sed nonnullis in locis contracta, ut patebit ex variantibus lectionibus paulo inferius edendis.

3. *Histoire de la Congrégation de Savigny... par D. C. A.* (Bibl. Nat., Mss. fr. nouv. acq. 4122), foliorum 632, de quo jam diximus in prooemio ad Vitas SS. Vitalis et Gaufridi (2), nostris diebus exscriptus ex codice bibliothecæ Fulgeriensis et Parisinæ bibliothecæ illatus anno 1870. Historia Congregationis Saviniacensis a condito monasterio usque ad annum 1256 cum indicibus complet folia 1-496. Accedunt in Appendice multiplicia documenta, inter quæ præcipue notandæ Vitæ BB. Vitalis et Gaufridi, B. Petri Abrincensis (fol. 538v-544), B. Hamonis (fol. 544v-551) et S. Theobaldi, abbatis B. M. Vallium Cernaii (fol. 624v-632).

Jam quod ad scriptorem Vitæ primigeniæ B. Hamonis attinet, fuit is certe monachus Congregationis Saviniacensis. Num vero ipsum Saviniacense monasterium incoluerit, non adeo perspicuum est. Verba enim *ad nos rediens*, quæ leguntur num. 3, non incongrue intelligi possunt *rediens ad hunc mundum inferiorem ;* neque alibi prædictum monasterium sibi domum propriam fuisse indicat.

At non minus certum est ipsum fuisse B. Hamoni æqualem, quin immo et cum eo familiariter vixisse. Non solum enim : *Quod scimus,* ait, *hoc loquimur, et quod vidimus, hoc testamur* (3) ; sed et memorat se aliquando *cum ipso* B. Hamone *sociabile iter carpsisse* (4) ac non pauca se profitetur *ab ipso secreta reseratione percepisse* (5). Sed et quo tempore scripserit, non obscure patefecit. Nam de Gulielmo de Tolosa, abbate Saviniacensi, loquens (6) : Est *vir,* ait, *summæ religionis, sectatorque et amator strenuus christianæ paupertatis.* Quo verbo temporis præsentis indicat tum quum scribebat, adhuc in vivis fuisse Gulielmum (sed cfr. notam ad num. 22 extr.). Is autem diem supremum obiit anno 1186 (7), postquam anno 1179 Cister-

(1) Vitæ infra edendæ numm. 3, 4. — (2) *Anal. Boll.*, tom. I, p. 355. — (3) Num. 18. — (4) Num. 33. — (5) Num. 35. — (6) Num. 22. — (7) *Hist. de la Congrég. de Savigny*, fol. 165 et fol. 432v. — Secundum alios vero anno 1181 *(Act. SS.*, tom. VIII Oct., p. 1008.

ciensis abbas electus est (1). B. Hamonem vero ex fine ejus Vitæ discimus ad supernas sedes evolasse anno 1173. Brevi itaque post ejus mortem ipsius gestis conscribendis se accinxit Anonymus noster. Non liquet autem utrum ad Gulielmum illum opus suum direxerit an ad alium quemdam episcopum vel abbatem, quem scilicet *sanctum patrem* et *venerandum patrem* appellat (2), quemque beato familiari usum exhibet, quippe qui ab eodem *vix* quidem, sed tamen *extorserat* ut sibi quæ a divina munificentia acceperat singularia supernæ gratiæ dona revelaret (3).

Libellum suum non uno tenore absolvit scriptor. Et primo quidem quum illum a principio ad numerum 9 deduxisset, cessavit paululum ab opere *superveniente sancto quadragesimæ tempore;* mox tamen post Dominicæ Resurrectionis solemnia rursus illi manum admovit et quale prius conceperat illud absolvit. Hæc igitur secunda pars (num. 10-21) primæ complementum est. Tertia vero, quæ exorditur a num. 22, nostro judicio a præcedentibus omnino distinguenda est, utpote ad pristinum auctoris propositum non pertinens; quod apertissime fatetur hisce verbis (4) : *Putabam me jam satisfecisse desideriis et studiis vestris, venerande pater,... sed fallebar*. Unde satis excusatur præposterus subsequentis narrationis ordo, ut quod de reliquiis sanctorum nunc agendum esse nuntiatur, quum in prima parte jam plurima relata fuerint per reliquias sanctorum patrata miracula.

Pauca tandem de ratione editionis nostræ.

Huic, quod res per se clamabat, quatenus licuit tamquam basim et fundamentum supposuimus textum codicis Cottoniani. Quem quo legentes facilius cum breviori forma comparare possint, notis in margine appositis sedulo indicavimus quænam capita utrique communia, quænam vero primævo textui propria, at in compendiato resecata sint. Quum præterea in iis capitibus quæ utrique textui communia sunt, nonnullæ subinde primigenii textus sententiæ in compendiato prætermissæ sint, et has distinximus dilatatis paululum typorum intervallis. Qua ratione primo statim aspectu apparent præcipua utriusque textus discrimina. Variantes vero lectiones minoris momenti in margine inferiori adnotavimus, ubi singulos codices supra recensitos signatos advertet lector his siglis, videlicet :

Codex Cottonianus (Mus. Brit., Cotton. Nero A XVI) . .	littera *C ;*
Codex Regalis Montis (Ibid., add. mss. 15264)	*R ;*
Apographum Bollandianum	*A ;*
Codex Fuliensium (Bibl. Nat. Par., lat. 17628)	*F ;*
Neustria Sancta Arturi Du Moustier (Ibid., lat. 10051) . . .	*M;*
Collectio Benedictina (Ibid., mss. fr. 22321)	*B ;*
Hist. Congr. Savign. (Ibid., fr. nouv. acq. 4122).	*S.*

(1) *Act. SS.,* loc. modo cit. — (2) In fine Prologi secundum cod. Cottonianum, et num. 22. — (3) In fine ejusdem Prologi et num. 10 extr. secundum cod. Cotton. — (4) Num. 22.

VITA B. PETRI ABRINCENSIS

MONACHI SAVINIACENSIS

EX DUPLICI APOGRAPHO (1).

Incipit vita B. Petri Abrincensis, monachi Savigniensis [1], Ord. Cist.

Caput primum. Qualiter in virum alterum conversus est.

B. Petrus, de civitate Abrincensi oriundus, cum adhuc
5 puerulus [2] esset, a parentibus est litterarum studio traditus, scholarumque insistens exercitiis, sufficientiam attigit [3] litteraturæ competentis [4]. Cumque juvenilis ætatis fervor in eo invalesceret, prout pluribus in tali ætate moris esse solet, ludicra mundi diligere cœpit et instrumentis musicis delectari,
10 maxime in tactu viellæ [5] (2), cujus scientiam sibi comparavit assuefactione et usu. Aspirante autem desuper Spiritus sancti clementia, quæ et [6] quando et ubi vult spirat (3), cordis ejus intima tetigit [7] pius et misericors Dominus, vanitatem mundi, cui vacare disposuerat, detexit, pœnalitatem inferni
15 horribilem ante mentis oculos statuit, mores præteritos, tremendum judicium, futuræ beatitudinis gaudia ad memoriam reduxit. Sicque misericorditer illuminatus et intus [8] humiliatus [9] ac totis viscerum medullis intra se compunctus, est in virum alterum subito mutatus.

[1] *et sic deinceps ut et* Savigneium *S.;* Saviniacum, Savigniacum, Saviniacensis, Savigniacensis *M.* — [2] parvulus. — [3] attigit *om. M.* — [4] acquisivit *add. M.* — [5] maxime in rotata sambuca, vulgo *vielle M.* — [6] *om.* — [7] *om.* — [8] spiritu. — [9] humilitatis.

(1) Cfr. Præfat. init. — Ubi apographum Anonymi Saviniacensis, quod, utpote præstantius, in corpore editionis ponimus, emendatione indigere videtur, signabitur ejus lectio littera *S;* apographum vero Art. du Moustier littera *M.* Variantes lectiones nulla littera signatæ sunt ejusdem A. du Moustier. — (2) De *viola* et *viella* (gallice *viole, vielle*) cfr. De Coussemaker, *Essai sur les instruments de musique au moyen âge* (apud Didron, Annal. archéolog., tom. III, p. 154-155); et præsertim A. Vidal, *Les instruments à archet,* tom. I, p. 19-20, ex quo docemur verbis " rotata sambuca " quæ leguntur in *M,* designari potius viellam, quæ locum obtinuerat antiqui *organistri.* — (3) Cfr. Jo. III, 8.

Caput 2. Quod apud Savigneium habitum suscepit monachalem.

Videns igitur quia sibi tutum non esset diutius cohabitare serpenti, cœpit de fuga seculi cogitare. Revolvens autem et apud se deliberans ubi tutius et melius bonum quod conceperat perduceret [1] in effectum, abbatiam Savigniensem ad hoc præelegit, utpote quæ religionis fervore et bonæ opinionis odore toti patriæ [2] non modicum luminare extitit [3] et sanctitatis exemplar. Quapropter Savigneium adiit, quæsivit diligenter et invenit, petiit instanter et accepit, pulsavit perseveranter et apertum est ei gratiæ ostium [4], sicque ibidem admissus est ad habitum monachalem.

Caput 3. Qualiter maturitati et cordis custodiæ [5] operam dedit.

Quia vero consideravit quod contrariis curantur contraria, magna maturitatis severitate [6] præteritæ secularis levitatis vulnera sanare disposuit, et ad hoc se totum contulit. Quapropter, licet virtutum exercitiis, religionis observantiis continuis, in bono profectibus operam daret, maxime tamen circa [7] cordis custodiam, sensuum disciplinam et orationis studium salutare curam habuit pervigilem, et in iis [8] statuit complere dies suos.

Caput 4. De teneritudine conscientiæ ipsius et diligentia confessionis.

Quam ardens vero desiderium habuerit illius beatitudinis evangelicæ : *Beati mundo corde,* et cet. (1), ex hoc patet quod nullius [9] mortalis, immo nec notabilis venialis memoriam remordentem conscientiæ ejus delicata teneritudo ferre potuit quin, captata opportunitate, statim recurreret ad confessionis

[1] produceret. — [2] provinciæ. — [3] extulit. — [4] (petiit-ostium) *om.* — [5] cust. cord. — [6] gravitate. — [7] *om.* — [8] eis. — [9] *ita M;* nullus *S.*

(1) Matth. v, 8.

remedium salutare. Unde confessoribus [1] domus Savigneii hujus sanctæ importunitatis frequentia nonnunquam extitit aliquantulum onerosa. At ille, salutis suæ sollicitus, hoc minime attendebat, sciens quia [2] vere bonum animæ orna-
5 mentum est confessio, quæ et peccatores purgat et justos reddit purgatiores [3] (1). Augustinus vero ait : *Quanto pluribus in spe veniæ confitetur quis turpitudinem criminis, tanto facilius consequitur gratiam remissionis.*

Caput 5. Quantum silentio studuit, et qualiter colloquia
10 **publica [4] pro posse declinavit.**

Beatus igitur Petrus, diligenter attendens illud Jacobi : *Si [5] quis existimat se religiosum esse, non refrenans linguam suam,* et cet. (2), et iterum : *Qui non offendit in verbo, hic perfectus est vir* (3) : colloquia publica tam religiosorum quam secu-
15 larium necnon et consortia [6] declinare studuit, quantum permiserunt Ordinis observantiæ, fraternæ pacis honestas et obedientia magistrorum. Nugæ namque, in ore [7] aliorum nugæ, sunt in ore sacerdotis blasphemiæ, et multo fortius in ore monachorum (4); unde os consecratum orationi et colloquiis [8]
20 divinis claudi debet nugis et fabulis. Quapropter efficaciter adimplere curabat illud verbum Regulæ : *Verba scurrilia et risum moventia æterna clausura in omnibus locis damnamus* (5). Fratres charissimi, cur in Hierusalem lingua volumus loqui Ægyptia ? Cur media ex parte loqui præsumimus Azotice (6),
25 qui omnino loqui [9] debemus Judaice ? Evangelice igitur ex toto loquamur, qui viri evangelici sumus. Sermo noster legem redoleat, prophetas et apostolos ; ex eorum verbis linguam nostram exacuamus [10]. Non mittatur massa plumbea, juxta Zachariæ verbum (7), in os nostrum. Plumbeum enim os est

[1] cum lassoribus. — [2] *ita M ;* sciensque *S.* — [3] (et purgatiores) *om.* — [4] publico. — [5] *om.* — [6] comitia. — [7] more. — [8] eloquiis. — [9] *om.* — [10] evacuamus.

(1) S. Bernardus, in sermone XL. — (2) Jac. I, 26. — (3) Ibid., III, 2. — (4) S. Bern., *De Consideratione,* L. III, c. 13. — (5) Regul. S. Bened., cap. VI, § 2. — (6) More scilicet Philisthæorum, in Azoto degentium. — (7) Cfr. Zach. V, 8.

quod nil [1] subtile [2] loquitur, nil acutum, nil de supernis, sed totum remissum est, totum hebes [3], totum de imis, fortassis [4] et de iniquis. Nam iniquitas sedet super talentum plumbi. Meminerimus igitur os nostrum cœlestibus osculis et oraculis esse dedicatum: sacrilegium reputemus si quid non dulce, non divinum, non ædificatorium, non de sacra pagina sonet. Et hæc quidem breviter ad nostram admonitionem sufficiant.

Cap. 6. De severitate disciplinæ ejus exteriori.

Quoniam vero ex risu stultus agnoscitur et fatuus in risu exaltat vocem suam (1), risum errorem reputavit [5] et gaudio mundali dixit: *Cur* [6] *frustra deciperis?* (2) Nam extrema talis gaudii luctus occupat (3), qui nunquam recipit consolationem. Unde in tanta severitate disciplinæ vultum observavit, ut nunquam in religione notabiliter risisse memoretur. Quod quidem in eo tanto majoris erat [7] virtutis, quanto in seculo in musicis et canticis amplius delectabatur. Nolite igitur, charissimi, ita desipere [8] ut judicetis eum gaudere qui ridet. Credite mihi, verum gaudium res severa est. Paupertatem namque [9] voluntariam amplecti, voluntates tenere sub freno, meditari de dolorum patientia, hæc quidem qui apud se versat in magno intus gaudio est, sed foris parum blando. Unde [10] viri boni et sancti (quia de internis et æternis est) solidum est [11] gaudium; nulla causa rumpitur, nulla adversitate, nulla fortuna; semper et ubique lætus et tranquillus est. Non enim ex alieno pendet aut favorem forinsecum expectat; domestica [12] enim illi felicitas est intus, in conscientiæ bono, ubi nemo videt.

Cap. 7. De peccato quodam curiositatis, quam anxie inde pœnituerit.

Quam sollicitus fuerit B. Petrus circa curiositatem sensuum

[1] nihil *ter pro ter* nil. — [2] *ita M;* subito *S.* — [3] hebetum. — [4] fortasse. — [5] rep. err. — [6] Quid. — [7] *om.* — [8] *ita M;* decipere *S.* — [9] itaque. — [10] *om.* — [11] *ita M;* ejus *S.* — [12] honestior.

(1) Eccli. xxi, 23. — (2) Cfr. Eccle. ii, 2. — (3) Cfr. Prov. xiv, 13.

restringendam et cavendam temporis jacturam, ex eo quod sequitur adverti potest. Nam cum aliquando certa de causa super calceiam stagni abbatiæ constitutus esset, vidit illud genus avium quæ anates dicuntur. Quas huc illucque natan-
5 tes cum aliqua curiositate intuitus est, consueti rigoris sui circa cordis custodiam et sensuum disciplinam minime recordatus. Cumque ad cor intra se rediret, eum conscientia graviter reprehendit; et cum dolore vehementi, ac si grave facinus commisisset, ad B. Hamonem [1] festinato perrexit, qui unus
10 erat de confessoribus ad conventus confessiones audiendas deputatus, dictum delictum humiliter confitens, et cum nimia cordis contritione dicens : *Heu! me miserum! tempus meum in vanis et otiosis consumpsi; spiritualitatem meam, videndi curiositate et incauta cordis custodia, negligenter perdidi* [2].
15 Pepigerat enim fœdus cum oculo suo ut nec [3] aliquid terrenum [4] delectabile morose ac nimis curiose respiceret, sciens ex inordinatis et defixis aspectibus mentem infici et cogitationes vitiosas ac sordidas in ipsa generari. Unde Gregorius : *Non licet intueri aspectu,* scilicet defixo, [5] moroso, *quod non licet*
20 *concupisci* (1). Et in Proverbiis : *Abominabilis est Domino defigens oculum* (2). Hoc attendant [6] vagi et male cauti circa visus sui custodiam, et revocent [7] ad memoriam quia corvus mortui pecoris primo petit oculum et per oculum extrahit cerebrum. Sic et hostis antiquus : ejus enim suggestio, si aditum
25 invenerit, latenter ingreditur et se dolose diffundit, atque ut cancer serpit, ut totum occupet et universa bona interiora diripiat. Idcirco Hieronymus : *Malitia elidatur in semine. Dum parvus est hostis, interfice : non enim est expectandus ut crescat qui timeri debet a parvo; nec est permittendus ut intret qui, cum*
30 *foris excluditur, internam tamen cordis quietem circuiendo quasi* [8] *leo rugiens non desinit impugnare* (3).

[1] Haymonem *et sic deinceps, nisi quod semel* Haimo *et ultimo num. etiam* Hamo. — [2] (spir.-perdidi) *add. ex M ; om. S.* — [3] ne. — [4] externum. — [5] *add.* et. — [6] attendens. — [7] revocens. — [8] *ita M ;* qui *S.*

(1) Moral. XXI, 2. — (2) Cfr. Prov. VI, 17. Sex sunt quæ odit Dominus... oculos sublimes. Auct. Hist. Congr. Sav. indicat hic *Prov. c. XX.* Cfr. etiam notam ad vocem Sapiens infra, n. 11 extr. — (3) Epist. ad Eust. de custodia virginitatis ; cfr. epist. ad Demetr. de virginitate (inter falso adscriptas).

Cap. 8. Qualiter vanos favores hominum contempserit, et salutationes regias parvipenderit.

Eligens igitur B. Petrus in domo Dei semper, in [1] quantum in ipso erat, abjectus esse et magis humiliari cum mitibus quam spolia dividere cum superbis (1), omnem mundi gloriam et vanum favorem, quasi virus pessimum, studuit devitare. Unde, cum [2] B. Hamo, vice quadam, de curia rediens, ipsum ex parte regis Henrici devote salutaret, utpote virum in dicti regis curia pro suæ sanctitatis rigore et orandi instantia famosum et notum, dicto B. Hamoni, quem præcipue diligebat, cum quadam severitate respondit : *Salutationes regum non curo, qui mori possunt; alias intentio dirigitur.* Unde et dictum virum sanctum de favore nimio potentum et zeli boni fervore, tanquam amicum in Christo præ ceteris familiarem nonnunquam durius arguebat ; sed [3] procul dubio pius fuit error. Nam divisiones gratiarum sunt (2), et dispositor [4] universitatis unicuique dona sua distribuens sic cuncta moderatur ut, cum unumquemque per gratiam sublevat, etiam per disparem alterum alteri subdat. Unde de singulis confessoribus veraciter canitur (3): *Non est inventus similis illi*, et cet. Beatus siquidem Hamo eminenter præditus erat sapidæ charitatis affluenti benignitate [5], beatus vero Petrus vividæ charitatis et veritatis districta severitate. Unde, licet diverso itinere gratiarum, ad unum tamen supernæ vocationis bravium currebant, tanquam ferventes Christi pugiles et milites indefessi. Quapropter cum sanctæ severitatis B. Petri et placidissimæ charitatis B. Hamonis in Domino reminiscimur, non immerito venit in mentem illud commendabile et memoria dignum, quod de SS. Arsenio et Moyse, abbatibus, in Vita SS. Patrum [6] scribitur (4). Quidam siquidem frater venit a remotis desiderio videndi B. Arsenium; cumque fratres ibi manentes ut parum reficeret suaderent, eis respondit: *Non*

[1] *om.* — [2] *add. ex M; om. S.* — [3] si. — [4] dispensator. — [5] bonitate. — [6] vitis Patrum.

(1) Prov. xvi, 19. — (2) I Cor. xii, 4. — (3) In Officio de communi. — (4) Lib. VII, c. 18. (Migne, P. L., t. LXXIII, p. 1040; edit. Plantiniana 1615, p. 673.)

gustabo panem, nisi abbatem Arsenium videre meruero. Tunc unus ex patribus deduxit eum ad prædictum senem, pulsatoque ostio cellæ, suscepti ab eo, oratione facta, consederunt. Cum autem B. Arsenius more solito taceret, ille qui fratrem
5 deduxerat dixit : *Ego discedo.* Similiter et frater qui ex nimio desiderio venerat, præ [1] verecundia tacitus sedens, respondit : *Ego tecum revertor, pater.* Et sic utrique discesserunt. Iterum postulavit frater ut ad abbatem Moysen duceretur : benigne vero ab eo recepti, in charitate [2] postea reversi sunt. Dixit
10 ergo [3] is qui eum ad utrumque perduxerat : *Ecce quos postulaveras, vidisti : quis tibi ex utroque [4] plus placet?* Et respondit : *Mihi videtur hic melior qui nos tam benigne suscepit.* Quo sermone per cellulas audito, unus ex fratribus oravit Dominum, dicens : *Hanc mihi rem, precor, ostende. Unus, propter nomen*
15 *tuum, homines videre et compellare fugit; alter vero, propter nomen tuum, hominibus communis est.* Et ecce in extasi duæ naves illi [5] ostensæ sunt. In una vidit [6] abbatem Arsenium cum silentio in requie navigantem, in altera vero abbatem Moysen et angelos sanctos favum mellis ori ejus et dentibus
20 inferentes. Qua quidem revelatione Dominus ostendit quod utrumque sanctum gratanter approbavit, utriusque modum, licet dissimilem in conspectu hominum, coram angelis tamen bonitate non disparem dignanter acceptavit. Jacob siquidem singulos filios suos propriis benedictionibus benedixit. Unde
25 caveat unusquisque de sanctorum meritis temere judicare, quoadusque tempus illud advenerit in quo ipse Dominus justitias judicabit. De beatis siquidem Hamone et Petro convenienter scriptum est :

Petrus Abrincensis, qui crimina rasit ut ensis;
30 Hamo [7] columbinus, pius, et patiens, et ovinus [8].

Cap. 9. Qualiter exteriora corporis solatia refugiebat.

Quoniam vero primum argumentum est mentis compositæ posse consistere secumque morari (virtus enim convenientia

[1] pro. — [2] in char. rec. — [3] *om.* — [4] utrisque. — [5] sibi. — [6] videt. — [7] Homo. — [8] ominus.

constat animi), solidam stabilitatem continuo habere curavit, nec pro aliquo tædii claustralis remedio exteriora solatia suscipere acquievit. Nam prælationis sublimitates, forinsecas [1] occupationes et vanos equitatus, quos plures appetunt, suscipere recusavit. Quod tamen supplicando, non superbe resistendo, humilitatis instantia obtinuit, servans in hoc prout debuit per [2] devotam obedientiam ex una parte pacem et gratiam suorum pastorum, et ex altera suo periculo præcavens et [3] providens puritati. Quia, licet Martha divinæ gratiæ copiam mereretur Domino Jesu Christo officiosissime ministrando, Maria tamen optimam partem elegit et satis dulciorem, quæ sedens ad pedes Domini dapibus cœlestibus ab ipso pascebatur.

Cap. 10. De revelatione gloriosa militi Britanniæ facta.

Tempore illustrium Ludovici et Henrici, Franciæ et Angliæ regum (1), miles quidam in Britannia armis strenuus et genere nobilis [4], infirmatus est usque ad mortem. Vexatione igitur intellectum tribuente, ad cor rediens et vitam priorem districtius discutiens, vehementer compunctus est et confessus veraciter, satisfacere statuens condigne et perseveranter, sacramenta ecclesiastica petiit instanter [5], credidit fideliter et accepit humiliter. His vero peractis, ægritudinis anxias afflictiones ultra non sustinens, cœpit laborare in extremis; ita ut sensum et motum penitus amisisset, solum officium inspirandi et respirandi in ipsius corpore anima operante. Domino [6] igitur misericordiam superexaltante judicio (2), dictus miles raptus est in spiritu et a duobus [7] angelis deductus, qui sibi pœnas gehennales [8] ostenderunt, quas metuebat; demumque cœli gaudia, ad quæ totis animæ medullis ardentius aspirabat.

[1] forisecas. — [2] et. — [3] ac. — [4] *ita M;* nobili *S.* — [5] *om.* — [6] Divino. — [7] (a duobus) ab. — [8] infernales.

(1) Ludovici VII et Henrici II. Is regno non est potitus nisi anno 1154. Quum præterea B. Petro superstes fuerit beatus Hamo, anno 1173 defunctus, neque ante annum 1154 neque post annum 1173 quærendum est tempus rei quæ hic narratur. Modus loquendi scriptoris indicare videtur hanc Vitam B. Petri post mortem Ludovici (1180) et Henrici (1189) fuisse concinnatam. — (2) Cfr. Jac. II, 13.

Ostensus siquidem sibi fuit horribilis inferni locus, ubi qui torquet non lacessitur, et qui torquetur non moritur. Vidit in spiritu ignem qui non extinguitur; frigoris gelicidium [1] quod nunquam sole radiante dissolvitur, juxta illud Jobi (1): *Transibunt ab aquis nivium ad calorem nimium* [2]; vidit vermes rodentes, nunquam dormientes, nec unquam morientes, de quibus Ecclesiasticus (2): *Vindicta carnis impii ignis et vermes;* et rursus Job (3): *Qui me comedunt, non dormiunt;* Isaias vero in fine: *Vermis eorum non morietur, et ignis sulphureus non extinguetur* (4). Attendit etiam tenebras horribiles, de quibus in Evangelio (5): *Projicite eum in tenebras exteriores;* et in Exodo (6): *Tribus diebus* (id est, dum beata Trinitas salvatis splendet in cœlo), *nemo vidit fratrem suum* damnatus in inferno, videlicet ut [3] ex tali visione aliquam recipiat consolationem. Item consideravit et expavit flagellorum immanitatem, continuitatem et innumerabilem diversitatem, de quibus in Parabolis: *Parata sunt derisoribus judicia, et mallei percutientes stultorum corporibus* (7). Item attendit ibi [4] fœtores immundissimos, corrumpentes et inficientes ac penitus intolerabiles, de quibus Ezechiel (8): *Ibi Assur et omnis fortitudo ejus, in circuitu ejus sepulcra ejus.* Item vidit ibi vinculorum ardentium et ignearum catenarum tot genera quod eorum non est numerus, de quibus Psalmista: *Sedentes in tenebris et umbra mortis, vinctos in mendicitate et ferro* (9); et iterum: *Ad alligandos reges eorum in compedibus, et nobiles* [5] *eorum in manicis ferreis* (10); et Dominus in Evangelio: *Ligatis manibus et pedibus, projicite .....* [6] (11). Item vidit ibi terribiles et deformes dæmonum species, de quibus Job (12): *Vadent et venient super eum horribiles.* Vidit etiam animarum multitudinem infinitam in pœnis circumquaque horribiliter cruciatam, flentem, stridentem, clamantem et ejulantem

[1] gelidium. — [2] ad c. n. *om.* — [3] ut videlicet. — [4] attendit ibi *om.* — [5] *ita M;* nomen *S.* — [6] et cæt. *M.*

(1) Cfr. Job. xxiv, 19. — (2) Eccli. vii, 19. — (3) Job. xxx, 17. — (4) Cfr. Is. lxvi, 24. — (5) Cfr. Matth. xxii, 13. — (6) Cfr. Exod. x, 23. — (7) Prov. xix, 29. — (8) Ezech. xxxii, 22. — (9) Ps. cvi, 10. — (10) Ps. cxlix, 8. — (11) Cfr. loc. modo cit. — (12) Job. xx, 25.

continue in dicta miseria, in calamitate, in igne æterno, de quo Mattheus (1) : *Ite, maledicti, in ignem æternum, qui paratus est non solum diabolo, sed* [1] *et angelis ejus,* id est universis ministris [2] ipsius : qui videlicet vitæ vias et justitiæ semitas deserentes, mortaliter peccarunt, nec ante mortem condigne pœnituerunt. Quantus dolor, quantus mœror et quanta anxietas, quantus timor, quantus horror dictum militem in visione invaserit, nec stylo scribi, nec lingua posset aliquatenus [3] explicari. Infernus siquidem latus est sine mensura, profundus sine fundo, plenus ardore incomparabili, plenus fœtore intolerabili, plenus dolore inenarrabili [4]; ibi miseria, ibi tenebræ, ibi nullus ordo [5], ibi horror sempiternus, ibi nulla spes boni, nulla desperatio mali. Omnis qui in eo est, odit se et omnes alios. Ibi omnia genera tormentorum, quorum minimum tormentis omnibus majus est quæcumque [6] in hoc seculo fieri possunt; ibi est fletus et stridor dentium; ibi est transitus a frigore nivium ad calorem ignium, et utrumque intolerabile [7]; ibi omnes [8] comburuntur igne et corroduntur vermibus [9], nec consumuntur ; ibi nulla vox, nisi *Væ! Væ!* et [10] *Væ!* resonat; Væ habent et Væ clamant. Tortores diaboli torquent et torquentur; tormentorum [11] nunquam ibi finis erit [12] aut remedium. Talis est infernus, et millies pejor. Revocemus igitur [13], fratres charissimi, ante mentis oculos peccata quæ fecimus, et dicta gehennæ supplicia quæ peccando meruimus; ut eorum comparatione quæ vere pœnitendo evadimus, universa mala quæ in præsenti patimur, suaves delicias salubriter reputemus.

Cap. 11. De gloria cœli et civibus ejus.

Quoniam vero pius Dominus post tempestatem tranquillum facit et post lacrimationem et fletum exultationem

[1] *om.* — [2] *add. ex M; om. S.* — [3] *om.* — [4] *add.* plenus dolore inenarrabili *ex M.* — [5] ordo nullus. — [6] (quorum-quæcumque) quorum tormentis omnibus majus est minimum quorumcumque. — [7] *ita M;* utramque intolerabilem *S.* — [8] ossa. — [9] corr. ver. — [10] *om.* — [11] que *add.* — [12] erit *om.* — [13] *add. ex M; om. S.*

(1) Matth. xxv, 41.

infundit, post pœnarum genera reprobis infligenda dicto militi ostendunt præfati duo angeli cœli gaudia bene agentibus repromissa. Ab ipsis igitur in superna deductus est, ubi contemplatus est, prout potuit, illam ineffabilem individuæ Trinitatis majestatem, initio fineque carentem, quæ lucem habitat inaccessibilem. Exsuperat [1] enim omnem sensum omnemque intellectum illa claritas illaque pulchritudo. Paulisper tamen intuitus est Dominum nostrum Jesum Christum, Deum et hominem, in Dei Patris dextera sedentem, id est in æterna vita regnantem super omnem creaturam, ineffabiliter speciosum, ita ut in eum desiderent etiam [2] angeli prospicere insatiabiliter, stigmata tamen passionis, quibus nos redemit, in corpore suo gloriose habentem, Patrique pro nobis pie assistentem. Vidit etiam gloriosam Virginem, Dei genitricem Mariam, juxta illum in throno mirabili residentem, super omnes angelos et sanctos exaltatam, suum beatum Filium pro nobis interpellantem et cujus vult miserantem. Vidit beatorum spirituum sanctissimos ordines [3], qui ante Deum continue assistunt. Laudes quoque quas Creatori referunt nullus hominum plane [4] cogitare, nedum [5] sufficit enarrare. Vidit cœtus patriarcharum, qui longæ expectationis tædia percepto perenni gaudio feliciter mutaverunt. Vidit apostolos in thronis sedentes, omnes tribus et linguas paratos judicare. Vidit innumerabilem martyrum sanctorum exercitum gloria et honore mirifice coronatum. Vidit gloriosam confessorum multitudinem, qui sanctam Ecclesiam doctrinis munierunt, et fulgent quasi sol et quasi stellæ in perpetuas æternitates. Vidit ibi monachos sanctos et anachoretas pro claustris angustis et cellis districtis immensa et sole clariora palatia possidentes; a quorum oculis abstersit Deus lacrimam omnem, regemque gloriæ vident in decore suo. Vidit etiam virginum chorum, quarum gloriam, speciem et melodiam nulla hominum eloquentia digne sufficit enarrare : cantabant siquidem *canticum novum quod nemo alius dicere poterat*, prout in Apocalypsi habetur (1).

[1] Superat. — [2] et. — [3] ord. sanct. — [4] plene. — [5] nec dum.

(1) Apoc. XIV, 3.

Dum igitur in hac gloriosa revelatione, cum reverentia et humilitate qua potuit, Dominum nostrum Jesum Christum in illo stellato solio, in illo throno gloriæ suæ residentem contemplaretur, vidit juxta thronum monachum quemdam, albis indutum, genibus flexis, manibus erectis, toto intentum animo, tota corporis compositione [1] Regi gloriæ, Dominatori orbis, eique [2] supplex ac [3] sollicitus quasi [4] in aure ea quæ habebat in corde suo humiliter loquebatur. Ipse vero Dominus dicto monacho, prout militi videbatur, aurem benevole [5] inclinabat, ipsiusque monachi verba et vota cum tanta favoris gratia suscipiebat ut, quasi ceteris quodammodo prætermissis, soli monacho intendere videbatur. Super quo [6] miles vehementer admirans, vultumque ac statum monachi diligenter considerans, eo quod ipsum antea non vidisset, a duobus angelis, ductoribus suis, quis esset ille quem Dominus tanta familiaritatis gratia dignabatur, humiliter requisivit. Cui unus ex angelis : *Monachus quidam Savigniensis, humilis et devotus, meditationi et orationi præcipue intentus, cujus preces ita in conspectu Domini gratæ sunt et acceptæ ut in* [7] *ipsis, quasi quibusdam cœlestibus deliciis, pius ille Dominus delectetur, qui per Salomonem dixit : Deliciæ meæ sunt esse cum filiis hominum* (1).

His igitur visis et auditis, divinæ voluntatis [8] dispositione, miles ad se reversus paulatim convalescere cœpit, jam angelica [9] deductione expertus quanta sollicitudinis vigilantia pœnas inferni declinare et beata cœli gaudia debeat exoptare. In cœlesti namque gloria nihil abest, nihil obest, nihil superfluit, nihil defluit, nihil est extra quod appetatur, nihil est intra quod fastidiatur. Ibi est salus incorruptibilis, virtus invincibilis, deliciæ inæstimabiles, divitiæ interminabiles, gratissima suavitas, tutissima securitas, jucundissima puritas, splendidissima serenitas [10], bonorum universitas. Ibi est requies delectabilis, pax imperturbabilis et concordia indissolubilis. Ibi

[1] *ita M;* intentione *S.* — [2] atque. — [3] et. — [4] *ita M;* qui *S.* — [5] benevolam. — [6] quæ. — [7] *om.* — [8] (divinæ voluntatis) divina. — [9] angeli ea. — [10] sinceritas.

(1) Prov. VIII, 31.

est socialis [1] sanctorum gratia, desiderabilis dilecti præsentia et jugis in ipso et de ipso lætitia. Ibi lux veritatis, manna charitatis, gloria indeficiens et vita non moriens. Ibi est omnis ordo, omnis honor, omnis honestas, omne quod pla-
5 cet, omne quod decet, omne quod expedit, omne quod sufficit. Ibi potestas æterna, quæ non auferetur, et regnum charitatis, quod non corrumpetur. Ibi est perfecta cognitio, plena exultatio, summa dulcedo, omnis pulchritudo, æterna beatitudo, talis et [2] tanta, quantam [3] et qualem nec oculus vidit, nec
10 auris audivit, nec in cor hominis mortalis ascendit. Quam anxia vota, quam ampla habuerit desideria, quam alta protulerit suspiria [4] ad præfatam [5] perveniendi felicitatem, tanto miles sæpe dictus certius novit, quanto præfatæ beatitudinis gaudia, licet ex parte, tamen utcumque [6] experiendo [7]
15 plenius recognovit.

Sanitate igitur pristina Dei miseratione sibi restituta, disposuit in animo abbatiam Savigniensem adire, illumque monachum diligenter inquirere et reverenter visitare, cui Dominus, ipso vidente, tanti favoris clementiam pie voluit
20 exhibere. Veniens ergo Savigneium, cum Priore loqui petiit, et ab ipso conventum videndi [8] in auditorio (1) sibi concedi gratiam requisivit. Deneganti vero Priori, et hoc ipsum in domo Savigniensi sine causa valde rationabili, nisi in choro et capitulo, minime [9] fieri solere [10], miles memoratus
25 ipsi Priori revelationem præscriptam cum timore conscientiæ humiliter patefecit. Cui Prior : *Cum domum istam nunquam intraveris nec* [11] *conventum videris, sciresne monachum de quo loqueris inter alios agnoscere* [12] *?* Miles vero respondit : *Ipsum novi peroptime.* Conventum igitur, in choro existentem, in
30 auditorio coram milite convocavit, sed inter ipsos miles monachum [13] quem quæsivit minime invenit. Simili modo coram

[1] sociabilis. — [2] ac. — [3] tantam. — [4] *add.* et *S.* — [5] *ita M;* perfectam *S.* — [6] utrumque. — [7] expectando. — [8] videre. — [9] *om.* — [10] s. f. — [11] ut. — [12] cognoscere. — [13] *om.*

(1) In auditorio : « Dans le parloir des religieux ; c'est le lieu où l'on s'assemble pour le travail et pour demander en peu de paroles quelque chose nécessaire. » *S* fol. 149.

ipso infirmis etiam monachis ex [1] infirmitorio Prioris præcepto convenientibus, quem desiderabat, minime repertus est. Reminiscens igitur Prior B. Petri et religiosæ conversationis ejus [2], ipsum abesse comperit [3] cum se ceteri præsentarent. Jam enim abstinentiæ rigore diuturno nimium [4] attenuatus, senectutis incommodo confectus, sanctæ [5] religionis exercitiis quasi totus exsiccatus, et quodammodo viribus exhaustus [6], conventum sequi non valebat, sed, in [7] infirmitorio existens, cogitatione et aviditate pergebat in Deum [8], et, licet deorsum vergeret conditione corporea, fervente tamen spiritu semper [9] sublimiora [10] conscendere nitebatur. Unde solitudinem et secretum amavit et frequentavit, quantum permiserunt obedientia et sui Ordinis instituta, sciens quia [11] turba habet strepitum, sed visio Dei desiderat secretum. Damnosum namque bonis moribus esse solet in turba sæpius residere, eo quod facilius transitur ad plures. Unde Sapiens: *Secretum claustri vel solitudinis diligat, qui vult vivere innocenter*. Et rursum : *Labor et latebræ et voluntaria paupertas, hæc sunt monachorum insignia, hæc vitam solent nobilitare monasticam* (1). Vocatur igitur a Priore beatus Petrus [12] et adfuit sine mora, sui corporis imbecillitatem baculo sustentans, prout mos senibus esse solet. Visus est a milite et agnitus ab eo, quod videlicet ipse est quem quæsivit [13]. Unde continuo procidens [14] ad pedes ejus, cum magna mentis devotione dixit : *Benedictus Deus! Quod desideravi jam reperi. Tu es ille monachus, quem juxta thronum Dei feliciter vidi; cujus orationes Dominus acceptavit, cui tam dignanter tanta majestas aurem inclinavit ut ceteris minime videretur intendere* [15]. Beatus igitur Petrus, cum nimio stupore militem erigens [16], statim ab ipso recedere voluit; sed pro [17] Prioris reverentia

[1] *ita videtur legendum in S pro* et ; in *M*. — [2] ipsius. — [3] adesse compulit. — [4] *ita M;* nimirum *S*. — [5] sacræ. — [6] *ita M;* exhaustis *S*. — [7] *add. ex M ; om. S*. — [8] Dominum. — [9] *add.* et. — [10] sublimia. — [11] sciensque. — [12] *om.* — [13] quæsierit. — [14] *ita M ;* procedens *S*.. — [15] i. m. v. — [16] exurgens. — [17] *om.*

(1) Auctor Hist. Congr. Sav. qui hanc Vitam fere totidem verbis gallice reddit, indicat hic *Prov. XXII*. Forsan hic sub nomine *Sapientis* laudatur aliquis scriptor qui librum Proverbiorum disciplinæ monasticæ accommodavit. Certe verba hic citata habes ap. S. Bern., *De mor. et off. episc.* (P. L., t. CLXXXIII, p. 853).

remanens, audita a milite beata visione, gaudens in Domino continuo recessit. Et quoniam [1] vanitates falsosque favores hominum [2] præcipue declinabat, militem rogavit ne cui diceret se de ipso tam mirabilem vidisse visionem. His igitur
5 transactis, miles, prout vere debuit, ædificatus, ad propria remeavit.

Cap. 12. De bono orationis et commendatione ejusdem.

Pensemus igitur [3], fratres charissimi, quantum sit orationis bonum, quale vero sit monachale officium. Nam, sicut
10 dicit Sanctus [4] : *Omnis monachi finis atque perfectio ad jugem et indiruptam* [5] *orationis perseverantiam tendit, quantumque humanæ fragilitati conceditur, ad immobilem mentis tranquillitatem ac perpetuam nititur* [6] *puritatem.* Propter hanc tam corporis labores quam spiritus contritiones indefesse quæri-
15 mus et jugiter exercemus. Virtutum namque structura [7], nisi orationis culmine fuerit colligata, nullo modo firma [8] poterit vel stabilis permanere. Idcirco apostolus (1) : *Sine intermissione orate,* et Sanctus : *In omni actione vi orationis plus fidite quam propriæ industriæ vel labori* (2). *Credimus enim sanctos*
20 *angelos astare orantibus* [9], *offerre Deo preces et vota hominum : ubi tamen absque ira et disceptatione levari puras manus perspexerunt.* Quapropter, ut eo fervore ac puritate quæ [10] convenit emitti possit oratio, in primis vitia omnia extrudi debent penitus et abscindi; deinde profundæ humilitatis jacienda
25 sunt inconcussa fundamenta [11]; postmodum a discursu et evagatione lubrica animus cohibendus. Nam, juxta Augustinum : *Oratio pura quasi quædam persona ad Deum* [12] *intrat et apud* [13] *ipsum* [14] *mandatum peragit, quo caro infirma pervenire nequit.* Nil igitur [15] aliud cogitare debet homo intrans ad
30 orationem quam quod accessurus est ad civitatem [16] illam

[1] quum. — [2] hom. fav. — [3] ergo. — [4] *add. hic aliquot puncta in M.* — [5] indisruptam. — [6] mentis. — [7] Scriptura. — [8] *om.* — [9] orationibus. — [10] qua. — [11] fundamina. — [12] Dominum. — [13] *ita M ;* ad *S.* — [14] Christum. — [15] (Nil igitur) Nihil. — [16] mansionem.

(1) I Thess. v, 7. — (2) Hæc rursus legere est ap. S. Bern., *De Consid.*, IV, 4.

cœlestem in qua Rex regum stellato sedet solio, circumdante innumerabili et ineffabili beatorum spirituum exercitu. Quanta igitur [1] cum reverentia, quanto tremore, quanta humilitate illuc [2] accedere debet a lacu miseriæ et luto fæcis vilis ranunculus procedens et repens? Valde siquidem tremebundus ac supplex, valde humilis ac sollicitus, et toto intentus animo majestati gloriæ in conspectu angelorum, in concilio sanctorum et congregatione assistere debet homuncio vilis. In cunctis igitur actionibus bonis multa opus est vigilantia, sed præcipue in oratione. Licet enim semper videamur [3] a Deo, maxime vero [4] in oratione nos ei præsentamus et quasi facie ad faciem ostendimus, cum ipso loquentes quasi cum domino, vel cum amico, vel cum sponso nostro. Ceterum [5] quamvis ubique sit Deus, in cœlo tamen orandus est, ibique orationis tempore cogitandus, secundum illud : *Pater noster, qui es in cœlis* [6]. Cœlum enim quadam prærogativa sedes sive thronus Dei vocatur, quia [7] ad eam comparationem qua Deum in cœlis vident electorum animæ et angeli sancti, nos miseri, nos mortales et peregrini super terram, vix solum nomen habere valemus [8]. Purissimæ siquidem orationis status nullius imaginis occupatur intuitu, nulla verborum prosecutione distinguitur [9], sed ignita mentis intentione, per ineffabilem mentis excessum, inexplicabili spiritus alacritate profertur. Cum vero scriptum sit : *Oratio est pius animi affectus in Deum* (1), qui, ne pigritetur, erumpit in vocem; largiori tamen ipsius acceptione vocis, prout dicit Rabanus, non solum vocis affectus sunt orationes, sed et omnia bona [10] quæ agimus : quidquid enim [11] cum timore et amore Dei agitur, oratio est et odor suavitatis Domino. Diligamus ergo, fratres, totis animæ [12] medullis orationis assiduitatem : magnus namque est ipsius [13] fructus et magna virtus ejus [14]; si tamen devotus, honestus et humilis animus existat orantis. Vere mul-

[1] ergo. — [2] illuc humilitate. — [3] videantur. — [4] tamen. — [5] Etenim. — [6] et cet. *add.* — [7] *om.* — [8] videmur. — [9] *om.* — [10] *om.* — [11] etiam. — [12] *om.* — [13] *add. ex M; om. S.* — [14] ejus virtus.

(1) Cfr. in App. ad Op. S. August., *De spiritu et anima*, cap. L (Migne, P. L., t. XL, p. 816).

tum valet deprecatio justi assidua (1). Unde Dominus loquitur discipulis [1] in Evangelio (2) : *Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.* De beato siquidem Martino scribitur quod tempore perfidiæ arianæ et immanissimæ persecutionis
5 tantum profuit Ecclesiæ [2] oratio Martini quantum disputatio Hilarii.

Cap. 13. De panniculis cauteriorum quos abluere solebat, et duplici miraculo.

Beatus igitur Petrus omnem celsitudinis terrenæ prærogativam quasi pestem fugiens, ad humilitatis suæ nutrimentum
10 vilioribus exercitiis [3], quæ ceteri nonnunquam abominari solent, se [4], prout potuit, modis licitis studuit occupare. Unde a prælatis suis petiit et obtinuit ut sibi [5] officium imponeretur abluendi panniculos illos seu [6] viles cincios,
15 quibus frequenter utuntur monachi pro infirmitatibus quæ a vulgo cauteria nuncupantur [7]. Cum igitur dictum opus in humilitate cordis et corporis diutius ageret, dæmonis invidi machinatione maligna, qui bonorum actibus insidiari non cessat, vice quadam [8] vir sanctus hinc pannos solidos
20 et fœtentes ac sanie [9] infectos, illinc ablutionum sordes spurcissimas et graves ad videndum considerare cœpit, dictamque corruptionis venenosæ [10] infectionem [11] in tantum exhorruit, et tantam exinde abominationem concepit, ut se a vomitu vix cohibere posset [12], et aliquantulum incipe-
25 ret infirmari. Hujus igitur [13] tentationis violentia fere superatus, succumbere cœpit et animo pertractare qualiter a præfato tam abominabili absolvi officio a prælatis suis posset obtinere. Quoniam vero fidelis est Dominus [14], qui suos tentari non permittit ultra id quod possunt, sed facit benignum cum ten-
30 tatione proventum (3), cor servi sui suæ gratiæ radiosa luce

[1] disc. loq. — [2] *add.* Dei. — [3] ex. vil. — [4] *ita M ;* sed *S.* — [5] sibi ut. — [6] sive. — [7] nominantur. — [8] dictus *add.* — [9] sane. — [10] venenosa. — [11] infectione plena. — [12] p. cohib. — [13] *om.* — [14] Deus.

(1) Jac. v, 16. — (2) Jo. xvi, 23. — (3) I Cor. x, 13.

perfudit, tortuosi serpentis flexuosas fraudes detexit. Sicque B. Petrus in se rediens et ex intimis visceribus lacrimosos singultus emittens [1], cogitare cœpit cum anxietate vehementi quantas et quales pro prædicto reatu a seipso pœnas expeteret. Accipiens igitur in spiritu ferventi vas abominabilibus et 5 fœtentibus lavaturis repletum, ori suo applicavit, et magnam portionem, quasi potum optimum, cum aviditate celeriter hausit. Quidquid vero residuum fuit, tanquam vir fide ac devotione totus incensus, super caput proprium effudit; ita quod per collum ad extrema ipsius membra [2] ipsarum ablu- 10 tionum fœtor et sanies undique diffluebant. Mira res et bonorum mentibus memoriter commendanda! Nam pius Dominus qui, Elisæo petente, Eliæ spiritum in ipso duplicavit, circa B. Petrum duo miracula in facto præfato misericorditer germinavit : ipsum enim ab infectione tabis 15 fœdissimæ [3] ac virulentæ penitus conservavit illæsum, et nihilominus ita ad plenum ab ipso omnem abstersit abominationem, ut non solum dictum non horreret implere officium, sed inæstimabili dulcedine et odore spirituali sæpissime perfunderetur et feliciter recrearetur, dum sibi 20 sæpe dictum opus licuit exercere. Fratres charissimi, tam beata sanctorum exempla diligenter attendamus, et pro Christi nomine sublimia fugientes, libenti animo vilibus insistamus exercitiis. Mentibus nostris Deo placitam humilitatis [4] virtutem imprimunt [5], nutriunt atque custodiunt. 25 Cum igitur abjecta nobis a superioribus imperantur vel a confessoribus imponuntur, non refugiamus, non murmuremus, non indignemur. Difficile namque, immo impossibile est ut præsentibus et futuris quis fruatur honoribus, vel in utroque seculo sit primus, ut in cœlo et in terra appareat 30 gloriosus. Virtutum siquidem bonum quoddam ac stabile fundamentum humilitas est; quæ si nutet, ceterarum congregatio non immunis [6] est. Nunquam enim ab hoste antiquo facilius devincimur, quam cum eum superbiendo sequimur;

[1] (in-emittens) *om.* — [2] umbra. — [3] talis infectionis fœtissimæ. — [4] humilitatem. — [5] imprimant. — [6] nisi unius.

nec vehementius eum prosternimus, quam cum humilitate Dominum imitamur.

Cap. 14. Quod habuit gratiam lacrimarum.

Quantas autem habuerit B. Petrus Spiritus sancti visita-
5 tiones, quantas internas consolationes, quam jucundas mentis refectiones in gaudio ineffabili et mentis excessu, tanto certius liquere potest quanto amplius abundaverit in gratia lacrimarum. Erat enim in hoc quodammodo alter Arsenius, de quo legitur quod pannum habebat in sinu
10 propter lacrimas quæ ob desiderium vitæ æternæ crebro cadebant ex oculis ejus. Ipsa [1] vero Veritas ait, quæ, sicut [2] falli non potest, ita fallere non novit : *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.* (1). Et rursus Psalmista : *Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ*
15 *lætificaverunt animam meam* (2). Unde Dominus regi Ezechiæ: *Audivi orationem tuam, et vidi lacrimam tuam* (3). Idcirco de lacrimarum commendatione Hieronymus: *O lacrima! tua est potentia, tuum regnum. Tribunal Judicis non vereris; amicorum tuorum accusatoribus silentium imponis; sententiam ab ore*
20 *Judicis quandoque rapis. Non est qui te vetat accedere; si sola intras, nunquam sola seu vacua redis. Quid plura? Vincis Invincibilem, ligas Omnipotentem* (4). Lavemus igitur [3], fratres, per singula peccata conscientiæ lectum, lacrimis pœnitentiæ mentis stratum irrigantes; sint nobis lacrimæ panes conso-
25 lationis die ac nocte, quia oratio lenit Dominum, sed lacrima cogit eum.

Cap. 15. De transitu ejus.

Cum tempus jam illud appropinquaret quo B. Petrus migraturus esset de mundo, B. Hamo, qui eidem fortiori
30 charitatis vinculo astringebatur, accessit ad eum, hujusmodi

[1] Ipse. — [2] sicuti. — [3] ergo.

(1) Matth. v, 4. — (2) Ps. xciii, 19. — (3) Is. xxviii, 5. — (4) Hieron. in h. l.

verba lacrimosa devotione subjungens : *Frater Petre, prout perpendo, in januis est ut de hac vita misera et mortali ad illum pium Dominum transeas quem quæsisti, quem semper optasti. Nunc igitur, propter illam nimiam charitatem qua nos ad invicem in Christo dilexerimus, tria mihi negotia facias. Primum* 5 *est quod, cum in conspectu Altissimi feliciter fueris præsentatus, ipsum ex parte fratris Hamonis, servuli sui* [1] *humilis et indigni, salutabis humiliter et devote. Secundum est, quod de status tui beatitudine me, qualemcumque socium et amicum tuum, quia bonum tuum corde et animo tanquam proprium desi-* 10 *deravi, certificabis. Tertium est, quod de servitutis meæ insufficientia et indignitate, qualis reputetur in conspectu Dei, mihi de divinæ permissionis clementia nuntiabis.* Cui B. Petrus : *Licet ea quæ postulas, non sint posita in hominum* [2] *potestate, si tamen Omnipotentis annuere voluerit benignitas, faciam quod* [3] 15 *requiris.* Nec mora, citò post præfata dictus B. Petrus, fidei firmitate armatus, spei confidentia roboratus, charitatis dulcedine confortatus, sacramentis Ecclesiæ munitus, angelorum præsentia circumseptus, fratrum psallentium circumstante collegio, spiritum feliciter commendavit (1). Exequiis 20 igitur ipsius pro more celebratis [4], benedicta illa gleba corporis sancti a fratribus de sanctitate sua majora præsumentibus, non in communi cœmeterio monachorum, sed in loco apto atque signato, devote, prout debuit, traditur sepulturæ (2).

[1] *codd.* tui. — [2] hominis. — [3] quid. — [4] *ita M ;* celebrantes *S.*

(1) Quo anno B. Petrus obierit, incertum est, nec ipsa certa dies. Quæ tamen videtur probabilius fuisse 24 decembris, B. Petro colendo assignata in Menol. Cisterciensi ceterisque martyrologiis. Annus obitus videtur fuisse 1172 aut circa, ex Historia. Congr. Saviniac., l. VI, c. 16 (fol. 413). Cfr. Seguin, *Sanct. Ord. Cist.*, l. III, c. 6 ; Henriquez in notis ad Menologium Cisterciense, XXIV dec. ; Angel. Manriquez, *Annales Cistercienses*, t. III, cc. 6, 15 et t. IV, c. 5 (citatos ab Arturo du Moustier, quem vide, *Neustria sancta*, fol. 350). — (2) In veteri ecclesia lignea a B. Vitali condita atque a B. Gaufrido perfecta et dedicata anno 1123, quæ paulo post depositionem B. Petri ex parte corruit (1173). Inde corpus ejus, cum ceteris Saviniacensium Sanctorum corporibus, translatum est, primum in ipsam capellam B. Catharinæ, anno 1182, ac demum in ecclesiam majorem ex integro reædificatam, anno 1243. Cfr. *Act. SS.*, t. VIII Oct., p. 1007 sq. et *Lib. de miraculis SS. Savig.* in Rer. Gallic. et Francic. scriptt. *(Recueil des histor. des Gaules et de la France*, t. XXIII, p. 587-605).

Nec spe sua in hac parte fraudari permisit Dominus Fratres Savignienses, neque diu suspendi animis hæsitando. Nam cum B. Hamo, oculis ac manibus suis pro more suo in cœlum intentus, in capella B. Catharinæ orationi devote ac 5 ferventer incumberet, subito tanta lux cœlestis desuper irradians totum locum illustravit, ut oculos carnales in ipsum defigere, sed nec vix brevissime jactitare sufficeret [1]. In cujus medio B. Petrum claritate inenarrabili splendidum vidit et agnovit. Ex ipsa visione vehementer in Domino confortatus, 10 ipsum igitur [2] benigne allocutus est, dicens: *Benedicite.* Beatus vero Petrus benigne respondit : *Dominus.* Cui B. Hamo : *Tu es frater meus et specialis amicus, Petrus Abrincensis?* Et ipse : *Vere ego sum. Clementissimus Dominus misit me huc ad te consolandum et satisfaciendum desiderio tuo. In primis,* 15 *scias quod tibi salutem mandat qui mandat salutem Jacob. Item, de statu tuo certissimum scias quod cœlestis paterfamilias, qui in cœlo præparat mansiones, mansionibus parando mansores* [3], *in splendoribus sanctorum satis majorem quam mihi suæ miserationis clementia tibi gloriam præparavit.* Tunc B. Hamo : 20 *Tibi, Domine Jesu Christe, laus et honor in secula seculorum* [4]*! De tertio, frater Petre, non opus est ut mihi respondeas : nam jam nunc perpendo quod bene tibi est* [5], *fide oculata.* Cui B. Petrus : *Verum est,* inquit. *Benedictus Deus et Pater misericordiarum, qui non derelinquit sperantes in se.* Tunc B. Hamo : 25 *Dic mihi, charissime, quomodo et quare tantæ claritatis beneficium in cœlesti gloria assecutus es, quali te mirifice præfulgere perspicio?* Tunc ille : *Quantam conscientiæ teneritudinem semper in religione habuerim, notius scit Deus, quem nullum latet absconditum, et tu ipse nosti ex parte; nam non solum* 30 *mortale, sed nec etiam notabile veniale aliquatenus portare potui, punctiones ac morsiones non sustinens conscientiæ timoratæ, quin in* [6] *continenti ad remedium sanctæ confessionis recurrerem. Quapropter tibi aliisque confessoribus præ nimia, uti reputabatur* [7], *confessionis frequentia non modicum sæpius* 35 *extiti onerosus. Pro serenitate igitur ac securitate mentis, quam*

[1] sustineret. — [2] *om.* — [3] mensores. — [4] sempiterna. — [5] est tibi. — [6] ex. — [7] putabatur.

semper, ex quo religionem intravi, ferventer desiderare non desii, tantæ gloriam claritatis, divina gratia opitulante, promerui et accepi. Quibus dictis, B. Hamoni valefacto, S. Petrus disparuit et ad cœlestia rediit, ubi cum Christo regnat in æternum. Fratres charissimi, talibus sanctorum exemplis patrum sollicite intendamus, confessionis bonum fideliter frequentemus. Nam janua veniæ, confessio culpæ. De confessione siquidem præcipua et prima procedit animæ pulchritudo. Unde Psalmista (1) : *Confessionem* culpæ primo, *ac* postea *decorem* gratiæ *induisti;* demum in [1] gloria *amictus lumine sicut vestimento. (Desunt duo capita in ms. origin.* [2]*)* (2).

Explicit vita B. Petri Abrincensis, monachi Savigniensis.

VITA B. HAMONIS

MONACHI CŒNOBII SAVINIACENSIS

EX COD. LONDINENSI COTTONIANO

COLLATO CUM ALIIS (3).

[EX COD. COTTON. ET AL.]

Incipit prologus in vita Hamonis monachi, magnæ sanctitatis viri [3].

Præclarissimorum [4] virorum exempla memoriæ commendare, quamplurimum noscitur humilitatis conferre. Cum enim eorum vita et actus cognoscitur [5], et parvulorum imbecillitati plerumque vires tribuuntur, et devoti devotiores et alacriores in Dei opere [6] efficiuntur [7], et [8] nutantes in fide solidiores redduntur [9]. Quis enim tam saxeus existat,

[1] *om.* — [2] (Desunt-orig.) *om. M.* — [3] beati Haimonis m. Savigniacensis *R;* in vitam b. Haymonis m. S. *A* ; sti Hamonis m. Savigneii *B et S;* beati Hamonis m. de Savigniaco *F.* — [4] cordatissimorum *S.* — [5] noscuntur *S.* — [6] et alacriores in Dei opere *deest in R, A, F;* in D. opere et alacriores *B, S.* — [7] redduntur in *R, A, F.* — [8] *deest in F, A.* — [9] efficiuntur *R, A, F.*

(1) Ps. CIII, 1. — (2) In quibus procul dubio agebatur de beati viri translatione, miraculis et cultu. — (3) Cfr. Præfationem nostram, supra.

[EX COD. COTTON. ET AL.]

cujus cor, auditis eorum virtutibus, non contremiscat? Aut quis bonis operibus non gaudeat occupari, dum, eorum exemplis edoctus, viam ad regnum cœleste talibus cognoscit aperiri? Ipsi enim quasi quædam magna luminaria in hoc mundi
5 salo [1] sunt positi, quorum lumine inter tenebras fluctusque tumescentes [2] navigantium lintris portum valeat illæsa [3] adipisci. Sicut enim nautæ, ponti cærula sulcantes, attendunt siderum cursum [4], ut optatum valeant attingere portum dirasque Charybdis [5] vertigines devitare, sic necesse est
10 nobis, si recto tramite ad patriam volumus venire, semper patrum præcedentium actus et exempla sollicite ante mentis oculos ponere, et illorum [6] vestigia vigilanti operum executione resculpere. Ipsis enim viam universæ carnis ingredientibus, sic eorum vitam cognoscimus. Unde in lege scri-
15 tum est : *Si, ambulans per viam, in arbore vel in terra nidum inveneris, et matrem pullis vel ovis incubantem, non tenebis eam cum filiis, sed abire patieris, captos tenens filios; ut bene sit tibi et longo vivas tempore* (1). Per viam enim ambulamus, cum san-
20 ctam Scripturam legimus; nidum vero avis invenimus, cum ibi vitam sanctorum cognoscimus. Sed avem permittimus abire, quia sancti ad cœlestia sublevantur, deposito carnis onere. Verumtamen pullos captos detinemus, quia eorum vitam et actus
25 ad bene vivendum in Scripturis inserta habemus. Quibus si inhæremus, bene nobis est longoque tempore vivimus; quia vitia quæ mala ingerunt calcamus, et virtutibus insistimus; carnisque sarcina deposita, feliciter coronati, sine fine in
30 cœlis vitam habebimus. Unde pauca quæ [7] de quodam spirituali [8] Savigniensis [9] Ecclesiæ monacho relatione vestra, Pater sancte, qui hæc ab eo

[1] solo *S.* — [2] intumescentes *S.* — [3] (val. ill.) illæsa val. *R, F, S;* illæsa valeant *A;* illæse valeat *B.* — [4] cursus *S.* — [5] *cod.* Carypdis; Cariptis veragines *F.* — [6] illorumque *S.* — [7] quæ *om. rel.* — [8] spirituali *om. S.* — [9] Savigñ *S et sic deinceps vel solum* Savig.; Savignensis *B.*

(1) Deut. xxii, 6, 7.

[EX COD. COTTON. ET AL.]

extorsistis, cognoscere potuimus, rogatu vestro ad utilitatem audientium, qualicumque sermone, paginæ inserere [1] curavimus; obsecrantes Domini misericordiam ut, pro hoc nobis mercedem quam optamus rependat, et cum sanctis omnibus ad sui visio- 5 nem perducat.

Explicit prologus.

Incipit vita [2].

1. Vir itaque iste de quo loqui suscepimus, in minori Britannia oriundus fuit, in villa quæ dicitur *Landacob* (1). Hic 10 vero, genere non infimus, litteralique [3] scientia non parum [4] imbutus (2), respuens mundi pompositatem [5], in prædicto [6] cœnobio sanctæ religionis habitum suscepit. Cum autem in domo novitiorum ipse novitius [7] degeret, divinæ Scripturæ insistebat, sententias perutiles memoriæ 15 armariolo reponebat. Hæc autem faciens, judicabat se talem qui adhuc multis prodesse posset et prælationis apicem dignus esset obtinere. Hoc desiderio ardens, Scripturæ vacabat; nec talem intentionem sinistram esse, adhuc neophytus, adverte- 20 bat. Sed Dominus, sciens quid unicuique expediat, non diu eum tali ardore fatigari permisit, hancque

[1] insere paginæ *S.* — [2] Incipit vita scti Hamonis monachi Savigniensis cœnobii *F.* — [3] litterali quoque *A*; liberalique *S.* — [4] (n. p.) convenienter *rel.* — [5] prosperitatem *S.* — [6] Savigniacensi *R, A, S*; Savigniensi *F, B.* — [7] *om. R, A, F.*

(1) Ita etiam scribitur hoc nomen in monum. hist. aliis; at *Lendecop*, in Chron. Rob. de Torig., ad annum 1174 (edit. Delisle, t. II, p. 48); *Landacop*, ibid. et in charta Guidonis Lavallensis, an. 1159 *(Hist. de la Congr. de Savigny*, fol. 569); *Landachop*, in charta Rob. de Vitreio, an. 1160 (ibid., fol. 571) et in Chron. Saviniac. (Baluze, *Miscell.* I, p. 327). Vicus est nunc parochiæ *Saint-Etienne en Coglais*, diœcesis Redonensis, (prope *Fougères, Ille-et-Vilaine)*. — (2) De doctrina et scriptis B. Hamonis magna locuti sunt Cisterciensis Ordinis annalistæ; ex quibus docemur opera sancti viri duodecim voluminibus constantia in Saviniacensi diu bibliotheca conservata fuisse *(Hist. litt. de la France*, t. XIII, p. 592). Unum tantum superstes, cui titulus erat: *Expositio Haymonis in Isaiam*, vidisse se testatur B. de Montfaucon *(Bibl. bibl. mss.*, t. II, p. 1342; sed nec ipsum putandus esse invenisse in suo cœnobio D. C. A., Saviniacensis, ut videtur prior, quo tempore scripsit historiam Congregationis suæ *(Hist. de la Congr. de Sav.*, fol. 155).

[EX COD. COTTON. ET AL.]

scabiem, injecto tribulationis cauterio, ab ejus mente erasit. Fama etenim [1] cœpit quod ipse leprosus esset evolare, et in ore interiorum et exteriorum crebrescere [2]. Cumque jam aliquamdiu [3] per multorum volitas-
5 set ora, tandem hæc [4] de eo fama ad ipsum est delata. Quid faceret miles Christi? Quo novus agonitheta [5] se verteret? Seculum non est sententiæ [6] quod deseruerat repetere : monachatus habitum, multis talem invalitudinem abominantibus (1), non licet accipere. Invenit itaque [7] satis salubre
10 consilium, et ad humilitatem conservandam [8] nimis [9] idoneum [10]. Erant in eadem abbatia duo monachi lepra obsessi, in domo talibus infirmis deputata seorsum separati. Cum his itaque [11] ut mitteretur expetiit [12], petitionisque [13] effectum [14] accepit. Quod adeptus, cœpit ab pristino
15 prælationis ardore mens ejus frigescere; cœpit ad sui cognitionem [15] verius redire [16], cœpit cordis anchoram ad Deum purius convertere [17], cœpit corpus spiritui subjicere [18]. Orationi siquidem instabat, corpus inedia macerabat [19], os ab inutili et superfluo verbo custodiebat, silentio,
20 quod justitiæ cultus est, studebat; leprosis cum quibus degebat, sedulo serviebat; pedorem [20] eorum minime execrans, eorum pedes aliquoties abluebat, sacris vigiliis et psalmis invigilabat [21]. Nam sæpius cum illi sopori membra dedissent, secrete [22] egrediebatur, et [23] in capella quæ juxta erat orationi
25 prosternebatur. Audiant segnes et desidiosi, audiant inertes et tepidi, audiant et erubescant, et hoc audito torporem [24] a se procul abigant : scientes procul dubio quia [25] non dor-

[1] *om. rel.* — [2] crebescere *S.* — [3] aliquantulum *S.* — [4] hoc *R, F.* — [5] agonista *R, A.* — [6] non est s. *om. rel.* — [7] (monachatus-itaque) *reliqui sic :* contra propositum suum erat : in monachum promoveri consuetudo monasterii (mon. cons. *S*) non sinebat (permittebat *A*). In hoc animi æstu. — [8] comparandam *A, S.* — [9] satis *A, F.* — [10] cœlitus insinuatum est *add. rel.* — [11] (Cum his it.) in quorum obsequium *rel.* — [12] voluit *rel.* — [13] voluntatisque *rel.* — [14] affectum *S.* — [15] ad c. s. *S, B.* — [16] *add.* et *B.* — [17] purius ad D. convertere *B ;* converte *F.* — [18] subicere *B ;* subjacere *S.* — [19] *add.* et *B.* — [20] *ita etiam R, F ;* fœdorem *B ;* fœtorem *S.* — [21] insistebat *rel.* — [22] secreto *S* — [23] *om. F.* — [24] teporem *R, A, F.* — [25] quod *A, S.*

(1) De statu leprosorum his temporibus cfr. *Hist. du Prieuré du Mont-aux-Malades-lès-Rouen, par l'abbé Langlois*, cap. V, p. 107-127.

[EX COD. COTTON. ET AL.]

mientibus et desidiosis, sed mandata Dei strenue adimplentibus, beatitudo cœlestis ingeritur [1]. Cum enim [2] genuum flexione lacesseret [3], corpusque pene deficeret [4], vestimenta ponebat [5], nudusque [6] persistens, fatiscentes [7] artus spiritui servire cogebat. Cum autem tali operi intentus [8], aliquanto 5 tempore cum leprosis permansisset, nullumque in eo [9] infirmitatis signum famæ quæ de eo ferebatur responderet, Dominus ad illius [10] compassionem monachorum corda inflexit, et [11] domo illa [12] abstractus, monachatum [13] quem valde desiderabat suscepit. Dehinc parvo tempore interjecto, 10 ad subdiaconatus et diaconatus gradum uno die [14] promovetur (1): et qui abjectionem tantam humiliter [15] pertulerat, visitari Domini gratia [16] incipit. Nam non multo [17] post evoluto tempore, ad sacerdotii gradum, licet tremebundus, provectus est, ipsaque [18] ordinatione sua tanta ejus men- 15 tem Spiritus abundantia replevit, quod [19] ei multoties oblivionem ciborum immitteret corporalium [20], nihilque [21] quod carnem delectat [22], ipso teste, ei [23] dulce [24] saperet. Edebat tamen, utpote homo, sed [25] ad subsidium vitæ [26], non ad desiderium gulæ. 20

2. Hoc autem in eo erat admirabile, quod tantam, Spiritus sancti munere, discretionis [27] gratiam accepit, quod vix aliquem videret quem crimen capitale involveret, qui ejus perspicaciam subterfugere valeret [28]. Unde et multos [29] a nefariis sceleribus ereptos ad 25 tramitem confessionis reduxit, cophinumque stercoris (id est humilitatem pœnitentiæ) ad cordis radicem ponens [30],

[1] promittitur *rel.* — [2] *om. S.* — [3] lassesceret *F, B.* — [4] c. p. d. *om. S.* — [5] deponebat *rel.* — [6] expeditusque *rel.* — [7] fatiscendo *S.* — [8] tali operum tentus *F.* — [9] in eo *om. R, A, F.* — [10] *om. S, B.* — [11] *add.* de *S, B.* — [12] ista *S.* — [13] habitum monachatus *S, B.* — [14] uno in die *F;* uno in tempore *B.* — [15] *om. S.* — [16] g. D. *S.* — [17] ullo *S.* — [18] *add.* die in *S; add.* in *rel.* — [19] ut *rel.* — [20] temporalium *S, B.* — [21] illudque *rel.* — [22] *add.* in aliis *rel.* — [23] *om. S, B.* — [24] nil dulce *rel.* (dulce nil *S, B*). — [25] *om. S.* — [26] naturæ *S, B.* — [27] *ita videtur legendum pro* dilectionis *cod.* — [28] (Hoc-valeret) *ita rel.:* Testati sunt autem aliqui qui ejus familiaritatem assecuti sunt quod in nonnullis crimen capitale ipsis celantibus deprehenderit) (autem *om. S;* fam. ej. *S, B;* deprehendit *S, B*). — [29] plures *rel.* — [30] poliens *B.*

(1) Legum canonicarum negligentia gravis et notanda, nisi hoc factum fuerit dispensante episcopo. Cfr. Vitam S. Norberti *(Act. SS.,* t. I Junii, p. 824, Annot. *a).*

[EX COD. COTTON. ET AL.]

Deo fructificare perdocuit. Reges [1] siquidem [2] et seculi [3] potentes ei deferebant; et in tanta veneratione est habitus ab eis, quod ei secreta cordium suorum secure [4] revelabant, ejusque consilio, evulsis mortiferis vitiorum ruderi-
5 bus, sanitatis notitiam recipiebant, multaque [5] bona faciebant. Omnibus enim quæ saluti congruebant intimabat, eorumque erratis, ut quibusdam moris est, adulatione minime palpabat; sed, voce libera, ut congrue videbat unicuique, redarguebat. Illi
10 autem minime eum aspernabantur : sed ejus correptionem amoris brachiis amplexabantur, tantamque in eis humilitatem inveniebat, quod, eorum comparatione, de quorumdam religiosorum pertinacia conqueri solebat.
15 3. Hic vero, vita monachus, sacerdos officio, cum in offerendo [6] sacræ victimæ hostiam sæpissime immanitate suorum præteritorum criminum [7] vehementius [8] terreretur (secularis enim et valde carnalis fuerat) et quod omnium est vita pure agentium, sacri altaris ministerium,
20 ne sibi mors æterna fieret formidaret, ita etiam ut membris trementibus quoties agebat ad sacrificia accederet [9]; Domino miserante, unde timebat incurrere offensionis culpam, inde a bono Deo [10], benigno [11] Jesu, stupendam nimis et admirandam divinæ miserationis accepit confiden-
25 tiam. Nam die quodam [12], cum sacra agens [13] officia ad illa terrifica [14] sacri canonis veniret verba [15] in quibus specialiter virtus habetur, scilicet [16] : *Qui pridie quam pateretur, accepit panem,* [17] accepto pane, respiciens [18] sursum, vidit cœlos apertos et Jesum stantem conversa [19] ad Orientem facie [20], et

[1] Viri *rel.* — [2] *add.* nobiles *rel.* — [3] *add.* hujus *rel.* — [4] *om. B.* — [5] multa *rel.* — [6] offerendæ *B.* — [7] (imman.-crim.) numerositate præteritorum delictorum s. *R, A*; num. s. p. d. *S, B*; num. p. d. *F.* — [8] vehementer *S.* — [9] (secularis-accederet) ne sacri altaris mysterium, quod pure sumentibus salutare est, illi fieret in mortem *R, A* (*pro* ne *legit* nec *F,* quod *S*; *pro* mysterium, ministerium *B*; *pro* illi fieret, ipsi faceret *S, B*). — [10] Domino *S, B.* — [11] benignissimo *S.* — [12] quadam *R, A*; tempore quodam *B.* — [13] ageret *S.* — [14] certifica *B.* — [15] verba ven. *R, A, F*; ven. *om. S.* — [16] **Hic incipit M.** — [17] *add.* et *B*; et cæt. *M, qui om.* accepto pane. — [18] aspiciens *S, B.* — [19] (conversa-corpore) *hæc verba coætanea manu in marg. cod. scripta sunt.* — [20] fac. ad Or. conv. *M.*

[EX COD. COTTON. ET AL.]

inclinato corpore [1] blande [2] eum per pietatis spiritum visitantem [3], et cor et conscientiam [4] unctione misericordiæ suæ lætificantem, exultatione inenarrabili et inæstimabili dulcedine suæ viscera animæ medullitus adimplentem. Et spiritus [5] loquebatur in eo, qui dicebat quia *Hic est Filius Dei, et tibi* 5 *sic ob tuam* [6] *consolationis gratiam dignanter apparuit* [7]. Qui dum tanta gratiæ abundantia [8] frueretur, luminis immensitate perfunderetur [9], dulcedinis suavitate reficeretur, insensibilis omnino factus, exit [10] carnem, non [11] relinquendo carnis habitaculum [12], sed [13] carnis nullum adminiculum 10 sentiens [14]; aut, sicut apostolus de se loquitur(1), *sive in corpore, sive extra corpus* nesciens. Nihil terrenum intuebatur, nihil corporeum; præsentiam ullius [15] personæ non sentiebat; calicem vel altare quibus assistebat non videbat; solus cum solo [16] jocundabatur; homo Deum, sed in 15 homine, contemplabatur [17]; sacerdos cum sacerdote epulabatur. Celebrato [18] tamen [19], denique tam amicæ congratulationis gaudio, rediit ad se qui fuerat extra se [20], semper tamen manens in se : qui non operabatur de se, quia non poterat per se. Ille enim de ipso pro benepla- 20 cito suo operabatur cujus præsentia tam mirabili potentia mirabiliter utebatur [21]. Cumque post [22] tantæ visionis magnitudinem ad se reversus oculos aperuisset, visum est ei quasi tunc diescere cœpisset [23] quamvis tunc temporis quando [24] visio ostensa est, hora tertia in conventu 25 transacta fuisset, post cujus expletionem mos est æstivo tempore missarum solemnia celebrare.

[1] capite *rel.* — [2] blanda *F.* — [3] salutantem *S.* — [4] *add.* suam *R, A, F, M.* — [5] sæpe *B.* — [6] tuæ *R, A, B, F, M; om. S.* — [7] apparere dignatus est *R, A, F, M.* — [8] abundantiæ gratia *B;* abundantia gratiæ *S;* tantæ gratiæ ubertate *M.* — [9] profunderetur *R, A, S.* — [10] exiit *A, M;* exuit *S.* — [11] nec *B.* — [12] c. n. r. h. *M.* — [13] set *B, qui semper sic.* — [14] sent. adm. *R, A, F, M.* — [15] illius *B.* — [16] suo *M.* — [17] *add.* et *B.* — [18] celebraturo *F.* — [19] *om. rel.* — [20] **Hic desinit M.** — [21] (qui-utebatur) Dei enim ipsius præsentia mirabiliter fruebatur, qui de ipso pro beneplacito suo operabatur *rel.* (pro *om. S, B*). — [22] *om. S.* — [23] (visum-cœpisset) *om. S, B ; legitur post* fuisset *in R, A, F* (ei *om. F*). — [24] (*loco* quando) quando illi hæc *R, A ;* quando hoc illi *F ;* quando hæc ei *B ;* hæc ei *S.*

(1) II Cor. XII, 2.

[EX COD. COTTON. ET AL.]

Unde adverti fas est quod [1] post illius internæ [2] lucis ac [3] summæ claritatis intuitum ad nos rediens, dierum nostrorum temporaliter labentium quantamcumque [4] claritatem ad illius comparationem quasi quamdam tene-
5 brosæ noctis imaginem existimavit [5]. Reddito itaque sibi ipso [6], sacram sacri prosequitur actionem mysterii. Veniens autem ad subsequentem [7] Dominici sanguinis consecrationem, vidit [8] dexteram super sanctum calicem porrectam, suæ manus porrigendæ vicariam, nostro more sanctifican-
10 tem [9], et prolixo [10] tractu sanctæ crucis [11] signum sacris mysteriis inferentem; vidit magnam, vidit pulchram, vidit manum gloriosam; vidit et a cubito [12] brachium super sanctum altare [13] cum manu eadem extensum. Vidit et gavisus est, et officium suum prosecutus est; et tanta peregrini odoris
15 suavitate suus uterque homo refectus est [14], ut, quotiescumque hujus miri odoris concipit [15] memoriam, toties et prælibatam vivificæ [16] redolentiæ sentit degustare se [17] præsentiam. Et hoc valde [18] admirandum [19] est atque [20] probabile, quod vir iste, immo sacerdos magnus [21], qualem se ante [22]
20 tantam visionem habuit, talem [23] se [24] sibi et fratribus reddidit [25], non attonitum, non [26] stupidum, caput sanum [27], lumen [28] pium, verbum solitum, non suspiriosum, non lacrimosum, non aperte [29] gementem, non contemplativum, non singularem, non ceteros judicantem, nemini se præfe-
25 rentem, sed semper socialem et sine querela et nota conversantem.

4. Item in eodem monasterio, sed [30] die altera [31], cum similiter divino [32] fungeretur officio, ad illa sancta [33] verba: *Supplices te rogamus, omnipotens Deus, jube hæc perferri per*

[1] quando *A.* — [2] internæ illius *A.* — [3] et *S.* — [4] quantumcumque *F.* — [5] existimaverit *S, B.* — [6] *ita codd. omnes pro* ipsi. — [7] sequentem *S.* — [8] vidi *B.* — [9] sacrificantem *B.* — [10] prolixæ *S.* — [11] s. tr. cr. *S, B.* — [12] (a cubito) subito *S.* — [13] alt. s. *S, B.* — [14] est *om. R, A, F.* — [15] conciperet *rel.* — [16] mirificæ *R, A, F.* — [17] (sentit-se) gauderet se quodammodo degustare *rel.* (*pro* degustare, gustare *S*). — [18] *om. R, A, F.* — [19] admirabile *A.* — [20] et *S.* — [21] *om. rel.* — [22] *ita R, A, B, F;* antea *S; cod. ad.* — [23] tamen *R, A, S.* — [24] *add.* deinceps *rel.* — [25] exhibuit *rel.* — [26] nec *B.* — [27] cap. san. *om. rel.* — [28] vultum *R, A.* — [29] a parte *B.* — [30] *add.* in *R, A, F.* — [31] *om. F.* — [32] **Hic rursus incipit M** : Nam die quadam cum hic Dei servus divino... — [33] (i. s.) s. i. *R, A, F;* illa sacra *S ;* illa *M.*

[EX COD. COTTON. ET AL.]

manus sancti angeli tui in sublime altare tuum [1], inclinans se juxta morem et supplicans, vidit angelicos cives [2] in circuitu altaris stantes [3], hilares et jocundos, et stolis [4] miræ pulchritudinis indutos, inter quos unus supereminens [5] apparebat, forma sublimior [6], vultu venustior, qui et [7] præ ceteris solus de altari sacram hostiam accipiebat, solus [8] sursum ferebat [9] et solus divinis aspectibus [10] præsentabat, et suæ oblationis obsequio plurimum exultans ceteris lætior apparebat [11]. Ceteri vero qui astabant in tantum illi angelo congratulabantur ac si quisque hostiam acciperet, si [12] deferret [13], si [14] præsentaret [15]. Reflexis [16] oculis sacerdos ad [17] superposita [18], reperit missa [19], sumpsit sanctificantia se [20] sanctificata [21]; et sic plenus gaudio complevit agenda [22].

5. Vir vero [23] iste dum quodam die alio [24] in missa celebranda sacris astaret altaribus [25], veniens ad illam orationem cujus principium est : *Supra* [26] *quæ propitio ac sereno vultu respicere digneris*, cum hæc verba deprompsisset : *Sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui justi* [27] *Abel, et sacrificium patriarchæ nostri Abrahæ, et quod tibi obtulit summus sacerdos tuus Melchisedech, sanctum sacrificium* [28], *immaculatam hostiam*, elevatis oculis in cœlum, vidit prædictorum [29] sanctorum tres oblationes veluti tres clarissimos radios [30] in sublime deferri [31], suamque oblationem post illorum subsequi. Quæ [32] quidem [33] minus claritatis habere [34] sibi videbatur, sed tamen a summo sacerdote gratissime [35] accipiebatur [36]. Quod autem claritate a ceteris discre-

[1] (per-tuum) *om. S, M.* — [2] angelos sanctos *R, A.* — [3] *om. M ;* astantes *F, S, B,* — [4] stola *A ;* stol. *R.* — [5] superveniens *S.* — [6] pulchrior *R, A, F.* — [7] et *om. R, A, F.* — [8] (de-solus) *om. S.* — [9] deferebat *M.* — [10] conspectibus *rel.* — [11] (et-apparebat) *add. ex rel. ; deest in cod.* — [12] *om. rel.* — [13] si deferret *M.* — [14] *om. rel.* — [15] si præsentaret *M ;* et præsentaret *S.* — [16] reflexivis *F.* — [17] *add.* altare *M.* — [18] deposita *M.* — [19] reperta *M.* — [20] *add.* et *M.* — [21] (oculis-sanctif.) ad sacram mensam oculis sacramenta reperit *R, A* (sacram mensam), *F ;* ad m. sacram oc. sacram. reperit sacerdos *S, M, B.* — [22] agenda compl. *rel.*, **et hic rursus desinit M.** — [23] *om. R, A, F.* — [24] quadam die alia *S, B.* — [25] alt. ast. *S.* — [26] Super *S.* — [27] *om. F.* — [28] (acc.-sacrif.) *om. S.* — [29] *om. R, A, F.* — [30] (clar. rad.) candidissimos flores *rel.* — [31] defferri *B.* — [32] quos *S.* — [33] quodem *S.* — [34] haberi *R.* — [35] gratiosissime *S.* — [36] suscipiebatur *rel.*

[EX COD. COTTON. ET AL.]

pare dicitur, non ad virtutem sacramenti referendum est; sed in hoc meritorum disparitatem intelligendum. Qua visione nemini est ambigendum [1] eum vehementer fuisse saginatum. Verumtamen nec gemitus nec
5 suspiria [2] edidit, quibus a ministris qui ei assistebant comperi [3] posset quod [4] aliquid [5] visionis [6] eum [7] videre [8] contigit [9]. Sic, sic [10], Christe, quos volueris recreas; sic, cum libet [11], amicorum tuorum mentes abundantia suavitatis tuæ [12] exhilaras. Potestatem siquidem habes [13] quos [14] volue-
10 ris illustrare, et gratiæ tuæ munere indeficienti eos [15] saginare. Quis hæc audiens non inflammetur [16]? Cujus [17] cor, omni dubietate deposita, in fide non solidetur? Vere etenim credimus in tanti mysterii consecratione [18] cœlos aperiri, et ab angelis sanctis munera nostra Deo præsentari [19]. Unde bea-
15 tus Gregorius (1): *Quis enim* [20], inquit, *fidelium habere dubium possit* [21], *in illa immolationis hora ad sacerdotis vocem cœlos* [22] *aperiri, in illo Christi Jesu mysterio angelorum choros adesse, summis ima sociari, terrena cœlestibus jungi, unumque* [23] *ex* [24] *visibilibus et invisibilibus fieri?*

20 6. Succedit et huic alia non inferior visio. Idem ipse [25] dum quadam die aliam [26] missam celebraret, divina meruit consolatione sublevari. Cum enim [27] dixisset hanc orationem: *Domine sancte, Pater* [28] *omnipotens, æterne* [29] *Deus, da mihi hoc sacrosanctum corpus et sanguinem Filii tui, Domini nostri Jesu*
25 *Christi, ita sumere ut merear per hoc peccatorum meorum remissionem accipere et tuo sancto Spiritu repleri,* hoc ultimum depromens [30] vidit quasi linguas igneas ante se irradiari [31], gavisusque est quod [32] precis suæ meruit effectum obtinere [33]; cui Deus, sicut et apostolis, in linguis igneis Spiritum

[1] abigendum *B.* — [2] nec susp. nec gem. *S, B.* — [3] deprehendi *rel.* — [4] quoties *A.* — [5] *om. R, A, F.* — [6] visionem *R, A, F.* — [7] ei *S, B.* — [8] vidisse *R, A, F; om. S, B.* — [9] contigerit *rel.* — [10] *om. S.* — [11] libuerit *A.* — [12] *om. R, A, F.* — [13] habens *R, A, F.* — [14] qua *S.* — [15] *om. S;* eos indef. *B.* — [16] inflammatur *S.* — [17] cui *R, A, B.* — [18] consideratione *S.* — [19] D. m. n. p. *S.* — [20] *om. B.* — [21] posset *S, B.* — [22] *om. S.* — [23] unumquemque *S.* — [24] *om. S.* — [25] Item *B.* — [26] *om. S.* — [27] *om. S, A.* — [28] *om. R, A, S.* — [29] *om. S.* — [30] deprimens *B.* — [31] radiare *rel.* — [32] tanquam *R, A, F;* quod tanquam *B, S.* — [33] (meruit effectum obt.) effectu impetrato *rel.*

(1) Dial. IV, c. 58.

[EX COD. COTTON. ET AL.]

sanctum dignatus est impertire [1]. Solus vidit, solus cognovit, astantium nullus hoc videre aut comperire promeruit. O utinam cordis palato experiremur quid dulcedinis in corde vir iste [2] habuit, cum tantæ visionis gratiam percepit! Sed solus novit qui sentit [3], solus novit qui sentiendi copiam habuit. Et quia Scriptura dicit (1) : *Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum*, nos, de ejus humilitate confidentes, audemus dicere quia immunis ab omni fictione extitit, in quo tam evidenter Spiritus sancti gratia illabi voluit. Sed inter hæc libet mentis oculos ad nos reflectere, nostramque imperfectionem suspiranti animo deplorare. Certe nos, elatione tumidi, invidia infecti, vana gloria enervati, importunis et volaticis cogitationibus denigrati, ad tantum mysterium quasi qui bonam conscientiam habeamus, præsumimus accedere, vel, ut expressius dicam, erubescimus hoc non frequentare. Accedimus, inquam, magis usu quam affectu, consuetudine quam devotione, officio quam merito. Sed væ nobis, si idem Spiritus pro nobis interpellator non extiterit! Væ nobis, si merita nostra Dominus attenderit! Væ, inquam, nobis, si gratiam suam nobis non porrexerit. *Qui enim manducat indigne, judicium sibi manducat et bibit* (2). Cujus cor tam saxeum, ut ad hæc verba non pertimescat? Cujus mens tam ferrea, ut his non emollescat? Deducant ergo oculi nostri lacrimas; fletibus emundemus conscientiæ maculas; eventilentur tortuosæ cogitationes; pravæ omnino evertantur actiones. Confiteamur peccata nostra, vitiorumque rubiginem evomamus, ne ad judicium tanto sacramento (quod sine gemitu dicere non possumus) participemus.

[1] (Cui impertire) Spiritus sancti præsentiam tali signo sibi credidit affuisse. Similis autem visionis solatio eum sæpe jocundatum fuisse, ipso referente agnitum est *rel.* (*pro* credidit, crediderit *S*). — [2] vir iste in c. *S*, *B*. — [3] sensit *rel.*

(1) Sap. I, 5. — (2) I Cor. XI, 29.

[EX COD. COTTON. ET AL.]

Invocemus seduli ejusdem Spiritus gratiam; gemitibus cordis divinam imploremus misericordiam, ut idem Spiritus, qui ubi vult spirat per quemque peccatorum remissio tribuitur, nostris cordibus 5 illabi dignetur, et, qui huic viro quomodo voluit gratiam suam impertivit, ipse nos intus recreet suæ consolatione visitationis.

7. In prædicta abbatia non solum monachi existunt [1], sed et [2] laici, quos conversos nuncupant(1), sub habitu religionis 10 Deo deserviunt. His autem monachus aliquis præficitur, qui sapientiæ doctrina et religionis prærogativa præcluere [3] cognoscitur. Horum vero magisterium aliquando idem vir gerebat, eorumque saluti sedulus invigilabat. Sed, quia scriptum est (2): *Nisi Dominus custodierit civitatem, frustra vigilat qui* 15 *custodit eam,* ipso eodem tempore quo eis præerat, plures ex illis, propositum relinquentes, ad seculum rediere, aratrique stivam quam tenere videbantur, uxorem Loth [4] imitantes, dimisere. Unde factum est ut idem vir vehementer cruciaretur [5], et intestino cordis dolore angustiaretur. Timens enim 20 ne pro peccato suo hoc accideret, ante Dei oculos [6] erubescebat; sed et hominum, ne incuriæ suæ [7] ascriberetur (imperfectionem enim suam humiliter confitebatur), judicium formidabat. Cum vero tali angore agitaretur, mensque ejus [8] zelo spirituali frigeretur [9], accidit ut missæ quæ 25 quotidie pro defunctis dicitur [10] hebdomadarius ascriberetur. Feria autem ejusdem hebdomadæ sexta [11], accessit solito sacrificium Deo offerre et pro defunctis exorare [12].

[1] existunt *om. rel.* — [2] etiam *R, B, F.* — [3] præpollere *rel.* — [4] Job. *B.* — [5] cruc. veh. *R.* — [6] oc. D. *S, B.* — [7] s. i. *R, A, F.* — [8] *suppletum ex rel.* — [9] affligeretur *A.* — [10] dic. p. def. *rel.* — [11] sext. e. h. *R, A, F.* — [12] supplicare *rel.*

(1) Non satis accuratam *conversorum* status definitionem tradit auctor. Tria personarum genera distinguebantur Saviniaci, ut et in multis aliis cœnobiis: 1° *Monachorum*, officio divino curisque spiritualibus specialius deditorum; 2° *Conversorum*, qui, sacris ordinibus nullatenus initiati, præsertim addicebantur servilibus negotiis manuumque labori (cujus tamen et ipsi monachi non omnino immunes erant); 3° *Laicorum*, qui etiam *donati* vocabantur eo quod, nullis obstricti votis et monachali habitu non induti, se tamen monasterio servituros tradiderant, ut, inibi habitantes bonisque operibus religiosorum sociati, suæ saluti securius consulerent. — (2) Ps. cxxvi, 1.

[EX COD. COTTON. ET AL.]

Verumtamen animo satagebat cognoscere ut Deus si pro suo reatu illi [1] ita discederent, quoquo modo ei dignaretur ostendere [2]. Cum ergo illud vivificum corpus ante perceptionem teneret in manibus, quasi subtilem virgam [3] oculis suis vibrari [4] vidit [5]; cujus vibratione [6] oculos suos occlusit. Oculis carneis [7] ita occlusis et cordis oculis reseratis, vidit Jesum in cruce vivum [8] pendentem, caputque [9] in dexteram partem inclinatum habentem. Vidit, inquam, vidit quasi juvenem pulcherrimum roseoque colore decoratum, et a ceteris mortalibus tanta speciositate valde discretum; et merito: de eo enim scriptum est : *Speciosus forma præ filiis hominum*. Responsumque divinitus accepit : *Si tanta pro te immeritus pertuli, justum est ut propter me laborem sustinere durum non æstimes* [10]. Statim autem tanta [11] dulcedo ejus cor intravit [12] quæ omnem angorem repelleret et veraciter pro ejus [13] dolore relevando tantam visionem sibi apparuisse crederet [14], nec pro suo [15] reatu illorum [16] contingere discessionem [17] animadverteret. Quid autem dulcedinis, sed [18] devotionis, sed [19] jocunditatis [20], sed [21] amoris acçeperit [22], nec ille enarrare nec nos valemus evolvere. Verumtamen hoc possumus astruere [23], quod quidquid corporis sensus lenit [24], quidquid [25] carni dulce sapit, in hujus refectionis [26] comparatione succumbit. Mira sunt quæ texuimus; restant miranda quæ subtexamus, ut, ex pulcherrimo narrationis ordine, quasi decentissima colorum distinctione, visionum vestem valeamus conjicere.

[1] conversi *S, B.* — [2] (ut D.-ostendere) utrum pro r. s. conversi ita d. ut D. q. m. dign. ei ost. *A*; utrum D. pro r. s. conversi ita d. q. m. dign. ei ost. *R, F* (*ubi* utrum *in marg., prius* ut). — [3] (s. v.) virgæ subtilis ictum *rel.* — [4] infligi *R, A, F*; infigi *S, B.* — [5] sensit *rel.* — [6] *add.* et tactu *R, A, F*; attactu *S, B.* — [7] carnis *F, S.* — [8] v. i. c. *rel.* — [9] que *om. B.* — [10] (Responsum-æstimes) *deest in cod.*; *add. ex rel.* — [11] sancta *S.* — [12] replevit *R, A, F*; implevit *S, B.* — [13] (quæ-ejus) ut prædictæ anxietatis languore excluso, pro suo *rel.*, *nisi quod* et *loco* ut *S.* — [14] confideret *rel.* — [15] *om. B.* — [16] conversorum *rel.* — [17] dissessionem *B*; defectum *S.* — [18] dulcedinis, sed *om. rel.* — [19] *om. rel.* — [20] juc. dev. *S, B.* — [21] et *rel.* — [22] accepit *S.* — [23] asserere *R, A, F, S.* — [24] leniter *S.* — [25] Verumtamen possumus hoc astruere quod (quicquid corporis sensus lenit, *in marg.*) quod quicquid *F.* — [26] reffectionis *B*; reflectionis *S.*

[EX COD. COTTON. ET AL.]

8. Hic idem vir venerandus aliquando pro animabus patris et matris suæ sollicitus erat, deque eorum salute aliquatenus hæsitabat. Anni autem revolutione dies advenit quo pater ejus a seculo excedens, naturæ debitum explevit [1].
5 Cum ergo, ipso die, quodam intervallo [2] ante quoddam altare orationi insisteret, et pro illius absolutione summo affectu Domino [3] supplicaret, viam quasi splendidum [4] solis radium in alto conspexit porrectam [5], hinc et inde aliqua [6] obscuritate tamen [7] circumdatam. De ipsa vero obscuritate
10 animas patris et matris suæ vidit exire, et ipsam [8] luminis viam introire [9]. Intellexit ergo, spe meliore confortatus, quia Dominus sibi hac visione ostendere dignabatur quod illi salutem, quod [10] ipse [11] desideraverat [12], consequerentur. Sicque et lætior ab oratione surrexit, et [13] hæsitationem [14]
15 quam prius habuerat, deposuit.

9. Monachis ejusdem cœnobii aliquando solemnes vigilias (1) Deo persolventibus, hic beatus intererat. Cumque propositum haberet ipso die pro absolutione animæ [15] patris sui [16] Deo [17] sacrificium offerre, cœpit animo volvere [18] an
20 singulariter vel pluraliter collectam pro eo deberet offerre [19]. Cumque hac ambiguitate suspensus teneretur, patris sui animam in alto conspexit, postque eam alias plures animas [20] comperit [21]. Qua visione eruditus, didicit plus posse prodesse bonum in commune deductum quam singulariter [22] pro uno
25 oblatum. Ex illo vero die consuetudine obtinuit [23], nisi præsens defunctus adesset, semper pluraliter ad missas [24] collectas dicere, veraciter [25] credens [26] hoc acceptabilius [27] Deum [28] habere. Quippe bonum spirituale pluribus impensum non minuitur, [29] nec ipsa largitione detrimentum aliquod perpe-

[1] solvit *rel.* — [2] q. i. ips. d. *rel.* — [3] Dominum *S.* — [4] splendidam *S.* — [5] porrectum *S; add.* et *B.* — [6] *om. rel.* — [7] tam. obs. *S.* — [8] ipsamque *S, B.* — [9] introeuntes virtute divina sursum elevari *rel.* — [10] sicut *rel.* — [11] ille *S, B.* — [12] desiderabat *F, B.* — [13] *om. S.* — [14] *om. S.* — [15] *om. R, A, S; add.* suæ *B.* — [16] *om. B.* — [17] *ita omnes; cod.* Dei. — [18] revolvere *R, A, F.* — [19] dicere deberet *rel.* — [20] et post eam animas plures alias *R, A, F.* — [21] *in cod. verbum abrasum, supplet. ex rel. codd. et apogr.* — [22] *add.* aut *S.* — [23] (cons.ob.) consuevit *rel.* — [24] ad m. pl. *rel.* — [25] nihil *rel.* — [26] hæsitans *rel.* — [27] acceptabile *S.* — [28] Dominum *S.* — [29] *add.* et *B.*

(1) " Les grandes matines " (*Hist. de la Congr. de Sav.*, fol. 166v).

[EX COD. COTTON. ET AL].

titur, sed clarius elucescere cognoscitur. Verumtamen referebat hic vere monachus quod ad plenum minime cognoverit utrum dormienti vel vigilanti hæc ei ultima visio apparuerit [1].

10 [2]. Transacto nuperrime quadragesimali tempore quo, a dictandi studio cessantes, tam sancti temporis observationi, prout Dominus largiri dignatus est, operam impendimus (1), adhuc aliquid quod resurrectioni attestetur, cujus jocundum tempus celebravimus, præmissis subnectamus. Prædictus Dei famulus sacrosancta mysteria devotissime [3] celebrans, dum illa sanctissima verba [4] depromeret, scilicet : *Unde et memores, Domine, nos servi tui* [5], *sed et plebs tua sancta, Christi Filii tui beatæ passionis* [6], factus in mentis excessu, vidit Jesum [7] quasi juvenem splendidissimum [8] in cruce pendentem [9]. Adjungens autem [10] : *Nec non et* [11] *ab inferis resurrectionis* [12], vidit [13] eumdem ab inferis cum multitudine nimia animarum summo cum gaudio exultantium venientem. Ipse autem niveo amictu [14], quasi holoserico, indutus [15] videbatur, cruxque niveo candore resplendens in ejus dextera habebatur [16]. Hoc autem viso, [17] ad se rediit [18]; sed rursum supra semetipsum raptus adhuc miranda videre meruit. Nam [19] subnectens [20] : *sed et in cœlos gloriosæ ascensionis,* rursum in extasi factus, angelorum multitudinem Domino suo in cœlestibus vidit obviam [21] venientem, ineffabilique ei cum gaudio occurrentem. Tanta autem suavitatis dulcedine his visionibus debriatus est [22], ut dicere soleat

[1] apparuit *rel.* — [2] *deest hoc capitulum totum in S.* — [3] *add. rel.* aliquando, *sed* devotissime *om. B.* — [4] (i. s. v.) v. i. s. *R, A, F, S ;* sacratissima v. *B.* — [5] (s. t.) t. s. *B.* — [6] (sed-passionis) et reliqua *R, A, F, S ;* sed et plebs tua sancti C. F. t. b. p. *B.* — [7] Christum *F, B.* — [8] *om. R, A, F, S.* — [9] Ad se autem reversus *add. rel.* — [10] *om. rel.* — [11] *om. F, B.* — [12] *add.* factus iterum in mentis excessu *R, A, F, S ;* factus iterum *B.* — [13] vidi *B.* — [14] amictus *B.* — [15] *cod.* inductus. — [16] (cruxque-habebatur) *deest in cod. ; add. ex rel.* (splendens *S*). — [17] *add. rel.* cum. — [18] rediret *rel.* — [19] (sed-Nam) atque *rel.* — [20] subnecteret *rel.* — [21] vidit D. s. i. c. obv. *R, B, F ;* vidit *om. R, A, F* (obv. i. cœl. *A*). — [22] est debr. *B.*

(1) In monasteriis igitur (saltem Saviniacensis Congregationis) a litterarum studiis cessabatur ab inita Quadragesima ad Pascha, ut pœnitentiæ operibus et orationi liberius monachi vacarent.

[EX COD. COTTON. ET AL.]

se [1] nimis fore beatum [2], si tanta dulcedinis beatitudine ei detur [3] frui in regno cœlorum. Hæc [4] non semel sed sæpenumero [5] vidit, his contemplandis sæpius admitti meruit. Cum enim ministros [6] sibi assistentes haberet de quorum 5 devotione confideret, ut sine illorum tædio in verbis præmissis immorari liceret [7], sæpiuscule in illorum depromptione [8], ut dicebat, rapiebatur, et talibus visionibus hic bonus contemplator sæpius [9] admittebatur. Unde et multum consulit [10] et probat [11] in his immorari, his considerandis 10 mentis aciem infigi [12]; quia potest contingere ut in horum [13] consideratione Spiritus sanctus animæ contemplanti [14] gratiam suam dignetur tribuere, et cordi talibus intento rorem suæ visitationis infundere. Cum [15] autem adjutores habebat de quorum devotione minus confidebat, quibusque, si 15 in his immoraretur, fastidium generare pertimescebat, tanto visionis gaudio non recreabatur, dum, ministris morem gerens, in his minime morabatur. Unde nunc mihi paucis conveniendi sunt qui tepide nulloque vel minimo fervore missarum celebrationibus adjutores existunt. Quid est, mili-20 tes Christi? quid est? Non cum alacri mentis fervore his occurritis? Quid? Vosmetipsos non sponte ingeritis? Quid? Non in Domini angelorumque præsentia assistere gaudetis? An nescitis quia horum participes sitis? Nonne sacerdos pro vobis intervenit? Sic enim dicit : *Memento, Domine,* 25 *famulorum famularumque tuarum, omniumque circumstantium.* Quare ergo non his attente assistitis, ut tanti muneris participationem habeatis? Numquid non ad hoc venistis ut Deo serviatis? Numquid non ad hoc venistis ut invicem obedientiam impendatis? Numquid non scitis quia, 30 cum ex animo non obeditur, obedientiæ fructus amittitur?

[EX SOLO COTTON.]

[1] (soleat se) se solebat *R, A;* solebat *F;* se soleat *B.* — [2] (f. b.) b. f. *R, A, F.* — [3] daretur *R, A.* — [4] Hoc *B.* — [5] sæpe *R, A, F.* — [6] multos *R, A.* — [7] immoraretur *R, A;* immorarentur *F.* **Reliqua desunt in B usque ad num. 11.** — [8] prolatione *R, A, F.* — [9] *om. R, A, F.* — [10] consulebat *R, A, F.* — [11] probabat *R, A, F.* — [12] infigere *R.* — [13] eorum *R, A.* — [14] contemplantis *F.* — [15] (Cum *etc., usque ad finem num.*) *ita rel.:* Unde, fratres, vos excitare atque vobiscum excitari desideramus, ut in missarum celebrationibus quoties ministri assistimus, devotionis nostræ fervor tædium languoris excludat. Memores simus quoniam sacerdos, dum Domino famulatum impendit, pro se atque pro nobis intervenit.

[EX SOLO COTTON.]

Ad postremum, quid vobis jam cum mundo, qui statuistis vivere Christo? Sed unde hoc vobis fastidium contingit, nisi quia minus Christum diligitis? Summa inedulitas [1]. Veraciter enim dicitur quia cito animus ab oratione solvitur et deficit qui [2] . . . . non diligit. Ecce enim quosdam videmus segniter orationi instantes; ecce plerosque videmus curiose claustrum circueuntes; et quasi quoddam solatium invenisse se credunt, cum talibus libere intendere queunt: sed tunc quasi quibusdam vinculis astricti tenentur, cum in divini officii administratione detinentur. Videas eorum vultus quasi mœstitia dejectos, videas eorum oculos hac illacque curiositate reflexos. Si autem contingat eos ad colloquium vocari, currunt, hilarescunt, gaudent, exultant; et, si contingat eos audire quod aures eorum demulceat, toto animo tripudiant. Et qui vix parva hora, et hoc etiam cum fastidio, sacris mysteriis interesse patiebantur, libenter colloquiis, et aliquando inutilibus, occupantur; et qui in oratione brevi hora lassabantur, eis, si licentia detur, ad confabulandum cum hominibus dies sufficere minime videtur. Perquirunt rumores, de regibus fabulantur, de præliis sæpissime colloquia serunt ; ita ut in illis impleri illud apostoli dictum videatur : *Et a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur* (1). Ecce hæc in admonitionem pusillanimium protulimus, ut talibus eos ad amorem divinum revocemus, et a sectanda curiositate noxia compescamus. Et fortasse non sine causa : poterit enim, Deo volente, contingere ut aliquis, hæc audiens, qui tali vitio laborat, ab ipsa peste resipiscat, animoque castigato ad divinum amorem ardentius incalescat; sciens quia longe fit a Deo animus cui adhuc hæc vita dulcis est, et quia qui hereditatem habet in cœlis nihil eum delectare debet in infimis; quia scriptum est : *Qui voluerit amicus esse hujus seculi, inimicus Dei constituitur* (2). Quæ retulimus, ab eo qui hæc ei vix extorserat

[1] *ita codex* sūma inedulitus : *numquid pro* incredulitas? insedulitas? *Vel* inedulitas *est* fastidium edulii? — [2] *hic in codice lacuna duorum vel trium verborum.*

(1) II Tim. iv, 4. — (2) Jac. iv, 4.

cognovimus; cujus prece et amore, utpote viri veracissimi, haec describere curavimus. Cujus sanctis precibus cum semel statuerim obsecundare, restat ut quæ sancti viri narratione potuit cognoscere sequens sermo studeat evolvere. [EX SOLO COTTON.]

5 **11.** Hic itaque vir, Dei sanctorumque amore vehementer [1] succensus, multorum reliquias sanctorum aliquando congregavit, quarum largitione multarum pauperiem ecclesiarum Deus per eum [2] ditavit. Quæ [3] autem tunc temporis Dominus per eum [4] ad sui nominis gloriam [5] et sanctorum honorifi-10 centiam egerit, quia multa sunt, omitto : ad pauca quæ ipso præsente evenerunt, stylum converto, obsecrans virtutem Spiritus sancti ut mihi sermonem tribuat qui digne ea explicare sufficiat. Cum itaque nocte quadam in domo cujusdam conversi qui seorsum ab hominibus [6], 15 utpote leprosus, manebat, reliquias [7] per partes ad distribuendum eas [8] divideret, sed nequaquam [9] pro voto, candelis [10] nimis [11] obscure [12] lucentibus [13], se expedire valeret, cœpit cogitationibus suis conturbari [14] et vehementer anxiari, [15] timens forte Deum minime gratum habere quod talia et 20 tanta pignora auderet manibus attrectare [16]. Sed Dominus hunc ejus timorem evidenti miraculo sublevavit et ejus mentem celeri misericordia solidavit [17]. Nam una ex candelis [18], a calamo candelabri [19] se disjungens super basim ipsius ligneam in modum rotulæ factam subsedit [20] lumenque cla-25 rissimum spargens ibi cum eodem lumine [21], quousque totum compleret, absque omni fulcimento virtute divina permansit [22]. Idem autem conversus tunc ibi præsens aderat, qui hæc, ut retulit, cum eo admirans [23] aspiciebat. O Dei ineffabilis misericordia! O summæ majestatis sem-30 per veneranda beneficia, quæ et famulos suos quomodo vult visitat, eosque visitans valde lætificat ! [EX COD. COTTON. ET AL.]

[1] *om. R, A, F, B.* — [2] ipsum *S, B.* — [3] Quod *B.* — [4] per eum *add. ex S, B, A ; deest in cod.* — [5] gl. n. *rel.* — [6] omnibus *S.* — [7] *suppl. ex rel.* — [8] *om. rel.* — [9] *add.* in iis *rel.* — [10] candela *rel.* — [11] minus *rel.* — [12] sufficienter *rel.* — [13] lucente *R, A, F, S ;* lucere *B.* — [14] perturbari *rel.* — [15] *add.* et *B.* — [16] attrectare *R, A, S.* — [17] sublevavit *R, F, B, S ; sed* et-solidavit *om. A.* — [18] (una ex c.) candela *rel.* — [19] (cal. cand.) candelabro *rel.* — [20] (se-subsedit) lapsa, inferius subsedit in modum virgæ absque omni fulcimento erecta *rel.* — [21] (ibi-lumine) *om. rel.* — [22] (absque-permansit) emisit *rel.* — [23] adm. c. eo *S, B.*

[EX COD. COTTON. ET AL.]

12. Accedat adhuc aliud miraculum luminis ad decorandam seriem nostræ narrationis. Cum nocte quadam simile opus in domo præfata [1] peregisset, et ad dormitorium monachorum rediret, ventorum inclementia [2] lumen prævium extinguitur, eodemque [3] converso ad 5 domum redeunte, in mediis tenebris solus [4] relinquitur. Verum Dominus non est [5] passus eum in mediis tenebris remanere, nec tetra [6] noctis caligine impactionem perferre [7]. Nam lux divinitus emissa ei apparuit, quæ eum usque [8] ad locum destinatum magno cum lumine perduxit. Ecce 10 verus Israelita in tenebris non deseritur. Ecce Dei sanctorumque amore vigilans corusco lumine lætificatur, tantaque lætitia devotior ad id agendum redditur.

13. Die autem quodam, dum eidem [9] officio occuparetur, 15 idem præfatus conversus præsens aderat [10]; manus autem ejus sinistra infirmitate prævalente erat invalida, digitisque contractis ad nullum opus prorsus idonea, magisque illi erat [11] oneri quam honori. Vir vero [12] sanctus, ut expeditius ageret quod volebat, ei reliquias sancti Benedicti (1) tetendit, 20 quas ille manu cum [13] invalida suscepit. O virtus Dei immensa! O viri fidelis prædicanda diligentia! O sanctorum merita veneranda [14]! Statim illius [15] manus [16] incaluit; statim vir ille [17] beneficium Domini [18] persensit [19]. Manus enim [20] erectis digitis pristinam formam recepit, et ad operationis usum quo 25 diu caruerat convaluit. Nec solum illa pristino usui est restituta, sed tota sinistra pars corporis ejus, ipso teste, quæ prius elanguerat, meliorata [21]. Referre autem solebat [22] quod [23]

[1] vir Dei *add. rel.* — [2] vehementia *R, A, F.* — [3] prædictoque *rel.* — [4] *om. S, B.* — [5] *om. S, B.* — [6] tetram *S, B.* — [7] proferre *A.* — [8] *om S.* — [9] simili *rel.* — [10] (p. a.) a. p. *R, A, F.* — [11] *om. R, A, F*; erat illi *S.* — [12] autem *rel.* — [13] *om. rel.* — [14] (O viri-ven.) *om. B.* — [15] *om. rel.* — [16] *add.* conversi *rel.* — [17] *om. rel.* — [18] Dei *S.* — [19] præsensit *R, A, S.* — [20] etenim *rel.* — [21] *add.* est *R, A*; est meliorata *F, B.* — [22] *add.* prædictus Dei amicus *rel.* — [23] *om. S.*

(1) Plures sancti patriarchæ Ordinis Benedictini reliquias minores diversis monasteriis a Floriacensibus concessas docet novissimus abbatiæ Sancti Benedicti ad Ligerim historiographus (L'abbé Rocher, *Descript. archéol. de l'église abbatiale de S. Benoît-sur-Loire,* p. 64). Cfr. inferius, num. 44.

[EX COD. COTTON. ET AL.]

cum tanto [1] tremore eadem sanctorum pignora contrectabat et ad tantum opus tam indignum se judicabat, ut hoc agens [2] timeret vel cæcitate percuti vel aliqua membrorum læsione [3] mulctari. Unde et sæpius a tali opere [4] se subtrahere dispo-
5 nebat. Sed Deus, ne hoc ageret, aliqua [5] miraculi exhibitione semper eum relevabat. Nam cum [6] virtute sanctorum vel auditum vel visum vel ceterarum debilitatum sanitatem restitui cognoscebat, et, quod est [7] amplius, animas multorum peccatis horribilibus diu mortuas oris confessione et
10 pœnitentia resuscitari, lætior effectus ad hoc [8] redibat [9].

[EX SOLO COTTON.]

14. Hoc autem summo cum desiderio optabat cognoscere, ut Dominus aliquo modo ei dignaretur ostendere quousque tali operi vellet cum insistere. Dominus autem ejus non fraudavit tam sanctum desiderium, ut sequens edocet mira-
15 culum. Nam, vice quadam, dum ante se sanctissimas reliquias super quoddam linteum evolutas haberet, subito linteum non humana manu evertitur, parsque inferior efficitur superior, reliquiæque quæ super illud erant contingun-tur. Quo viso, intellexit se ab hoc opere debere cessare,
20 cui Dominus tam evidens miraculum dignatus est ostendere.

[EX COD. COTTON. ET AL.]

15. Hoc autem nequaquam censemus prætereundum, quod plerasque reliquias cognovit divina virtute sumpsisse augmentum [10]. Cum enim de eis [11] tam parum aliquoties re-
25 posuisset, ut nihil videretur [12] de eis superesse quod dividi valeret, ad eas rediens in tantum augmentatas inveniebat quod ad distribuendum [13] copiose sufficiebat.

[EX SOLO COTTON.]

16. Operæ pretium est aliud haud dissimile miraculum huic inserere lectioni. Quod autem diximus de reliquiis, hoc idem
30 actum constat et de denariis. Nam misericordiæ visceribus in pauperum sustentatione affluens, cum denarios a ditioribus hominibus acceptos, nullum tam fidelem œconomum super hoc negotio invenire valentibus, quorum multitudo maxima ex omnibus adjacentibus circumquaque regionibus causa

[1] (c. t.) tanto cum *S.* — [2] *om. S, B.* — [3] læs. m. *B.* — [4] ope *F.* — [5] *om. S.* — [6] *om. S.* — [7] *om. S.* — [8] id *S.* — [9] (Nam-redibat) *om. B.* — [10] argumentum *S.* — [11] (d. e.) *om. S.* — [12] crederetur *R, A, F.* — [13] *add.* adhuc *R, A, F, B.*

[EX SOLO COTTON.] audiendi ex ejus ore verbum salutis, ad eum confluebat, illorum subsidiis, vel in victu, vel in vestitu, vel in ceteris necessariis fideliter erogaret, multoties eosdem superabundasse cognovit. Et cum jam pene totum se erogasse crederet, quod adhuc erogaret, de hoc secum valde admirans, cumulatius 5 reperit. Aliquoties etiam, quot simul erogare disponebat, tot, manu injecta, nec plus, nec minus, de loculo extrahebat. Nec mirum si ille qui in manibus suis multiplicavit quinque panes ad refectionem quinque millium, in manibus servuli sui multiplicavit pecuniam ad recreationem inopum. Ipsa 10 namque per se Veritas fidelibus suis promisit, dicens : *Qui credit in me, opera quæ ego facio et ipse faciet, et etiam majora faciet* [1]. Leprosorum vero, viduarum aliorumque pauperum affectu pio subvenire necessitati nitebatur; unde et ab omnibus qui eum dignoscere poterant amoris brachiis complexa- 15 batur. Ut igitur dictis adhibeatur fides, miraculum quoddam, quod factum esse nuper cognovimus, silentio nostro prætermittere non debemus.

[EX COD. COTTON. ET AL.] 17. Vidua quædam, Reneldis [2] (1) nomine, in vicinia commanebat, quæ acceptis ab eo [3] denariis tres oviculas 20 cum ejus assensu [4], cum quodam agno, ejus prece etiam suffragante in tali mercimonio [5], comparaverat. Quas dum incaute custodiret, [6] lupus veniens agnum [7] rapuit, secumque [8] deferens, avia camporum et condensa nemorum petiit. Sed, mirum dictu, qui licentiam rapiendi [9] habuit, lædendi 25 potestatem non accepit. Nam die crastino idem agnus illæsus juxta domum præfatæ viduæ sub divo [10] reperitur [11], sive eodem lupo referente, vel quomodo relatus sit prorsus ignoratur. Hoc autem Dei actum [12] virtute

[1] (et etiam-faciet) *manus eadem add. in inferiori paginæ marg.* — [2] Roneldis *S;* Remaldis *B.* — [3] (ab eo) a beato viro *R, A, F;* prædicto *S, B.* — [4] assensu ejus *R, A, F;* c. e. a. tres ov. *S, B.* — [5] (cum-merc.) *om. rel.* — [6] *add.* unius earum *rel.* — [7] agnum lupus veniens *rel.* — [8] secum *F, A.* — [9] rapuendi *S.* — [10] sub d. j. d. p. v. *R, A, F* (**Hic desinit F**); j. d. p. v. sub dio *S.* — [11] **reliquum num. deest in B.** — [12] a. D. *S.*

(1) « Une veuve nommée Renée » *(Hist. de la Congr. de Sav.)*; sed probabilius *La Renaude.*

nemo debet ambigere [1], qui solus rapacem lupi ingluviem potuit restringere [2], et de ejus avidis [3] faucibus invalidam bestiolam eruere; qui ejus ereptione et sancto viro fiduciam erogandi [4] tribuit et pauperculæ [5] mentem [6] ejus receptione exhilaravit, audientiumque animos in admirationem sublevavit. Vir enim sanctus devotior hoc [7] facto, non elatior [8] redditur, paupercula [9] lætitia refovetur, audientes admiratione percelluntur [10]. [EX COD. COTTON. ET AL.]

18. Ad informationem humilium et depressionem præsumptuosorum, adhuc paginæ inseratur quod, si recte attendatur, plurimum prodesse creditur. Quod enim scimus hoc loquimur, et quod vidimus hoc testamur. Monachi cujusdam abbatiæ, proprio patre privati, hunc sanctum virum, communi consilio, ut sibi præesset elegerunt; sed petitionis suæ effectum minime consecuti sunt. Nam ille magis elegit subjectionis locum, summum magistrum sequens, tenere quam prælationis apicem conscendere. O quantis precibus perstiterunt! O quanta supplicatione et corporum etiam prostratione se [11] ante abbatem suum, ipso præsente, humiliaverunt! Sed quod petebant obtinere minime valuerunt. In abbatia etiam Savigniensi, in qua professus erat, voluerunt eum aliquando subpriorem constituere ; sed hunc locum fugiendo studuit declinare. Sed quid hæc parva commemoratio? Episcopatus etiam rogatus sæpius, et a rege et a clericis, noluit curam suscipere, studens veraciter humilitatem suam prompta consideratione mentis agnoscere; sciebat enim quia tutius est sub quiete vitam agere quam forensibus tumultibus deservire. Quia, etsi bona sit rerum temporalium pro Dei amore administratio, vix tamen aut nunquam fieri potest absque offendiculo. Quia, ut ait beatus Gregorius : *Qui rebus terrenis dispensandis præsident, occulti adversarii jaculis latius patent; et, dum assidue perstant in acie, difficile est ut evadant sine vulnere.* (1) Quod de his etiam loquor, qui [EX SOLO COTTON.]

[1] ambigue *S.* — [2] restinguere *A.* — [3] invalidis *S.* — [4] e. f. *S.* — [5] pauperem *S.* — [6] lamentantem *S.* — [7] *om. R, A.* — [8] clarior *S.* — [9] pauperculæ *S.* — [10] replentur *R, A;* (Hoc autem Dei-percell.) *om. B.* — [11] *in cod. bis* se, *hic et post* præsente.

(1) Cfr. *Moral.* II, in Job. I, 17, cap. 48 (al. 26).

[EX SOLO COTTON.]

se custodiunt summa cum sollicitudine. Unde quosdam doleo qui, cum tepide viventes in imis jaceant, prælationis apicem, ac si sanctitatis conscii, si offeratur, arripere non formidant; immo, ut verius dicam, non oblatum vehementer affectant. Proh dolor! Quomodo qui se nescit regere, aliis desiderat imperare? Aut qua temeritate regiminis locum affectat, quem sanctitatis vita minime commendat? Aut qui se non novit docere, qua audacia præsumit ceteros instruere? Qui autem tales sunt, hujus imitatione a præsumptione sua humiliter sapiendo corrigantur; qui vero humiles, hujus exemplo etiam humiliores et paupertatis sectatores reddantur. Utrique enim in hoc possunt invenire unde proficiant, si et hi præsumptionis suæ tumorem deponere satagant, et illi humilitatis ima sectantes subjectionis locum tutissimum diligant. Sed qui aliquantulum digressionem fecimus, restat ut ad propositum redeamus et humilitatis ejus exemplum huic adhuc paginæ inseramus.

19. Tempore quodam, prædonum malitia, pace turbata, convaluerat resque alienas injuste diripiebat; hic autem vir, ne prædictæ abbatiæ substantiam diriperent, subulcus factus, porcos pascebat. Sed, hoc officium exercens, quotidie usque ad vesperam jejunus, excepta dominica, permanebat. Non enim ventris diligebat ingurgitationem, sed parsimoniæ semper sectabatur rigorem. Sed numquid putandus est, tali officio detentus, fabulis aut rumoribus perquirendis operam impendisse? Nequaquam. Libros siquidem divinarum Scripturarum secum deferens, lectioni et meditationi inserviebat, talique edulio mentem reficere satagebat. O quam multi sunt qui nomine monachi gloriantur, si tali licentia uterentur, qui parvo tempore in hujusmodi detinerentur, sed libentius otiosis et inutilibus, vel libentius noxiis quandoque, occuparentur. Nocte vero, non conniventiæ et somnolentiis indulgebat, sed orationi secretæ, ipso teste, vigilanter insistebat; sicque utrumque tempus divinis officiis mancipabat. Accidit autem hoc ipso tempore porcos quos pascebat in quodam vasto nemore in Britannia posito, a prædonibus diripi, factaque divisione partes in diversas distrahi. Quos vir sanctus, non

[EX SOLO COTTON.]

equo subvectus, sed pedes insequens, tandem quemdam illorum, qui inter eos principatum agere videbatur, est assecutus. Qui, ut sanctum virum vidit, totus inhorruit, gelidusque timor ejus per ossa cucurrit. Quid amplius referam? Non
5 solum porci qui ab eo ducebantur sunt dimissi, sed et omnes alii qui diversas in partes ducebantur, mirum dictu! integro numero sunt in unum restituti. Hoc autem tam evidenti miraculo Dominus ejus mentem exhilaravit, eumque devotiorem in sancto proposito magis ac magis roboravit. Quia
10 vero quantæ humilitatis vir iste apud se fuerit ostendimus, superest ut quantæ auctoritatis apud potentes hujus seculi extiterit, hoc subjecto exemplo demonstremus.

20. Anno incarnationis Dominicæ M. C. LXVII, rex Angliæ Henricus secundus in partibus minoris Britanniæ mora-
15 batur, collaque gentis illius, feritate sibi rebellia, jugo suæ dominationis subjicere nitebatur (1). Illo ita agente, dies vigiliæ natalis beatissimorum apostolorum Petri et Pauli instabat, rexque ipso die ad deprædandam ipsam terram exercitum mittere disposuerat. Quod ut vir sanctus, qui tunc forte præ-
20 sens aderat, audivit, regem super hoc negotio, utpote ejus familiaris, convenit, eumque tantæ diei, pro veneratione tantorum apostolorum, exhibere reverentiam admonuit; pollicens, si hoc faceret, quod Deus eum, meritis sanctorum, eodem anno non modicum lætificaret. Cujus consilio rex
25 obaudiens, quod monuerat facere studuit, baronesque suos et milites a deprædatione, pro veneratione beatorum apostolorum, detinuit. Quod sanctus vir cognoscens, pollicitationisque quam tanto viro promiserat reminiscens, cœpit vehementer æstuare, sanctosque apostolos, et per se et per alios,
30 ut quod promiserat eorum meritis impleretur, oratione instanti implorare. Quid plura? Ejus nempe pollicitatio eodem anno impletur. Nam illa gens regi plene subjicitur (2), filiique sui dominio mancipatur; rex autem Galliæ, qui prius cum eo longo tempore discordiam habuerat, pacis reconci-

(1) De hac expeditione mentio fit a Rob. de Tor. (edit. Delisle, t. I, p. 367) ad mensem Augustum anni 1167. — (2) " Et subdidit sibi omnes Britannos, etiam Leonenses " (Ibid.).

[EX SOLO COTTON.]

liatione, cum baronibus suis ei fœderatur, perturbatioque regnorum hac confœderatione sopitur (1). Lætificatus itaque nimis Anglorum rex hoc facto, eum libenter audiebat, et audito eo multa faciebat, animæque suæ vulnera ei etiam secure reserabat, sciens eum virum justum et sanctum. 5

21. Ludovicus etiam, rex Galliæ, non solum fama, verum etiam experimento, hujus sanctitatem cognoverat. Idem enim rex, longo tempore conjugali adhærens complexui, nullum masculini generis heredem habere poterat. Qua de re vehementer anxiatus, huic dolorem cordis sui aperuit, ab ejusque 10 pectore salubre consilium hausit. Consuluit namque ei ut ecclesiam beati Dionysii, in qua corpora sanctorum martyrum Eustachii sociorumque ejus requiescunt(2), peteret, ibique pro desiderii sui adeptione, cum regina, orationem corde fideli funderet, missamque ibi celebratam audiret; pollicens 15 eum, beatissimorum martyrum interventu, voti sui compotem fieri, nisi Dei providentia defectione regii seminis masculini contingat Galliam affligi. Cujus dictis rex fidem adhibens, quod consuluerat facere sategit, temporeque non longo post transacto, regina concipiens filium edidit (3); sicque 20 Deus, fidelis sui promissionem adimplens, votivi germinis susceptione non solum regem exhilaravit, sed et regno ejus lætitiam non modicam contulit. O virum per omnia fidelem! O virum justitia et consilio eminentem! qui, dum sanctis venerationem exhiberi ex corde consuluit, illorum meritis 25 quod postulabatur effectu carere minime credidit. Merito quidem hujus viri memoria litteris traditur, cujus fides et sanctitas tantum præcluere certis rerum indiciis comprobatur. Obsecro autem omnes qui hæc lecturi sunt ut pro me,

(1) " In Epiphania Domini concordati sunt rex Francorum et rex Anglorum " (Ibid., p. 10, ad annum 1169). — (2) De reliquiis SS. Eustachii et soc. apud Sanctum Dionysium cfr. A. du Moustier, *Neustria sancta*, fol. 268v, ad diem 20 Sept.; du Saussay, *Martyrol. gallic.*, ad eumdem diem. — (3) Ludovicus VII, rex Galliæ, quum ex prima conjuge Alienore, ducissa Aquitaniæ, ab anno 1137 ad annum 1152 duas tantum filias habuisset, eam repudiavit, et anno 1154 Constantiam, regis Hispaniæ filiam, in conjugem sibi assumpsit, ex qua rursus unam habuit filiam. Denique filiam comitis Campaniæ Theobaldi, Constantia mortua, uxorem anno 1160 accipiens, filium ex ea suscepit, qui natus die 21 Augusti anni 1165 Philippus vocatus est et Augusti cognomine postea insignitus.

peccatore et omnium minimo, piissimum Dominum deprecentur; ut mihi peccatori, qui meæ justitiæ fiduciam non habeo, illorum precibus peccata donentur; neque de minus compta oratione causentur, meque nihil nisi veracissime 5 compertum scripsisse arbitrentur. Alioquin mallem digitum ori meo imposuisse quam aliquid falsitatis, teste Deo loquor, interseruisse. [EX SOLO COTTON.]

22. Putabam me jam [1] satisfecisse desideriis et studiis vestris [2], venerande pater, tot et tantis de sancto viro [3] 10 explicitis, sed fallebar. Animi siquidem vestri erga eum fervor vestræque dilectionis affectus menti meæ impressus, cogit me adhuc aliqua de eo subnectere [4], qui sancto vestro desiderio [5] statui pro posse non deesse. Aggrediar ergo quod restat, ut sic vobis nostrum qualecumque officium satisfaciat. Huic [6] 15 ergo viro per somnium hujusmodi aliquando [7] visio ostensa est. Videbatur siquidem sibi quod ipse missam celebrabat [8], interque ipsam celebrationem post Evangelium [9] persona quædam valde speciosa sibi apparebat, quæ ei, ut sibi [10] videbatur, quoddam talentum aureum offerebat; cumque tradita 20 ministro oblatione manus exoccupasset, versusque retro respiceret, visum est sibi quod ipsa persona [11] Filius Dei erat [12], qui [13] ei talentum obtulerat. Erat tunc temporis magister quidam inter scholares, magni nominis, ex Cadomi oppido oriundus, nomine Guillelmus (1). Hic parvo tempore transacto 25 postquam [14] visionem viderat, Savigneium advenit. Qui cum eodem sancto, utpote ei antea [15] familiaris, colloquium habuit. Cum autem simul colloquerentur, subiit animo ejus visio præostensa, mensque [16] ejus concepit quod hic idem [17] magi- [EX COD. COTTON. ET AL.]

[1] *om. R, A.* — [2] vestris et studiis *R, A, S.* — [3] de s. v. *om. R, A.* — [4] subjicere *S.* — [5] d. v. *rel.* — [6] Huic *etc. usque ad finem num. om. B.* — [7] a. h. *S.* — [8] celebraret *S.* — [9] p. E. *om. R, A.* — [10] (ei ut sibi) ejus sibi *S.* — [11] sponsa *S.* — [12] (F. D. e.) erat F. D. *R, A.* — [13] quæ *S.* — [14] cum *S.* — [15] (ei a.) *om. S.* — [16] et mens *R, A, S.* — [17] quidem *S.*

(1) Multi hujus nominis in Saviniacensi cœnobio monachi seculo XII floruerunt; ex quibus sexdecim enumerat auctor Hist. Congr. Sav. Nullum tamen dubium esse potest quin agatur hic de Gulielmo dicto de Tolosa, Tholosa sive Tolusa, quem cl. vir Huet annumerat inter Cadomenses ingenio conspicuos *(Orig. de Caen*, p. 329).

[EX COD. COTTON. ET AL.]

ster esset oblatio quæ ei a Filio Dei videbatur oblata. Quid multis immorer [1]? Hortatus est eum ad contemptum seculi [2] ad suscipiendum lene [3] jugum Christi, ad calcandos fugitivos honores mundi [4], ad imitandum [5] vestigia [6] Domini [7]; et ut eum ad hoc [8] faceret ferventiorem, prædictam ei retulit visionem. Quid plura? Lacrimis ille suffusus, ejus manibus [9] se tradidit, seculique pompositate contempta, conversionem inibi spopondit. Quia vero pluribus curis in seculo occupatus fuerat [10], quas sine dispositione relinquere, ut sibi videbatur, non valebat, acceptis parvi temporis morulis, Cadomum ipsas per se dispositurus adhuc [11] redire volebat. Cujus deliberationi abbas Clarævallensis (1) aliique qui forte præsentes aderant [12], cum monachis aliquibus ejusdem domus obviabant; quia eum non rediturum, si inde recederet, valde pertimescebant. Sed [13] licet hoc niterentur, tamen omni suo conamine [14], eo quasi justas redeundi causas allegante, frustrabantur. Et fortasse hoc Deus per eos fieri nolebat, quia hoc huic viro reservabat. Omnibus ergo [15] repudiatis, hic affuit, et quod illi facere nequiverunt facile effecit [16], eumque retinens se ejus vice Cadomum promisit iturum [17], causasque ejus pro eo allegaturum. Quo facto, ejus sanctitas præfatis abbatibus clarius innotuit, suaque ipsorum vita ex hoc informationem accipere valuit. Taliter itaque magister ille retentus novitius efficitur, annoque probationis transacto, monachus consecratur, et paulo post ejusdem abbatiæ Deo volente abbas eligitur, per quem Deus, ut ipsi scimus, multa [18] eidem domui bona fecisse cognoscitur. Hic est enim, ut creditur [19], ipsa oblatio quæ huic oblata videbatur a Dei Filio. Nam vir est [20] summæ religionis, sectator [21] et amator strenuus christianæ paupertatis (2).

[1] immoror *rel.* — [2] mundi *S.* — [3] leve *rel.* — [4] seculi *S.* — [5] ad invitandum *S.* — [6] *add.* Christi *S.* — [7] (ad imit.-Domini) *om. A.* — [8] (ad hoc) *om. R, A.* — [9] m. e. *R, A.* — [10] f. o. *R, A.* — [11] *om. rel.* — [12] qui p. erant *S.* — [13] Et *S.* — [14] conatu *R, A.* — [15] vero *S.* — [16] efficit *R, A.* — [17] *suppl. ex rel.* — [18] *om. S.* — [19] credimus *R, A.* — [20] e. v. *R, A.* — [21] sectatorque *rel.*

(1) Vocatur hic " Gaudefroy " ab auct. Hist. Congr. Sav. Cfr. *Gallia christ.*, t. IV, p. 582 B : " Gaufredi Clarevallis. " — (2) Ex hoc loco satis probabiliter, immo

23. Vir autem iste venerabilis, regis æterni miles emeritus, a sanctimonialibus prope Moretonii oppidum degentibus loco patris colebatur (1) ; quas ipse tanquam speciales filias, propter religionis et castimoniæ zelum, quem in eis princi-
5 paliter fervere noverat, diligebat. Contigit ergo die quadam, cum præsens ibi adesset, uxorem Roberti, cognomento Boquerelli, qui conestabuli in prædicto oppido functus fuerat officio (sed deposuerat eum rex Anglorum, motus lacrimis miserorum quibus opes suas ille dolo subtraxerat), cum pue-

[EX SOLO COTTON.]

certo, videtur statuendum Vitam B. Hamonis scriptam esse ante annum 1178, et confirmari quod scriptores *Galliæ christianæ* (tom. XI, p. 546) et secundum eos piæ memoriæ P. Victor De Buck *(Act. SS.*, tom. VIII Oct., p. 1008, n. 6) opinati sunt, Gulielmum de Tolosa eumdem esse cum Gulielmo illo qui inter Alexandrum et Jocelinum, ab anno 1161 ad annum 1164, Saviniacense monasterium rexit : quia scilicet vix supponi potest auctor Vitæ B. Hamonis hic memorare regimen quod suscepit Gulielmus de Tolosa anno 1178 et sequenti anno jam dereliquit, electus abbas Cisterciensis (cfr. *Gall. christ.*, loc. cit.). In primis enim quæ hic narrantur de ipso, intra paucorum annorum spatium concludenda sunt, eorumque exordium ad illud tempus referendum quo B. Hamo adhuc satis validis viribus erat ad suscipienda itinera; si autem hic ageretur de regimine per Gulielmum suscepto anno 1178, jam difficilius dici posset *paulo post* quam monachus factus esset, electus fuisse abbas. Præterea aut ipso anno 1178 vel 1179 scripsisset auctor noster, antequam Gulielmus abbas Cistercii constitutus fuisset, aut post hanc electionem. Posterius vix supponere licet : quo modo enim qui totus est in Gulielmi laudibus prædicandis, illam electionem ipsi adeo honorificam silentio prætermisisset ? Quod vero spectat ad alterum membrum, quamvis non omnino repugnet ut de aliquo adhuc cœnobium regente abbate dicatur : *per quem Deus multa eidem domui bona fecisse cognoscitur*, attamen rursus difficilius id dictum supponi potest de abbate qui nondum annum unum in regimine expleverit. Ad hæc, quæ sequitur, laus : *Nam vir est....* magis simplici monacho quam abbati tunc monasterium regenti convenit, optime vero illi qui ex modestia et paupertatis amore abbatiali dignitate se abdicasset. Ceterum Gulielmum de Tolosa bis abbatis munere functum esse, constat ex testimonio coævo scriptoris Historiæ Prælatorum de Fontanis jam allato a P. Victore De Buck (loc. cit.), ubi Alexander, abbas de Fontanis, narratur accersivisse *abbatem de Savigneio, domnum scilicet Willelmum de Tolosa, ... qui* SECUNDO PRÆFUIT SAVIGNIENSI *et postea obiit abbas Cisterciensis.* — Nec abs re erit hic pauca subjungere de Gulielmo I, qui successit Serloni (cfr. *Act. SS.*, tom. cit., p. 1013, n. 27). In Chronico Roberti de Monte nullus indicatur abbas inter Serlonem et Richardum ; immo scriptor Historiæ Saviniacensis diserte negat ulli locum esse. Et certe documenta ab eo citata ostendunt Serlonem adhuc monasterio præfuisse die 20 Septembris anni 1153 et Richardum ejusdem regimen suscepisse ante diem 20 Aprilis anni 1154. Ex alia parte vero in *Monastico Anglicano* (tom. V, pp. 573, 576) afferuntur duæ chartæ confirmationis, altera Willelmi abbatis, ubi prædecessoris sui Serlonis mentionem injicit, altera Richardi, in qua item prædecessores suos memorat Serlonem et Willelmum. — (1) Moretonium seu Moritonium, *Mortain,* diœcesis olim Abrincensis, nunc vero Constantiensis, in inferiori Normannia *(dép^t de la Manche).* De hoc parthenone cfr. A. du Moustier, *Neustria pia,* p. 840 sqq.

[EX SOLO COTTON.]

rulo parvulo, quem nuper genuerat, illuc advenire. Cumque famulus Dei cum aliquantis sororibus cum ea resedisset, infantuli nutrix, quæ nihilominus præsens aderat, maturum quoddam pomum puerulo eidem ad suggendum tribuit. At vero quoddam ipsius pomi frustulum illi circa guttur subito inhæsit, cœpitque anxie palpitare et in carbonis similitudinem nigrescendo jam pene totus exanimis fieri. Nutrix itaque ejus, omnem quam poterat curam et sollicitudinem impendens, papillas ei uberum in ore mittebat, quas ille, ac si saxea essent, non solum non contingebat, sed nec etiam sentiebat. Cumque mater pueri, velut amens effecta, nimiis doloribus et clamoribus teneretur, sororesque nihilominus ultra modum turbarentur, suggessit quædam ex ipsis beato viro ut, gloriosi martyris reliquias Blasii (1) afferens, in aqua mergeret, ipsamque aquam in ore pueri infunderet. Vir autem Dei, sororis illius consilium sub celeritate complendo, aquam scypho infundens, reliquias intromisit, sicque os infantuli ex eadem aqua tetigit. Quod cum fecisset, repente de supremo mortis articulo revocatus puer in risum protinus erupit, sicque matri ceterisque sororibus incomparabilis gaudii materiam reparavit. In quo quidem miraculo non immerito beati viri virtus cooperata cum sanctorum reliquiis creditur, per cujus manum idem infantulus salutem ac sospitatem recepisse non dubitatur.

24. Alia quædam mulier, tam generis nobilitate quam rerum abundantia præcellens, prædictis sanctimonialibus non mediocri familiaritatis affectu devincta tenebatur. Hæc ergo cum adveniente congruo tempore partui propinquaret, jamque in ipso partu diutius laborans se liberare non posset, nuntium suum sanctimonialibus direxit, rogans ut ei aliquid ex reliquiis sanctorum mittere dignarentur, per cujus effectum tanti discriminis liberatur angustiis. Quædam itaque sanctimonialium, sacri pignoris loco, misit ei quamdam zonam quam a beato viro acceperat quamque pro

(1) De S. Blasii reliquiis in Normanniam allatis agens A. du Moustier in sua *Neustria sancta* (fol. 41), nihil earum significat Moritonium fuisse advectum.

[EX SOLO COTTON.]

ejus amore cum magna diligentia servabat; mandans ei quatenus ex ea se cingere deberet. Quod cum illa fecisset, statim, divina subveniente clementia, servi Christi meritis, procedente partu, angustiis quibus premebatur erepta est.

5 **25.** Quantæ autem confidentiæ quantæve efficaciæ fuerit si quid ab hujus mundi potentibus petere decrevisset, ex subsequenti poterit approbari. Comes namque Boloniensis (1), cum, post mortem Stephani, regis Anglorum, patris sui, a venerabili Henrico rege, qui prædicto Stephano successit in 10 regnum, terram patris sui hac conditione et permissione accepisset ut eam ex omnibus locis religiosis sive secularibus absque impedimento cujuspiam, ad se revocaret; tam vicum sanctimonialium quam cetera quæ a rege Stephano in eleemosynam acceperant, eisdem sanctimonialibus auferre 15 et in propriam ditionem adducere nitebatur. Quod cum beatus vir, licet anxius, comperisset, comitem in castello Moretonii consistentem, super hac re supplicaturus, expetiit. Cumque comes vix eum respicere, sed necdum multo minus exaudire dignaretur, famulus Christi, tristis ac turbidus, ad 20 abbatiam sanctimonialium rediens, prædicti comitis pertinaciam et cor malitia induratum eis gemebundus insinuavit; simulque adhortatus est eas quatenus, in tanto negotio, beati Pauli, cujus eo die Conversio celebrabatur, adjutorium implorarent, ut, sicut ille in æterni regis curia per omnia 25 potentissimus habebatur, ita in hac necessitate eis succurreret et subveniret. Cumque omnes sanctimoniales orationi diutius incubuissent, ipso pariter supplicante, tandem, de Domini fretus auxilio, ad prædicti comitis curiam festinus repedavit. Cumque ab eodem honorifice tunc susceptus ac 30 benigne allocutus fuisset, intellexit vir Dei prosperatum a

(1) Willelmus seu Gulielmus, filius Stephani, regis Angliæ, de Warenna dictus, eo quod comes fuit Warennæ, sicut et anno 1153 post Eustachium, fratrem suum primogenitum comes fuit Boloniæ et Moritonii. Res de qua hic agitur locum habuit post fœdus initum anno 1153 cum Henrico, duce Normanniæ, a Stephano rege, qui obiit 25 oct. 1154. Videsis Rymer, *Fœdera* (t. I, part. I, p. 5) et Benedicti abbatis *Gesta regis Henrici II* (edit. Stubbs, Londini 1867, t. II, p. CXXIX). Secundum hoc fœdus regia dignitas post mortem Stephani, bello victi et filio primogenito orbati, futura erat solius Henrici.

[EX SOLO COTTON.] Domino iter suum. Itaque, dissimulato interim negotio pro quo advenerat, petiit ab eodem comite quatenus usque ad sanctimonialium abbatiam ire dignaretur, dicens quia, si in hac commotione non visitatis sanctimonialibus trans mare recederet, eas in inconsolabili mœrore relinquendo, justi- 5 tiis atque satellitibus suis nocendi, vel calumniandi eas, materiam tribuisset. Cujus petitioni libenter annuens comes, una cum comitissa ad abbatiam sanctimonialium, beato viro plurimisque secum comitantibus, properans, inter viandum cum nimia familiaritate dixit beato Dei famulo nequaquam 10 jam deinceps petitionibus ejus obsistere se posse. Cum itaque comes, una cum sociis suis ad abbatiam perveniens, capitulum earum intrasset, illæ, sicut præmonitæ fuerant a priore Savigneii Rogerio (1), qui tunc ibidem præsens aderat, pedibus ejus advolutæ, prostratis in terram vultibus, mise- 15 ricordiam ejus implorabant. Quæ cum beati viri jussu a terra surrexissent, tanta earum humiliatione ac supplicatione ex intimis visceribus ad misericordiam permotus comes, omnesque qui cum eo erant, amarissime flere cœperunt. Quid plura? Statim in eodem loco dedit eis prædictus comes atque 20 concessit omnia quæcumque auferre volebat eis, vel quæ ipsæ ab eo postulabant, additis insuper chartis et privilegiis earumdem donationum. Quæ nimirum omnia, ut ex prædictis patet, maxime beati viri meritis et providentia ad effectum pervenisse noscuntur. 25

[EX COD. COTTON. ET AL.] **26**. Quodam tempore cum priore Savigneii [1] Guillelmo [2] (2) in itinere positus, reliquias sancti Martini episcopi aliorumque sanctorum secum habebat, quas cum magna reverentia deportabat. Cum [3] ad quemdam maximum [4] fluvium pervenissent [5], propter aquæ violentiam in nullo [6] penitus loco 30

[1] Savignei *B.* — [2] Guillermo *R, A.* — [3] Cumque *rel.* — [4] m. q. *rel.* — [5] pervenisset *R, A.* — [6] illo *B.*

(1) Rogerius de Alneto prior erat Saviniaci anno 1157, ut patet ex charta Petri de Sancto Hilario *(Hist. de la Cong. de Sav.*, fol. 567). — (2) Ex chartis cœnobii Sav. hæc eruimus nomina priorum aliquot B. Hamoni coætaneorum : Rogerius de Alneto, 1157; Asco, 1158; Rogerius, 1159; Gaufridus, 1160; Guillelmus, 1163, 1171, 1174 et rursus 1178. Non unus ergo, aut, si unus, non semel hujus ultimi nominis prior fuit in hoc cœnobio tempore B. Hamonis.

[EX COD. COTTON. ET AL.]

cum equis transvadare [1] valentes, de ipsis equis [2] descendentes ad plancam (1) pervenerunt. Beatus autem vir cum ad oram [3] fluminis juxta plancam accessisset, cernens subtus [4] decurrentis aquæ violentos atque præcipites fluctus [5], valde [6] extimuit atque perterritus est [7]. Confestim vero de divina pietate et sanctorum suffragiis quorum reliquias secum gerebat, spem firmam omnino [8] concipiens, ait intra se : *Etsi in fluvium hunc cadere possum, sed mergi aut perire omnino non possum, tot sanctorum Christi pignora mecum gerens* [9]. Res dictu mira, atque [10] perpaucis admodum sanctis experta [11]! Cum enim primum pedem super plancam posuisset, subito in alteram fluminis ripam divina virtute se raptum atque transpositum [12] vehementer admiratus est, cum prædictus prior, socius ejus, licet corpore valentior atque expeditior, vix, duorum hominum adjutorio fultus, per eumdem locum transire potuerit [13].

[EX SOLO COTTON.]

27. Cum a rege Anglorum Henrico, quodam tempore invitatus esset, quatenus eidem Barbefluvio (2) occurreret, tandem, confecto itinere, sabbati illuc die pervenit. Nocte vero sequenti, cum fatigatum itinere corpusculum nocturno sopori dedisset, hujusmodi visio ei apparuit. Videbatur namque ei quod ipse pariter cum alia quadam persona inter se quemdam maximum crucifixum continebant mortuum. Cumque eum hinc inde per brachia tenerent, subito idem crucifixus, reviviscens, hominis personam implebat, sanusque [14] efficiebatur. Post quam visionem de somno consurgens, cœpit intra se diversis cogitationum æstibus fluctuari, quidnam visio tam terrifica tamque insolita portenderet. Sequenti itaque die, quæ dominica habebatur, convocans

[1] transvadere c. e. *S, B. In cod. duo verba videntur deleta quia bis* cum eq. t. *scriptum erat.* — [2] eq. i. *R, A.* — [3] horam *R.* — [4] subter *S, B.* — [5] (atque p. f.) impetus *R, A.* — [6] *om. S.* — [7] (atque-est) *om. rel.* — [8] *om. S.* — [9] (Conf.-ger.) *om. B.* — [10] et *rel.* — [11] (perp.-experta) *om. B.* — [12] transportatum *S.* — [13] (cum-potuerit) *om. rel.* — [14] *cod.* sanctusque.

(1) I. e. tabulam ligneam, eamque longiorem quam latiorem. Videsis Forcellini, edit. De Vit. — (2) *Barfleur* (Manche), diœcesis Constantiensis.

[EX SOLO COTTON.]

eum rex privatim in quadam basilica, una cum domno Rotroco (1), religioso admodum viro, qui tunc quidem episcopus, postea vero Rotomagensis archiepiscopus extitit, confessus est ipsis duobus omnia quæcumque ab ineunte ætate peccando commiserat, de quibus memor esse poterat; sicque, 5 secundum beati viri Dei visionem, de morte peccati, confitendo et pœnitendo, ad veram restitutus est vitam. Cui pœnitentiam congruam imponentes, inter cetera, quod silendum non est, injunxerunt ut trecentos pauperes vestiret, quod ille devotus implevit. 10

28. Alio tempore, cum se die quadam sopori dedisset, vidit cujusdam sororis suæ maritum ad se venientem, sibique manus affectuose deosculantem, amarissime flentem atque ejulantem. Cujus dolore turbatus ipse, causamque rei certius inquirere volens, statim a somno excitatus est, eumque, ut 15 viderat, flexis genibus, coram se reperire putavit. Hic enim viro Dei, cum prædicta ejus sorore, dum adhuc in seculo positus scholas frequentaret, non mediocre pietatis adjutoriique solatium impenderat. Qui quidem tunc noviter defunctus erat quando ei apparuit, licet hoc ipsum vir Dei penitus 20 ignoraret. Parvo post hoc interveniente tempore, cum eum pro certo defunctum a narrantibus comperisset, indubitanter intellexit vir Dei quia in illa apparitione, qua se eidem in somnis manifestaverat, in pœnis positus, beneficiorum spiritualium ab eo suffragia postularet; quæ ipse benigne ac 25 misericorditer ei impendere festinavit.

[EX COD. COTTON. ET AL.]

29. Inter cetera [1] virtutum insignia hoc præcipue in usu vir beatus habebat quod, si quos gravioris excessus offensa intrinsecus innodatos sentiret [2], non solum [3] crebris adhortationum colloquiis ad emendationem proprii reatus incita- 30 bat, sed, quod majus est, multa orationum instantia libera-

[1] autem *add. rel.* — [2] innodato sentire *S.* — [3] solus *B.*

(1) Rotrocus seu Rotrodus, Warwicensis comitis filius, ex archidiacono Rotomagensi ad Ebroicensem cathedram est evectus anno 1139, ad Rotomagensem vero translatus anno 1165 *(Gallia christ.*, t. XI, pp. 576, 48). Non annumeratur Rotrodus inter archidiaconos Rotomagenses apud Pommeraye, *Hist. de l'Eglise cathéd. et métrop. de Rouen*, l. III, c. 10 seq.

[EX COD. COTTON. ET AL.]

tionem illorum [1] a Domino [2] sollicitus [3] postulabat. Cum itaque die quodam [4], in ecclesia positus [5], pro quodam fratre quem gravioribus peccatorum nexibus impeditum pertimescebat, quique beati viri actibus ipso nesciente sæpius [6]
5 derogabat, beati Stephani sequens exemplum [7], devote Domino [8] supplicaret, subito factus in mentis excessu, respiciens sursum vidit quamdam tenebrosam caliginem, ipsumque fratrem pro quo Domini misericordiam [9] implorabat, tetrum, pallidum atque deformem, mortuo [10] quam viventi
10 similiorem, in medio tenebrarum illarum consistentem. Supra illam vero caliginem [11] cernebat jocundæ claritatis lucem copiosam, fiebatque interim in corde illius per Spiritum sanctum vox hujusmodi, dicens : *Iste quem cernis, gratiam* [12] *Dei in se non habet; sed est superbus et invidus, vanæ*
15 *quoque* [13] *gloriæ appetens* [14], *alienorumque* [15] *secretorum detector* [16]. Ad se vero post visionem reversus vir beatus [17], monachum illum [18] prædictis vitiis delectari, et in ipsis eum immorari, certissimis agnovit [19] indiciis.

30. Alio quoque tempore in via positus, cum itineris occa-
20 sione ad abbatiam sanctimonialium divertisset, contigit tunc temporis quamdam ex ipsis, nomine Borgogniam [20], extrema atque gravissima corporis infirmitate laborare. Ad quam cum gratia recipiendæ confessionis et impertiendæ consolationis [21] vir beatus [22] accessisset, paulo post, urgente iti-
25 neris necessitate, abeundi cœpit urgere propositum. Sed cum prædicta soror repentinum [23] illius discessum agnovisset, cœpit admodum ægre ferre quod tam cito recedere attentaret. Cujus desiderii æstum vir totius pietatis advertens, de Domini pietate confisus, sic ait ad eam : *Expecta me*, inquit, *et ne*
30 *moriaris* [24] *donec revertar*. Sed o mira viri Dei virtus,

[1] ill. lib. *R, A*. — [2] Deo *S*. — [3] *om. R, A*. — [4] quadam *rel*. — [5] p. i. e. *R, A, B;* positus *om. S*. — [6] (i. n. s.) ipso sciente *S*. — [7] (quique exempl.) *om. B*. — [8] Deo *S*. — [9] mis. D. *S*. — [10] mortuoque *rel*. — [11] S. v. c. i. *R, A ;* s. v. i. c. *S*. — [12] gloriam *S*. — [13] (v. q.) vanæque *rel*. — [14] cupidus *R, A*. — [15] et aliorum *S*. — [16] *add. R, A, S:* Hujusmodi visio usque tertio ei apparuit, vox autem semel tantum intimita est (apparuit ei.. tantum semel int. *S*). — [17] (subito factus-vir beatus) *om. B*. — [18] (m. i.) eumdem fratrem *R, A, B;* fratrem e. *S*. — [19] cognovit *R, A, S*. — [20] Borgoigniam *R, B ;* Bergoigniam *S ;* Borgoinam *A*. — [21] (et-cons.) *om. B*. — [22] b. v. *B*. — [23] *om. B*. — [24] (et ne m.) *om. R, A*.

[EX COD. COTTON. ET AL.]

etiam contra omnium mortalium communem mortis necessitatem [1]. In extremo enim [2], ut ita dicam, vitæ margine sita, viri Dei præceptis obediens, quousque illo [3] rediret, expectavit in corpore. Sed ne forte quisquam infidelis magis casui quam sanctitati viri Dei tantas dilationis moras applicare velit, sequens rei ei contradicit eventus [4]. Nam [5] cum post aliquantos dies redisset, statim ut ab illo soror [6] prædicta [7] visitata est, quasi peracto obedientiæ præcepto, ac de viri Dei præsentia secura effecta, confestim migravit ad Dominum.

[EX SOLO COTTON.]

31. Denique, ad ampliorem actuum illius commendationem ex subjecto miraculo perpendere licet quam incomparabili devotionis ac puritatis simplicitate beati viri istius mens actori suo inhæserat, qui servi sui injuriam atque repulsam tam celeri ultionis invectione plecti consueverat. Contigit namque, tempore quodam, ut H., rex Anglorum, militem quemdam qui de morte ipsius nequiter conspirasse accusabatur, sub arctissima carceris custodia in Domnifrontensi castello (1) recludi præciperet. Cumque miles prædictus, jam per biennium in eodem carcere cruciatus, miserabilem diræ sortis sententiam pavidus ac tremens expectasset, tandem rex, habita cum principibus suis quæstione de eodem, data sententia, prædictum militem, effossis oculis, membris etiam virilibus privari præcepit. Quod cum beato viro innotuisset, quorumdam nobilium virorum suggestione, H., regem Angliæ, qui tunc temporis in foresta Landæ Putridæ apud Gernium (2) morabatur, pro præfati militis salvatione supplicaturus expetiit. Cumque rex, uti semper consueverat, honorifice eum suscepisset, tandem Christi servus negotium pro quo ad eum iter arripuerat regi manifestat. Supplicat igitur obnixe quatenus a prætaxati militis ultione crudelem sententiam revocet; dicens injustum nimis esse, et impium,

[1] (Sed-necess.) *om. rel.* — [2] itaque *rel.* — [3] ille *rel.* — [4] (Sed-eventus) *om. rel.* — [5] et *rel.* — [6] soror *om. S.* — [7] prædicta *om. R, A, S.*

(1) *Domfront*, diœc. Sagiensis. — (2) *Ger*, magnus vicus diœcesis olim Abrincensis, silvæ Landæ Putridæ (*Lande-Pourrie*, dép[t] Manche) contiguum, Moritonium inter et Domnifrontem.

[EX SOLO COTTON.]

contraque vocem Dominicam insolenter præsumere, quæ dicit : *Mihi vindicta est, et ego retribuam*, si proprias injurias ulciscendo quempiam ad propriæ salutis periculum compellat. Quid plura? Rex, ut erat versutus et callidus, beati viri
5 petitionem accuratis sermonibus eludens ac respuens, servum Dei, non absque animi rancore, Savigneium redire permisit. Domini vero pietas hoc modo famuli sui repulsam, celeri compendio, multiplici fœnore compensavit. Cum enim vir Domini, discedens a rege, eumdem sanum atque incolu-
10 mem reliquisset, nutu Dei, infra quartum diem tanta ægritudinis molestia prostratus est, ut pro timore mortis, quam sibi certissime imminere putabat (1), præfatum Christi servum, missis nuntiis, ad se cum summa festinatione vocaret. Christi vero famulus, accipiens regis confessionem, simulque
15 videns petitioni suæ temporis opportunitatem a Domino præparatam, inter cetera quæ illi conferebat monita salutaria, postulavit atque admonuit eumdem regem ut omnes vinctos atque incarceratos qui in universo regno suo custodiebantur, liberos et illæsos abire permitteret. Quod quidem
20 rex ad primam beati viri suggestionem libentissime annuit, et juxta verbum ipsius omnes relaxari ac dimitti præcepit. Sicque, divina cooperante providentia, quod prius rex servo Christi in uno facere renuit, post modicum de mille, vel eo amplius, qui per diversas regni ejus provincias custodieban-
25 tur, ad primam viri Dei petitionem facillime adimplevit. Præter hæc, immensa et multimoda alia beneficia innumeris impertivit, quæ, quia per singula longum est narrare, silendo potius prætermittere quam negligentiori stylo eadem prosequi decrevimus.

30 **32**. Qualiter vero per sancti Spiritus donum et beati [1] viri consilium in eadem infirmitate de diabolo idem rex triumphaverit, subjiciendum existimo. Cum enim rex eadem infirmitate supra modum gravissime laborasset, post hæc

[1] *vox dubia in cod.*

(1) De hoc morbo Henrici cfr. ad annum 1170 Rob. de Tor. (edit. Delisle, t. II, p. 21) et supra laudatus Benedictus Petroburgensis, t. I, p. 6.

[EX SOLO COTTON.]

eidem convalescenti, dum vigilaret, quædam vox cœlitus emissa sic intulit, dicens : *Hæc est mors languentis inimici.* Hæc autem verba cum idem rex famulo Christi secretius indicasset, interrogavit eum vir Domini quidnam hæc sibi significare putaret. Rex autem prædictam revelationem in 5 hunc modum exposuit ei (1) : *Hæc sanitas est mors inimici languentis, id est diaboli, qui per bona opera nostra languet, nec ad nos audet appropiare; per mala vero opera dominatur nobis, nec ad nos veretur accedere.* Hanc autem divinæ vocis expositionem verissimam fuisse rei exitus declaravit; quandoqui- 10 dem, ut superius dictum est, infirmitatis hujus occasione tanta et tam mirifica bona operatus est, ut, si cuncta recenseantur et ad memoriam styli officio sigillatim revocentur, pene fidem videantur excedere.

33. Illud autem silentio nequaquam prætermittendum 15 existimo, quod hic famulus Christi, multos sustinuit operum suorum æmulos et detractores, in hoc etiam Domini nostri sequens vestigia, quem dæmonia propellentem et cetera divinæ virtutis insignia patrantem Pharisæi, zelo invidiæ concitati, in Beelzebub hæc actitare nequiter accusabant. Non 20 solum autem hoc ab alienis, sed, quod gravius est, a domesticis et suæ professionis hominibus sæpius patiebatur. Nam cum ea quæ a regibus et principibus et ceteris hujus mundi potentibus eroganda accipiebat, ecclesiis erigendis, capellis a fundamento ædificandis (2), pontibus construendis, pauperi- 25 bus alendis atque vestiendis, et ceteris misericordiæ operibus adimplendis, ut fidelis Domini sui dispensator, sollicitus impenderet, hinc vel maxime nonnulli linguæ suæ gladios adversus illum armabant, quod ex his sibi vel his cum quibus communem ducebat vitam, parum aut certe nihil relin- 30 queret; sicque, juxta apostolum, erat illis odor vitæ in mortem. Denique cum plures, ut diximus, basilicas ædificasset in honore Christi et sanctorum ejus, suasum est ei ut basilicam leprosorum Sancti Jacobi de Beuron, quæ, quondam in honore

(1) Diceres regem debere petere solutionem, non dare. Idem innuunt verba „ beati viri consilium „ initio numeri posita. — (2) Cfr. infra, num. 52.

[EX SOLO COTTON.]

beatæ Virginis Mariæ constructa (1), quassatis parietibus, utpote non ex cæmento sed ex luto compactis, deciderat, ipse impenso pleniori adjutorio ad reædificandum juvaret. Ipse autem, ut est humanæ fragilitatis infirmitas, tædio quo-
5 dam mentis affectus, cum, ut jam diximus, propter murmurantium querelas consopiendas prædicto operi copiam denegaret, statuit tamen apud se Domini voluntatem super hoc sollicitis precibus implorare. Contigit vero illum tunc temporis Moretonium, ad abbatiam sanctimonialium, properare,
10 meque cum ipso sociabile iter carpere. Me autem ocius redeunte, ipse ibidem paucis diebus commoratus est, ac inibi Nativitatem beatæ Dei genitricis, quæ tunc instabat, celebravit. Cum igitur, ejusdem solemnitatis die, ecclesiam ingressus, cryptam quamdam quæ in dextera ecclesiæ ipsius parte
15 cum altari quodam habetur, secretius orandi gratia expetisset, crebras cum flexione genuum venias petens, cœpit Domini clementiam attentius exorare, quatenus, si voluntas ejus esset ut prædictæ basilicæ ædificandæ operam impendere deberet, id ei, quo sibi placeret modo, revelare dignaretur.
20 Cumque tota mente hac meditatione et intentionis studio, ut diximus, orationi insisteret, ut Domini voluntatem in prædicto opere agnoscere posset, repente astitit ante illum cœlitus emissus immensæ claritatis et magnitudinis radius, non, ut radii solaris mos est, in directum, sed a terra in sublime
25 porrectus. Interim autem, cum vir Domini per Spiritus sancti præsentiam, qui cum eodem radio advenisse non dubitatur, inenarrabili suavitatis dulcedine saginatus, in eumdem radium coram se positum oculorum aciem diutius infixisset, tandem, peracta divinitus consolatione, idem radius per
30 ipsius ecclesiæ tectum in cœlum, unde venerat, se recepit. Ipse vero de indulta sibi cœlitus visitatione Deo condignas referens gratias, et per sancti Spiritus inspirationem de

(1) Capella leprosariæ S. Jacobi de Beuron anno 1696 vocabatur *Sancti Armelis* seu Hermelis : " la chapelle Saint-Hermel ou maladerie *(sic)* de Saint-James de Beuvron " (Lechaudé-d'Anisy, *Recherches sur les léproseries et maladeries qui existaient en Norm.*, in *Mémoires de la Société des Antiquaires de Normandie*, t. XVII, p. 171). Cfr. etiam Desroches, *Annales religieuses de l'Avranchin*, part. III.

[EX SOLO COTTON.]

Domini voluntate in eo quod petierat certissimus effectus, confestim, spretis maledictorum subsannationibus, cœpit eamdem basilicam in honore beatæ Virginis Mariæ cum maximo devotionis affectu ædificare, et ceteris quibus ante consueverat pietatis operibus, utpote virtutum omnium fer- 5 ventissimus æmulator, insistere.

34. Præterea, ne quis, divinorum proventuum lætis successibus ingratus existens actori, judicium diaboli incurrat, quoddam memorabile beati Hamonis responsum, quod cuidam monacho, viro æque per omnia religioso et in Dei timore 10 perfecto, Radulfo videlicet de Nigella, protulit, in exemplum legentium depromere dignum existimo. Huic enim vir Domini, tam in secreta confessione quam in privata collocutione, præ cunctis hominibus animi sui secreta pandebat, nec quidquam ex his quæ sibi conscius erat quæque eum inter- 15 rogabat eidem aliquid omnino celabat. Verum qualiter idem venerabilis vir R. hanc apud eum familiaritatis gratiam obtinuerit, quamque gravissimæ infirmitatis occasione, in quem prædictus Christi famulus Hamo inciderat, multimodis eum ex divinorum judiciorum terribili commemoratione terrendo, 20 ad secretorum ejus notitiam extunc et deinceps potuerit pervenire, dicere supersedeo, ne ex prolixitate fastidium lector incurrat. Igitur, ut ad præmissa redeam, cum idem R. aliquando, inter cetera amicæ confabulationis alloquia, Christi famulum quasi pro indiscreta abstinentiæ ipsius nimietate 25 arguendum fore putaret, erat namque adeo aridi ac tenuissimi corporis ut ossibus vix hærere crederetur, idem Christi servus sic infit ad eum : *En*, inquit, *fateor vobis quod nulli antea confessus sum : certissime itaque sciatis quia, si vellem, quantum ad corporis attinet qualitatem, essem crassus et vali-* 30 *dus, membrorumque succulenta plenitudine compositus*. Hoc autem ejus responsum idcirco in medium deducere existimavi, ut vel ejus exemplo meminerimus nos, qui fragili carne circumdamur, quorum vita universa tentatio est super terram, quanto cautelæ studio in arrepti certaminis 35 agone a ciborum ac potuum superfluo appetitu nobis temperandum sit, quorum abundantiam, fomentum suggerens

voluptati, aditum in nobis procul dubio antiquo tribuit tentatori; si et is, per rigidam abstinentiæ censuram, carnem spiritui indefesso ac continuo studio subigere certabat, cui tam multis et pene inauditis miraculorum insigniis summæ divinitatis benignitas arrisit. [EX SOLO COTTON.]

35. Restat nunc ut diligentius plena fide pandamus qualiter vir Domini notitiam ac familiaritatem quam apud H., Angliæ regem, præ cunctis hominibus habuit, longe antea in spiritu, Domino revelante, præviderit. Cum enim idem H., solummodo dux existens, necdum regni gubernacula suscepisset (1), nec in aliquo venerando Christi famulo cognitus, sed nec corporaliter visus ab eo aliquando fuisset, idem vir Domini cœlitus inspiratus, mente præscia talem de illo visionem a Domino, præsagium utique futurorum, accepit. Cernebat equidem se pariter cum eodem duce in quodam loco singulariter stare, et circa se et ducem ex omni parte innumeram populosæ multitudinis turbam eminus positam circumstare. Idem vero dux, exceptis femoralibus, nudus prorsus assistens, ac brachia sua super beati viri humeros utrimque protendens, circa collum ipsius eadem brachia deponebat; quorum impressione vel pondere vir Domini adeo gravabatur ut, præ ponderis nimietate, genua sibi tremere persentisceret. Tandem vero dux præfatus coram illo flexis genibus humiliter procidebat, nec tamen inde se postea erigebat. Qualiter autem hæc visio congrua assignatione per omnia futuris tunc temporis rerum eventibus astipuletur, nullus qui amborum mutuam familiaritatem ac gratiam plenius noverit, creditur ignorare. Nam quod se cum illo singulariter stare prævidit, singularem utique et individuam amoris ac concordiæ prærogativam qua eum rex H. præ cunctis, ut creditur, mortalibus specialiter amplecti consueverat, non incongrue designat. Turba vero undique stans et ad ipsos respiciens, secularium prætendit

(1) Henricus dux fuit Normanniæ ab anno 1151 (Rob. de Tor., ad hunc annum) ad finem mensis oct. 1154, quo tempore solium regium obtinuit. Cfr. notam ad num. 25 supra.

[EX SOLO COTTON.]

admirationem, qua utriusque familiarissimam unitatem obstupescendo longe lateque prædicabant. Manuum autem extensio ac super humeros ipsius depositio illam regis fidissimam credulitatem, qua se beati viri precibus atque consilio in multis et innumeris actibus suis committebat, luce clarius 5 insinuat. Quod autem ante virum Domini flexis genibus procidens, se nequaquam inde postea erigebat, non solum humilitatis subjectionem qua se Christi famulo principaliter submittebat, indicat, sed et perseverantem nihilominus devotionis ejus constantiam, qua, post initam semel amicitiam, postea 10 nunquam ab ejus amore resiliit, optime portendit. Porro nuditas illa quam ante illum præferebat, illud procul dubio demonstrat, quia, non solum in privata collocutione, sed etiam in secreta confessione, omnia quæ ab ineunte ætate peccando commiserat, de quibus memor esse poterat, illi, 15 pura ac simplici narratione revelando, detexerat. Jam vero illud, quod, cunctis vestibus aliis nudatus, femoralia solummodo habebat, castitatis prærogativam designat. Licet enim in multis, ut mos est secularium et maxime nobilium, per pravi operis culpam justitiæ veste nudatus existeret, tamen 20 continentiæ virtute, quæ utique rarissime regibus esse solet amica, adeo præfulgebat (licet de eo a multis aliter sentiretur, qui internum ac latens animi ejus coram Deo secretum ignorabant) ut, si ea quæ ab eodem rege Christi famulus, fidelis actuum ipsius testis ac conscius, verissima attestatione 25 cognoverat, prout hæc eadem ab ipso secreta reseratione percepimus, styli officio panderemus, incredibilia forsitan et importabilia his qui minorem conservandæ continentiæ diligentiam impendunt viderentur. Sed quia hoc opere non tam regum præconia quam servi Christi virtutes ac merita, 30 ad profectum legentium, exarare decrevimus, his interim omissis, ad ipsum jam principaliter, Christo nos juvante, stylum vertamus.

36. Hic igitur, Domini virtute fretus et gratia, potentum ac sublimium colla liberæ correptionis auctoritate compri- 35 mens, juxta legis decretum, regiam incedendo viam, nec ad dexteram declinabat, eorum bona quælibet improbo favore

[EX SOLO COTTON.]

extollendo, nec ad sinistram vergebat, eorum perperam gesta trepida dissimulatione reticendo. Itaque loquebatur magis salubria quam placentia, necessaria quam voluptuosa, singulis, prout cuique videbat expedire, linguæ gladium exe-
5 rens, magis acumine invectionis asperæ munitum quam blandæ adulationis perversa ac Deo odibili assentatione tanquam melle circumlitum. Exhortabatur itaque crudeles ad misericordiam, immites ad tranquillitatem ac patientiam, discordes ad concordiam, invidos ad benevolentiam, avaros
10 atque tenaces ad beneficentiam, superbos ac luxuriosos ad humilitatem et castimoniam, universos ad legem Domini et evangelicæ districtionis perfectionem sectandam. Et quamquam, ut diximus, ita fervens spiritu ac fide, ut, cum res ac tempus exigeret, nemini, præcipue divitum atque nobilium,
15 justæ correptionis necessariam invectionem minime reticeret, nihilominus tamen cum ingenti cura et sollicitudine satagebat fieri pro viribus pauperum pater, oppressorum præsidium, dolentium consolator, infirmantium baculus, egentium sublevator, in carcere positorum promptus intercessor effi-
20 caxque liberator, ac totius denique pietatis et misericordiæ strenuus executor. Et quoniam vir simplex erat et ingenita quadam ac naturali bonitatis mansuetudine divinitus adornatus, relucebat in vultu ipsius, ut breviter dicam, serena quædam facies totius virtutis et gratiæ, ut divinum quod-
25 dam angelicæ puritatis exemplar, ad humanæ vitæ tortitudinem dirigendam ac rectius componendam, provisus a Domino cœlitus crederetur. Ut autem de his quæ ad exteriorem corporis habitudinem pertinent aliquid loquar, erat idem vir Domini facie simplici et gratiosa, vultu aliquanti-
30 sper longo ac mediocriter acuto, directo naso, ore tenui, barba continua sed rara, capillo nigro et aliquantulum canis intermixto; gratam sed raram calvitiem a fronte utrimque, interpositis in medio capillis, præferens; exhausto ac tenuissimo corpore, in tantum ut præter ossuum copulam vix
35 carnis aliquid habere crederetur, quippe quem nullius cibi potusve copiosa perceptio refovebat, quandoquidem cibum magis prægustare vel contingere quam ex eo comedere et

[EX SOLO COTTON.]

reficere se noverat. Jam vero de interioris hominis ipsius qualitate quid loquar, maxime cum id ei semper studii fuerit, quantum in ipso fuit, ut virtutes proprias occulere quam prodere mallet? Sed quoniam hæc est perfectæ norma justitiæ ut quo magis abscondi optat eo clarius innotescat, 5 ipsa occultatio proditio sit; juxta Salvatoris edictum, non poterat accensa contineri lucerna sub medio, sed ex abundanti intrinsecus virtutum plenitudine, ad illuminandos eos qui sedebant in tenebris et umbra mortis, lucis suæ radios, licet nolens, propter conscientiam sæpius tamen et crebrius 10 emittebat. Itaque, vitæ contemplativæ sectator indefessus existens, ad conditoris sui faciem contuendam jugiter anhelabat, præ amore ejus cuncta quibus inde averti poterat refugiens, omnesque cogitationes suas ac totam spem ex illius delectatione suspendens. 15

37. Litterarum divinarum sacris meditationibus indesinenter vacabat. In his se totum velut in speculo refulgente considerans, quidquid in se deforme reperiebat componebat, quod pulchrum excolebat. A strepitu negotiorum secularium prorsus se removens, amabat præcipue otium sanctum, quo 20 diligentius animæ suæ posset exercere negotium. Mortuum sibi mundum deputans, seque mundi blandimentis et illecebris secularibus exhibens crucifixum, proficiente virtutum successu, in fastigium divinæ contemplationis se jugiter attollebat, eoque mentis aciem indesinenter intendere con- 25 sueverat quo pervenire ferventibus desideriorum suspiriis exoptabat. Erat igitur, ut verum fatear, hostia Deo placens, sanctique Spiritus acceptabile templum, ac quædam beatarum generalis officina virtutum: fide firmus, spe longanimis, caritate fervens, humilitate fundatus, modestia placidus, 30 timore divino sollicitus, discretionis gratia circumspectus, castitatis nitore præfulgens, scientiæ spiritualis intelligentia præeminens, alienorum casuum lapsus atque pericula, maximeque fraternorum excessuum ruinas atque discrimina, tanquam propria peccata deplorans et ingemiscens. Inter innu- 35 meras mundi hujus varietates eamdem semper faciem retinendo, nec blandientis prosperis corrumpi, nec adversis

[EX SOLO COTTON.]

noverat inclinari [1]. Orationibus ac psalmis, addita genuum creberrima flexione, jugiter instans, non diebus neque noctibus a colloquiis divinis et oratione cessabat, sicque fatiscentes corporis artus, infatigabili devotionis obsequio, spiritui 5 deservire cogebat. In verbis autem suis tantum habebat consolationis et gratiæ, ut quicumque in aliqua tribulationis angustia constitutus, vel, quod gravius est, circa fidei christianæ sacramenta dubius existens, ad eum accederet, in verbis gratiæ quæ procedebant de ore ejus plenissime con10 fortatus abscederet. Denique, ut exempli gratia aliquid subnectamus, monachum quemdam de transmarinis partibus adventantem, qui circa fidem Dominici corporis, quod in altari sancti Spiritus operante gratia per verborum expressionem conficitur, periculosissime naufragabat, et quem, ut 15 idem de se fatebatur, nullius quamlibet justi ac religiosi viri collatio usque ad illud tempus a prædicto exitiosissimæ hæsitationis scrupulo avertere potuerat, statim, inter ipsa gratæ collocutionis exordia, ita penitus ab omni nubilo dubitationis eripuit et absolvit, ut fidem rectam super Dominici corporis 20 veritate omni deinceps tempore vitæ suæ custodiret, debitumque perpetuæ mortis exitium, quod incunctanter ex infidelitatis merito succedebat, evaderet. At vero, præter communem humani profectus experientiam, quædam vis intelligentiæ spiritualis animum pariter sensumque ipsius in 25 tantum illuminarat ut, cum in qualibet hominum frequentia constitutus quempiam, licet antea prorsus sibi incognitum, eminus cerneret, statim ex ipso primæ visionis aspectu utrumnam mortalium scelerum flagitiosis actibus involveretur per Spiritum, nullo prodente, cognosceret. Quod quidem 30 paucis approbare libet exemplis.

38. Episcopus quidam Savigneium, more hospitis, superveniens, quibusdam horrendis ac præter naturæ usum intolerandis flagitiis involutus detinebatur; in quibus triginta annos ante sacerdotium, utpote dierum malorum inveteratus, 35 perdurans, sacerdotii quoque gradum, ac postea nihilominus

[1] *ita cod.; forsitan legendum:* nec blandimentis (*scilicet* mundi).

[EX SOLO COTTON.]

episcopalem apicem dignitatis conscenderat, nec super his aliquando confessus fuerat. Hunc igitur ut vidit, necdum cum eo locutus, pronuntiavit cuidam seniori, religioso æque per omnia viro, quia, licet adhuc in corpore detineretur, spiritu tamen coram Deo præmortuus existebat. Ambo igitur, 5 episcopum secretius allocuti, quibusdam circuitibus atque figuris ex industria quasi a longe circumductis, vix ab hoc tandem propriæ iniquitatis confessionem elicere valuerunt. Itaque, Domini præveniente gratia, servi sui cooperante providentia, eodem episcopo id ipsum tandem arctius expo- 10 scente, confessionem ipsius, reseratis hinc inde pessimis ac prementibus inveteratæ consuetudinis peccatis, acceperunt; atque, post injunctam pœnitentiæ satisfactionem, eum ad propria dimiserunt. Postea vero hic idem, circa ipsius anni medium, a præsenti vita decedens, ex celeri supervenientis 15 obitus egressione patenter ostendit se potius Savigneium ut beati viri monitis atque consilio ad vitam revocaretur, divina procurante gratia, venire fuisse compulsum, quam alterius cujuslibet, ut tunc putabat, necessitatis occasione eo fuisse perductum. 20

39. Alio tempore, in itinere constitutus, cum in quamdam hominum copiosam multitudinem devenisset, erectis in adversum oculis, vidit inter ceteros militem quemdam, canitie veneranda adopertum, sed, contra totius boni honestatem, contraque ætatis suæ maturitatem, præter naturæ usum, 25 ut de præfato diximus episcopo, Sodomorum ac Gomorreorum sceleribus, involutum. Hunc igitur omnimodis in spiritu a vita Dei funditus extinctum cum vir Domini e turba protractum secretius alloqueretur, suasit ei ut, proprias iniquitates confitendo, pœnitentiæ remedia subire non declinaret. 30 Quid plura? Vix tandem inutilis pudoris ablato velamine, prædictus miles propria facinora eidem revelare decrevit. Dixit tamen se nequaquam ex his ante mortem ad confessionem posse pervenire, quia nec se posset ab his continere; sed, cum ad mortem veniret, propter viri Dei accersendum se 35 missurum, et [1] ei omnia flagitiorum suorum genera per con-

[1] *cod.* ut.

[EX SOLO COTTON.]

fessionem detecturum fore, quia nec alteri præterquam ipsi soli posset hæc eadem præ nimia eorumdem actuum verecundia confiteri. Habebat namque cœlitus attributam sibi hanc a Domino gratiam ut innumera peccatores flagitia atque
5 horrenda facinora ei minime revelare dubitarent, in quibus citius mori quam hæc eadem alteri detegere præ pudoris nimietate decernerent. Verumtamen prædictum militem tanta doctrinæ spiritualis arte, nunc clementiam Redemptoris, nunc severitatem judicis, nunc incertos et ancipites mutabilitatis
10 humanæ casus prætendendo permovit quod, absque mora, percepta licentia ab episcopo Sagiensi, in cujus diocesi commanebat, propriam facinorum suorum confessionem bono viro summa cum devotione obtulit, rogans nihilominus et obnixe supplicans ut pro eorumdem criminum remissione
15 apud omnipotentem Dominum sollicitis precibus intercedere digna[retur [1].]

40. Rursus itidem, alio tempore, in via directus, cum in domum potentis cujuspiam divertisset, conspexit ibidem mulierem quamdam, tam corporis pulchritudine quam gene-
20 ris nobilitate præclaram, quæ in tanta circa sponsum suum odii versabatur insania quod, statim ut se concepisse sentiret, eumdem partum, ne videlicet in sponsi sui nomine proles nasceretur, cunctis feris immanior atque crudelior, in ipso utero enecabat. Cum igitur, hanc secretius allo-
25 quendo, de vitæ suæ qualitate arctius inquireret [et] [2] illa se minime ream atque damnabilem fore impudenti fronte assereret, tandem vir Domini, ipsa penitus dimissa, ab his qui ei familiarius jungebantur attentius de vita ipsius cœpit inquirere; quorum relatu ea quæ superius diximus, prout
30 in spiritu præsenserat, veridicis assertionibus agnovit. Hæc autem idcirco, stylo vertente digessimus, quatenus hinc beati viri et sanctitas et spiritualis providentia qua præeminebat, clarius intimaretur, et, si qui sunt peccatores, qui præfatis seu quibuslibet aliis detineantur criminibus, de spe veniæ
35 præsumendo, ad confessionis ac pœnitentiæ remedia citius convertantur.

[1] *posteriores litteras ferrum compactoris abrasit.* — [2] *suppl. ex conject.*

[EX SOLO COTTON.]

41. Jam nunc ad gloriam Christi, qui non vult mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat, breviter referamus qualiter imperatrix (1), regis de quo longe superius meminimus mater, beati viri precibus atque consilio a diaboli nexibus et morte peccati, cooperante gratia Christi, ad vitam 5 restituta sit. Hanc quippe beatus vir in visione noctis quadam conspexit ad se venientem, in quadam blava (2) tunica coram se assistentem, et manus pariter ac pedes nudos penitus præferentem; quæ, non solum vultu sed et toto corpore tetra et pallida, macieque confecta, et quodammodo exsanguis ac 10 præmortua videbatur. Hæc autem visio, concinna similitudinis conferentia, vitæ miserabili quam tunc temporis eadem imperatrix ducebat per omnia congruebat. Erat namque non solum præsentium, sed et veterum delictorum tenebris ac qnibusdam inextricabilibus inveteratæ consuetudinis catenis 15 ita penitus implicata atque depressa ut quoties, ipsa præsente, sermo de divinis rebus aliquatenus incidisset, statim, mutato colore, trementibus labiis, corde anhelo, utpote conscientiæ accusantis testimonio Dominici sermonis lucem ferre non sustinens, vel solum divini verbi prorsus exhorre- 20 ret auditum. Igitur post prædictam visionem vir Domini, adveniente temporis opportunitate ut cum ipsa loqueretur, et exposuit ei et præmisit ante ipsius oculos operum suorum fœditates, licet illa hanc beati viri admonitionem molestissime ferret, et audire refugeret. Postea tamen viri spiritua- 25 lis intelligentia se sentiens in propriis iniquitatibus præventam ac deprehensam, tandem, divina cor ejus illuminante clementia, universa quibus obruebatur facinora, in quantum memor esse poterat, pura illa ac nuda veritate confessionis aperuit. Christi vero famulus, visionem de ea sibi a Domino 30 præostensam in susceptione confessionis ipsius gaudens adimpletam, tandem, archiepiscopi permissione, condignam illi pœnitentiæ medicinam injunxit. Manuum namque ac

(1) Scilicet Mathildis, filia Henrici, Anglorum regis. — (2) I. e. coloris cærulei, mœstitii secundum Isid. Hisp. (cfr. Forcellini, edit. De Vit). Cfr. etiam vocem latinam *blatteus* et vocem gallicam *bleu*, germanicam *blau*.

[EX SOLO COTTON.]

pedum nuditas operum atque affectionum ipsius revelationem ac nudationem in confessione futuram procul dubio præsignabat. Itaque, ut breviter dicam, imperatrix, post adeptam beati viri notitiam ac familiaritatem, postque perceptam ab ipso pœnitentiam, de virtute in virtutem proficiens, ac sese fidei ferventis alacritate in magnis justitiæ et pietatis operibus exercens, tandem beato fine, ut credimus, in Domino quievit (1).

42. Alio tempore, nocte quadam, in somnum resolutus, vidit quamdam bene sibi notam mulierem, tam seculi potestate quam divitiarum abundantia præcellentem, equo pergrandi insidentem; quæ candidis undique vestibus adeo cooperta erat quod nulla pars corporis ejus, exceptis solummodo oculis, apparere poterat. Cum igitur vir Domini hanc allocutus ex more fuisset, volens eam per pœnitentiæ satisfactionem ad rectitudinis viam reducere, præmisit ei fœdissimas quamplures et infandas criminum notas, quas hanc perpetrasse nullatenus ambigebat. At illa, ut præfatæ visionis veritas probaretur, dealbato simulatæ justificatiouis velamine ac superductis hinc inde fucatis excusationum operimentis, circumquaque se contegens, quod impure et flagitiose commiserat impudenter abnegando deterius aggravabat. Sed, licet corpus ita velaret, oculus tamen apparebat; quia, quamvis præteritæ actionis turpitudinem sermonibus accuratis in quantum poterat absconderet, vitiosam tamen intentionem, qua in peccatis adhuc languebat, ab ejus intelligentia spirituali occultare minime poterat.

43. Quia vero, donante gratia Christi, hactenus beati viri vitam et merita, non tam compta eloquii venustate quam pura atque fideli narratione, prosequendo disseruimus, non ab re credimus si nonnullas virtutes, per sanctorum reliquias quas ipse cum magna diligentia undequaque adunaverat divinitus patratas, ad profectum legentium, quasi a latere in medium ducamus. Itaque cum vir fidelis aliquando bea-

(1) Obiit 10 Sept. 1163, et sepulta fuit Becci, ubi ejus exuviæ repertæ sunt anno 1847 et Rotomagum translatæ. Cfr. *Revue de Rouen*, anno eodem.

[EX SOLO COTTON.]

tissimorum apostolorum Petri et Andreæ, quos non solum fides et passio sed et carnis affinitas vere fecit esse germanos, reliquias distribueret, placuit ei ut de sanguine sancti Petri, quem præ manibus habebat, quidpiam, licet parvum, cum ossibus sancti Andreæ adjungeret; quatenus videlicet vir simplex et rectus germanitatem quam nativitate contraxerant, etiam reliquiarum adunatione custodiret. Quod cum fecisset, statim, miro divinæ potestatis indicio, idem sanguis se prædictis ossibus adeo conjunxit et ea superfudit, ut rosei decoris colore purpureo eadem ossa rubra atque sanguinea sub ictu oculi penitus efficeret; ita ut, miro divinoque modo, de duabus conjunctis e regione substantiis una potius individua species appareret. At vero de eodem sanguine parum quidpiam, dum illum tractaret, ipso nesciente, super unguem pollicis ejus inhæsit. Quod sequenti die comperiens, cum eamdem unguem nunc fricando, nunc crebrius abluendo, ab eadem sanguinis macula vellet purgare, nec posset, tandem, cujusdam fratris suggestione, qui eum in prædicto opere juvabat, advertit guttulam illam, ungui pollicis superfusam, de beati Petri sanguine fore, quem coram eodem fratre tractaverat. Itaque, statim ut rescivit, ungue diligentius cum sanguine pariter abrasa, id ipsum quod erasit prædictis reliquiis adjunxit. Qua vero ex causa divinæ bonitatis providentia, sine cujus nutu nec folium de arbore labitur, hæc fieri voluerit, lectoris potius prudentiæ committere quam temere aliquid inde definire decrevi.

44. Alio quoque tempore, simili occupatus negotio, cum beati Benedicti atque Scholasticæ, sororis ejus, reliquiis, quæ in quadam eburnea pyxide singulariter continebantur, alias quasdam decrevisset adjungere, statim ut eas intromisit, ejusdem pyxidis argentea retinacula, quibus non solum vinciebatur sed et plurimum ornabatur, divinitus confracta, mira velocitate a se invicem resilierunt. Secunda autem vice cum id ipsum facere attentasset, et intromissis reliquiis, eam clausisset, fundus ipsius, ac si vehementi concuteretur impulsione, ab ea longius exiliit. Cum ergo vir Domini ex hujus virtutis ostensione admodum stupefactus fuisset, inte-

[EX SOLO COTTON.]

rim a prædicto opere quievit ad tempus. Paucis vero interpositis diebus, ad hoc ipse rediens, piæ explorationis studio, quasi alter Gedeon, signum in pyxide tertio requirere studuit. Cumque, ut antea fecerat, sanctissimi Benedicti atque
5 sororis ejus Scholasticæ reliquiis alias quasdam adjungendo intulisset, statim nihilominus ejusdem pyxidis cooperculum dicto citius ab ea dissilivit. Ipse vero super repetito toties miraculo, licet causam ejusdem miraculi non satis ad liquidum adverteret, divinæ miserationis ac benignitatis gratiam
10 dignis laudum præconiis magnifice collaudare studuit.

45. Idem vir vitæ venerabilis beati Johannis Baptistæ reliquias in quadam domo singulari atque privata cuidam converso custodiendas aliquando dimisit; in qua nullus, excepto quodam milite ac prædicto converso, qui eidem militi assi-
15 due ministrabat, commanebat. Erat autem miles præfatus gravissimæ ætatis et nimiæ simplicitatis ac mansuetudinis vir. Adveniente itaque beati Johannis festivitate, idem conversus, more solito signo monachorum excitatus ad ecclesiam perrexit, militemque prædictum solum in domo dimi-
20 sit. Dum igitur vir simplex, placido noctis silentio, proprio lecto decubans attentius vigilaret, repente domus eadem subito claritate tota resplenduit; cum ecce conspicit juvenem imberbem, nudis pedibus, inæstimabili claritate fulgentem, domum ingredi. Idem vero juvenis, vestibus nive candidiori-
25 bus indutus, virgamque sceptiferæ dignitatis in manu gestans, cum ad illum appropinquasset, sereno vultu eum alloquens : *Jace*, inquit, *jace*. Cumque aliquamdiu per eamdem domum, et maxime circa arcam qua ejus servabantur [1] . . . .
30 . . . .

[EX CODD. *R, A, S.*]

46 [2]. Mirabilis Christi virtus et sapientia mirabiliter in sanctis suis est prædicanda, per quos dum latentes delinquentium culpas producit in lucem, eosdem [3] delinquentes a peccati voragine multoties revocat ad salutem. Igitur, quia [4]

[1] Hic abrumpitur Vita B. Hamonis in cod. Cottoniano. — [2] deest hic num. in B cum. 3 sqq. — [3] eos *S.* — [4] *om. S.*

[EX CODD. R, A, S.]

superabundantes divitias [1] gratiæ [2] Dei, quas ad multimodam subsequentium utilitatem servo suo conferre dignatus est, retulimus [3], de reliquo prout cœpimus exequamur. Erat itaque Dei famulus cuidam sanctimonialium congregationi non mediocriter familiaris [4] et notus; quibus ob id potissimum nimio devinctus tenebatur affectu, quod religione et sanctimonia universis ejusdem provinciæ sanctimonialibus [5], tam religiosorum quam secularium judicio, præcellere crederentur [6]. Ipse quoque Dei famulus frequenter per eas transiens, et earum confessiones accipiens, super statu et fervore in quem divina suffragante [7] gratia provectæ fuerant, plurimum eis applaudebat. Processu vero temporis, ipso jam fatiscentibus artubus [8] deficiente, jamjamque tempore quo viam universæ carnis ingredi deberet accelerante [9], audit quod nollet [10], ipsas videlicet a pristinæ conversationis fervore [11] tepescere, et [12] in nonnullam negligentiæ et teporis [13] ignaviam decidisse. Hujus ergo [14] nuntii novitate turbatus pariter et dolens, totus in precibus ad Deum convertitur, rogans et attentius supplicans quatenus, si ita esset ut dicebatur, earum conversationem sibi plenius dignaretur ostendere. Igitur die quadam, cum vir Domini [15] super his quæ de eis dicebantur sedulus cogitaret, et necdum dictis plenam fidem adhibere decrevisset, subito, prout erat vigilans, factus in mentis excessu, cernit se in capitulo earum residentem, ipsasque [16] circumquaque per ordinem in capitulo pariter considentes [17]. Videt igitur rem prius sibi [18] incredibilem, quia [19] post unamquamque earum vestibus ac vultu candidam atque fulgentem, quatuor nihilominus e contrario [20] toto corpore habituque deformes ac nigræ subsequebantur; sicque cernebat in omnibus. Nullam tamen earum cognoscebat penitus [21], præter unam quam vestibus vultuque [22] claram ac renitentem foris capitulum solam stare cernebat. Quæ tamen in utroque

[1] *om. S.* — [2] gratias *S.* — [3] *om. S.* — [4] affinis *S.* — [5] *ita videtur legendum cum S;* sanctimonialium *R, A.* — [6] viderentur *S.* — [7] favente *A.* — [8] membris *S.* — [9] *om. S.* — [10] quod nollet *om. A.* — [11] *add.* aliquantulum *S.* — [12] (t. et) tepefactas *S.* — [13] negligentiam ac torporis *S.* — [14] igitur *S.* — [15] Dei *S.* — [16] easque *S.* — [17] consedentes *S.* — [18] s. p. *S.* — [19] quod *A.* — [20] e. c. n. *S.* — [21] (c. p.) penitus agnoscebat *S.* — [22] (v. v.) *om. S.*

[EX CODD. R, A, S.]

latere plagam unam nimium gravem habebat. Attonitus [1] admodum secumque cogitans [2] de visione, adhuc in eadem extasi moranti vox cœlitus [3] emissa [4] sic ad eum intonat, dicens : *Ne dubites, serve Dei, ne dubites, serve Dei* [5], *quoniam* 5 *ut cernis ita est.* Rursus altera die [6] considerat se intra claustri earum ambitum residentem, unamque ex ipsis, quam optime noverat, e regione contra se venientem, quæ vestibus ac vultu nigerrimo, ipso visu horribilis apparebat. Hujusmodi revelationibus certissimus effectus Christi famulus quod 10 nequaquam in Christi servitio eo quo cœperant fervore [7] perseverarent, sed, ut quamplurimis mos est, ipso usu a primo susceptæ religionis cursu per negligentiam aliquatenus obdormissent, licet corpore debilis mortique proxime jam vicinus, tamen illius caritatis vinculis [8] quæ, ut legitur, morte 15 fortior est, attractus, iter ad illas arripuit. Cum ergo in earum capitulo positus esset et quæ sibi fuerant ostensa lucidius [9] enarrasset, de cetero illas [10] admonuit ut ad confessionis ac [11] pœnitentiæ remedia citius festinarent, eo quod permaxima [12] et copiosior pars earum, corpore licet adhuc detenta, tamen 20 ante Dei oculos jam per negligentiæ reatum mortua existeret. His auditis omnes, immenso terrore concussæ, beati viri admonitionem ita gratanter ac si ab angelo sibi cœlitus [13] delegato suscipiunt, statimque singulæ, circa propriam vitæ actuumque suorum inquisitionem armatæ sibique penitus 25 non parcentes, per oris confessionem et bonam operationem de puteo cordis terrenitatem egerunt noxiæ congestionis. Cumque earum confessiones acciperet et de earum recuperatione immensas omnipotenti Deo gratias ageret, accedente [14] illa inter ceteras quæ ei in claustro apparuerat [15], innotuit ei 30 vir Dei quod sic eam [16] præ ceteris specialiter vestibus ac vultu nigerrimam atque exsanguem vidisset. At illa, ex intimo corde [17] profunda trahens suspiria, sic esse veraciter confessa est. Tam hæc igitur quam ceteræ, privatas cordium suorum

[1] *add.* igitur *S.* — [2] recogitans *S.* — [3] cœlestis *S.* — [4] elapsa *S.* — [5] (ne-Dei) *semel S.* — [6] altera vice *S.* — [7] *om. S.* — [8] vinc. i. char. *S* — [9] luculentius *S.* — [10] eas *S.* — [11] et *S.* — [12] maxima *S.* — [13] c. s. *S.* — [14] accende *S.* — [15] singulariter apparebat *S.* — [16] ei *S.* — [17] cordis *S.*

[EX CODD. *R*, *A*, *S*.]

offensas Christi famulo per confessionem simpliciter aperientes, ab ipso, tanquam a fideli medico, divina cooperante gratia, perfectæ sanitatis antidotum acceperunt. Præfatæ denique visionis tempus quo hæc viderat, a beato viro diligentius inquirentes, et ex [1] ipsius relatu percipientes, illico 5 adverterunt quod eo [2] tempore [3] quo hæc viderat, [4] remissiori omnino et dejectiori statu quam antea fuerant, extitissent.

47. Idem vir Domini [5], cum alterius cujusdam congregationis notitiam atque familiaritatem, ex frequenti per eos transitu et beneficiorum tam spiritualium quam corporalium 10 impensa largitate, fuisset adeptus, cœpit super ejusdem congregationis conversatione et vitæ modo qualiter in conspectu Domini maneret accepta [6], curiosus omnino et pius explorator existere. Igitur, assiduæ orationis ac devotionis studio implorata et impetrata super hoc cœlitus gratia, tandem, in 15 excessu [7] mentis eductus, conspicit se in claustro præfatæ [8] congregationis positum omnes [9] ejusdem monasterii fratres in eodem commixtim residentes pariter videre. Quorum quasi media pars in pratello claustri sub divo [10] posita, vultuque terrifico tenebrosa existens, nigerrimis vestibus amicta ex 20 integro videbatur; reliqua vero pars media in ea parte claustri quæ capitulo adjacet constituta, vultu jocundo claraque facie gratissima apparens, ipsarum quoque vestium quibus amiciebatur candidissimo apparatu quamdam mentis solemnitatem [11] in ipso prætendebat aspectu. Cum ergo [12] admiratione 25 nimia detineretur super his quos nigros aspexerat, eo quod pene singulorum conscientias ex privatis eorum collocutionibus agnoscens, nullum eorum in criminali [13] peccato persistentem adverteret, hoc tandem ex divinæ vocis oraculo responsum accepit: *Ne dubites*, ait [14], *vir Dei, ne* [15] *dubites;* 30 *quos enim* [16] *infectos nigredine consideras, negligentia ac torpore resoluti sunt. Cumque religiosæ vitæ habitum exterius simulent,*

[1] *om. S.* — [2] advertunt quia illo *S.* — [3] *add.* et die *S.* — [4] *add.* in *S.* — [5] Dei *S.* — [6] (super-accepta) ejusdem congr. q. in c. D. maneret conversatio et vita *S.* — [7] extasi *S.* — [8] prædictæ *S.* — [9] et omnes *A*; omnesque *S.* — [10] dio *A.* — [11] serenitatem *S.* — [12] autem *S.* — [13] *om. A.* — [14] *add.* vox divina *S.* — [15] non *S.* — [16] quoniam ii quos *S.*

[EX CODD. R, A, S.]

interius coram Deo mortui, religiosæ vitæ opera non habent. Hinc igitur [1] agnoscamus nos miseri, immo ceteris hominibus [2] miseriores, neque [3] pannis et semicinciis [4] divinæ justitiæ observantiam tribuamus; sed mittendo manum ad fortia, 5 legem Domini in cogitatione, sermone et actu custodiamus, nec inde superbiæ capiamus [5] supercilium unde humilitatis sumere debuimus incrementum.

48. Cum supramemoratam [6] revelationem divini Spiritus insinuatione percepisset, cœpit attentius cogitare et diebus 10 et [7] noctibus intra mentis sinum revolvere an forte reliqua [8] monastici ordinis innumera [9] multitudo pari statu vel certe dissimili coram Domino conversationis suæ gratiam accepisset [10]. Cumque cursu celeri [11] temporum spatia volverentur et vir Domini [12] ab intentione sua nullatenus reflecteretur [13], 15 tandem non est fraudatus a desiderio suo, nec confusus ab expectatione sua. Denique, post multa precum holocaustomata [14], cernit se Christi famulus per manum Domini [15] deduci atque in [16] sublimiorem aeris [17] partem, divino Spiritu gubernante, exaltari. Quo cum ductus [18] fuisset, oculos [19] ad 20 ima deflectens, innumeros pene monasticæ professionis conventus inferius segregatim constitutos aspexit. Quos cum videret [20], in ea forma et specie qua prænominatam congregationem viderat recognovit; eorum scilicet media quasi parte [21] vestibus ac vultu nigra omnimodis existente, reliqua vero in 25 candidissimo vestium habitu ac permaxima vultus gloria et decore nimio apparente. Verumtamen non est putandum quod [22] in illa primæ partis nigredine præostensa sit ei irretractabilis eorum damnatio, sed, quemadmodum illi de congregationis supramemoratæ [23] fratribus dictum est, infinita sit 30 eorum negligentia propalata atque remissio, a qua nisi resipuerint, æternæ procul dubio mortis heredes existent.

49. Adveniente sanctæ Crucis Exaltatione, ac [24] deinde

[1] igitur *om. A.* — [2] omnibus *A.* — [3] nec *A.* — [4] semicinctiis *A*; semicintiis *S.* — [5] cap. sup. *S.* — [6] supramemoratus *S.* — [7] ac *A.* — [8] aliqua *S.* — [9] *om. S.* — [10] accepissent *S.* — [11] cœli *A.* — [12] Dei *S.* — [13] flecteretur *S.* — [14] holocautomata *A.* — [15] (p. man. Do.) *om. S.* — [16] ad *S.* — [17] *add.* hujus *S.* — [18] deductus *S.* — [19] oculosque *S.* — [20] (Q. c. v.) quos videlicet *S.* — [21] q. med. parte *S.* — [22] *suppl. ex S, A; deest in R.* — [23] sup. cong. *S.* — [24] et *S.*

[EX CODD. R, A, S.] solemni defunctorum officio, sicut moris est, post tertium diem subsequente, erat idem Dei famulus [1] in infirmitorio, [2] gravi utique languore correptus. Cumque nox illa adesset in qua, post regulares vigilias solemnes defunctorum vigiliæ subsequi habeant [3], circa finem regularium vigiliarum subiit in men- 5 tem ejus cogitationis [4] sedulæ percunctatio, de statu illo [5] animarum post mortem, qualiter subsistant, quodve adminiculum humanæ servitutis obsequia illis subministrent. Cumque, hujusmodi cogitationibus inquietus, divinis laudibus persolvendis attentius invigilaret, subito, factus in mentis 10 excessu, vidit in superiori aeris hujus parte innumerabilem multitudinem animarum, quas quidem nudas multaque gloria fulgentes [6] aspiciebat. Erant autem vultibus ad cœlum erectis, tanquam misericordiam a Deo omnipotente [7] votis omnibus implorantes; quas etiam multa frigoris ac ventorum 15 inclementia vexari cernebat. Rursus die tertio vidit easdem [8] in specie simili [9] apparentes, sed multo jam superioribus aeris ejusdem [10] partibus constitutas. Quantoque superius ascendebant, tanto magis ventorum frigorisque molestias evitabant [11]. De quibus utique, quoniam in specie claritatis appa- 20 rebant et tamen cruciatus atque tormentorum [12] penitus [13] exsortes non erant, quid aliud sentiendum, nisi quod, hinc egredientes, licet majores et crebriores offensas quibus pœnis omnino atrocissimis [14] traderentur secum non traherent, tamen aliquas levioris culpæ negligentias [15], quæ vel in transitu 25 purgarentur, secum attraxerant. Quod vero post tertium diem iterum vidit quia [16], multum ad sublimiora progressæ, jam pene tormenti pœnalitatem evaserant, quid aliud innuunt [17], quam celerem illorum subventionem [18] qui pro earum liberatione omnipotenti Deo salutares hostias offerunt [19]? 30

[EX CODD. R, A, S, B.] **50** [20]. Soror quædam in ea sanctimonialium congregatione

[1] famulatus *S.* — [2] *add.* qui *S.* — [3] habebant *S, A.* — [4] cognitionis *A; congregationis S; in R leg.* cogitōnis. — [5] illarum *S.* — [6] præfulgentes *S.* — [7] ab omn. Deo *S.* — [8] *om. S.* — [9] in sim. sp. *S.* — [10] (sup.-ejusd.) in inferioribus ejusdem aeris *A.* — [11] evadebant *S.* — [12] tormenti *S.* — [13] *om. S.* — [14] *ita A ;* atrocissimas *R ;* acerbissimis *S.* — [15] negligentiæ levioris culpas *S.* — [16] (vidit, quia) visæ et *S.* — [17] innuit *S.* — [18] evasionem *S.* — [19] *add.* et bonorum operum holocausta gratuita *S.* — [20] **Hic rursus B.**

[EX CODD. *R, A, S, B.*]

de qua superius locutus sum [1], cum ad obitum propinquaret, contigit ibidem tunc temporis [2] virum Dei [3] præsentem adesse. Quæ, cum eidem propriam confessionem exponeret, juxta Evangelicam parabolam culicem excolans et camelum deglutiens, minima quæque [4] ac leviora propalavit, sed graviora quibus amplius premebatur, reticuit. Ea denique post paululum [5] rebus humanis exempta, cum sepulturæ ipsius tempus adesset et vir Domini [6], missam celebrans, salutarem hostiam pro ea [7] offerret, statim per Spiritum agnovit eamdem oblationem pro ea minime [8] a Domino [9] acceptari. Sequenti vero anno, vidit spiritaliter [10] idem vir [11] prædictæ sanctimonialis animam sursum in aera a dæmonibus vexari, eamque crudeliter ab ipsis alterutra vice jactitari [12].

51. Idem Christi famulus nummos pauperibus erogandos cuidam fratri [13] commisit. Cumque ei ab aliquo [14] quodam intimatum [15] fuisset quod frater prædictus [16] eleemosynæ fraudem inferre tentasset, gemino doloris aculeo permotus [17], fraudis videlicet pauperibus illatæ et æternæ mortis exitii reatu furti execrabilis fratri præscripto debitæ, tandem per se quod per alterum [18] audierat, agnovit. Vidit namque spiritaliter [19] fratrem illum, facie quidem non mutata, intrinsecus in anima quasi tenebrosa [20] cujusdam nubis caligine perfusum atque confusum [21]; in qua quidem visione, ut credo [22], aperte [23] est ipsius perfidia condemnata [24] et vitæ ipsius miserrima conversatio designata.

52. Jam vero in quanta veneratione quamque frequenti sollicitudine sanctorum memorias excolebat, quis digne valeat explicare? Denique quamplures [25] basilicas summo opere [26] studioque summo [27] ædificavit; quas quidem sanctis quibusdam, quos specialiter altius [28] diligebat, aptavit; necnon apostolis et [29] martyribus, confessoribus atque virginibus

[1] locuti sumus *S*; (Soror-sum) Soror quædam sanctimonialis *B*. — [2] *om. S, B*. — [3] beatum virum *S*. — [4] quoque *B*. — [5] paulum *S, B*. — [6] Dei *S, B*. — [7] pro ea host. *S, B*. — [8] *ita S, B*; pro minimo *R, A*. — [9] Deo *S*. — [10] spiritualiter *A*; specialiter *S*. — [11] *add.* Dei *S*. — [12] jactari *S*; (Sequenti-jactitari) *deest in B*. — [13] *add.* aliquando *B*. — [14] alio *B*. — [15] nuntiatum *B*. — [16] pr. fr. *S, B*. — [17] promotus *A*. — [18] alium *S, B*. — [19] spiritualiter *A, B*; specialiter *S*. — [20] tenebrosæ *S, B*. — [21] at. conf. *om. B*. — [22] ut cr. *om. S, B*. — [23] aperta *S, B*. — [24] *om. B*. — [25] cum plures *S*. — [26] summopere *R, A, S*. — [27] summoque studio *A, S*. — [28] *om. S*. — [29] *om. S*.

[EX CODD. R, A, S, B.]

proprias nihilominus ædificavit. Postremo [1], cum de novæ ecclesiæ loci ipsius [2] futura ædificatione (1) jam [3] spem aliquam concepisset, licet hæc eadem [4] fiducia, propter operis magnitudinem, in animo [5] ipsius aliquatenus [6] vacillaret, tandem [7] jactans in Domino [8] cogitatum suum, ab ipso fonte 5 bonorum omnium Deo, sedulis et continuis precibus, ejusdem ecclesiæ inchoandæ et construendæ consilium et auxilium implorabat [9]. Demum non est fraudatus a spe sua, sed desiderium cordis ejus exaudivit Dominus. Die enim [10] quadam [11], completa ejusmodi oratione, cum, ab ecclesia dormito- 10 rium ascendens ante proprium lectulum devenisset, ex improviso coram præfato lecto [12] in media via quemdam sterlingum [13] (2) jacere [14] conspexit. Quem cum stupefactus pariter et gaudens a terra levasset, vox quædam, divinitus cordi ejus illapsa, sic ait ad eum : *Ecce*, inquit, *monasterium tuum* [15] 15 *quod tanto desiderio postulaveras*. Post paucos vero dies, quod ei in figura Dominus [16] prædixit sequentis operis effectu mirabiliter adimplevit [17].

53. Illud etiam memoriæ commendandum quod cum [18], primo conversionis suæ [19] tempore, illam communem 20 humanæ naturæ inimicam, mortem, præ [20] nimio fervore desiderii [21] nequaquam exhorruerit, utpote cupiens dissolvi [22] et esse cum Christo : hanc tamen ultimis annis, superveniente illius prolixæ ægritudinis languore quo et obiit, vehementer expavit. At vero qualiter divina gratia, quæ sanctos suos 25 nusquam [23] deserit, eum ab hujusmodi anxio timore sublevaverit, enarrare congruum existimo. Cum, die quadam, ad sepulcrum quoddam Deo devoti [24] viri nomine Petri (3), ora-

[1] (Jam vero-Postremo) *om. B.* — [2] ips. loc. *B.* — [3] *om. S, B.* — [4] *om. B ;* ead. hæc *S.* — [5] anima *S, B.* — [6] *om. B.* — [7] tamen *S.* — [8] Deo *S.* — [9] (Demum-Dominus) *add. ex S ; om. rel.* — [10] autem *A, B.* — [11] quodam *S.* — [12] lectulo *S, B.* — [13] sterlineum *S, B.* — [14] *om. S, B.* — [15] *om. S, B.* — [16] D. in fig. *S, B.* — [17] complevit *S.* — [18] eum *S.* — [19] *deest in R.* — [20] pro *B.* — [21] des. ferv. *S, B.* — [22] dis. cup. *S, B.* — [23] nequaquam *A ;* nunquam *S.* — [24] sepulcrum religiosi quondam et devoti *S ;* s. r. quondam et Deo devoti *B.*

(1) Veteris ecclesiæ Saviniacensis jamdudum ruina impendebat, ejusque pars corruit anno 1173, quo jacta sunt fundamenta novi templi (cfr. *Hist. de la Congr. de Sav.*, fol. 589-90). — (2) i. e. nummum. De quo videsis Du Cange, v° *Esterlingus.* — (3) Cfr. Vitam B. Petri Abrincensis, supra, num. ult.

[EX CODD. R, A, S, B.]

tioni insisteret, repente in extasim raptus extra se [1], vidit in superioribus aeris hujus partibus sanctorum innumeram [2] multitudinem, insigni gloria et honore nimio præfulgentem, ipsumque Petrum in cœtu eorum ingenti tripudio exultantem.
5 Cumque vir Dei in eorum contemplatione [3] aciem [4] mentis diligentius intenderet, omnis illa cœlestis [5] multitudo benignissime ad eum facies suas convertit, eique reverende [6] admodum inclinavit. Jam vero, deinceps de eorum collegio assequendo vir Dei omnino certior effectus, mortis horam,
10 quam antea metuebat, postmodum vehementer optabat.

[EX CODD. R, A, S.]

54 [7]. Nonnullis quoque familiaribus suis de quorum vita præsumebat et moribus [8], id [9] aliquoties poposcit : ut sibi ipsi [10] post obitum apparerent, et eum [11] qualiter cum ipsis ageretur certificarent. Illi vero non solum præstatutum ab
15 eo [12] terminum nequaquam prætereuntes, juxta placitum eidem apparebant et [13] quid cum eis ageretur pandebant, verum etiam de propria ipsius salute quod futurum erat eidem [14] prædicebant.

55. Rursum, aliquo [15] tempore, vidit in spiritu omnem mo-
20 nasterii sui congregationem [16] tribus ordinibus distinctam atque divisam. Prima pars, quæ erat inferior [17], in terra gravi mole consistens, non solum vestibus, sed et toto corpore nigerrima atque deformis penitus [18] apparebat. Secunda vero [19] pars, a terra paulisper in aere sublevata, in vario et maculoso
25 vestium colore diversaque [20] nihilominus vultuum [21] qualitate sese viro Dei cernendam exhibebat. Tertia quoque pars, super [22] hanc constituta et in superiori parte aeris hujus quasi gradatim disposita consistens, clarissimo [23] ac jocundissimo vestium apparatu, vultuque [24] ad cœlum erecto, in
30 magna abundantia gloriæ [25] permanebat [26]. Hujus autem visionis triplex differentia secundum diversam conversatio-

[1] extra se raptus *S, B.* — [2] in. s. *S, B.* — [3] contemplationem *B.* — [4] acie *S, B.* — [5] celica *S, B.* — [6] reverenter *S, B.* — [7] **Desunt in B numm. 54, 55 et 56.** — [8] et mor. præs. *S.* — [9] *om. S.* — [10] *om. S.* — [11] eumque *S.* — [12] (non-eo) præstitutum ab illo *S.* — [13] *add.* non solum *S.* — [14] *om. S.* — [15] alio *S.* — [16] (in-congr.) omnem congregationem monasterii *S.* — [17] *add.* et *S.* — [18] pen. def. *S.* — [19] *om. S.* — [20] diversa *S.* — [21] vestium *S.* — [22] supra *A, S.* — [23] præclaro *S.* — [24] *add.* clarissimo ipsoque *S.* — [25] gloriæ abundantia. — [26] *ita videtur legendum cum S ;* permanebant *R, A.*

[EX CODD. R, A, S.]

nis eorum qualitatem et vitæ meritum viro Dei non dubitatur esse [1] præostensa.

56. Vidit idem itidem [2] divitem quemdam sibi bene cognitum, sed secularibus vitiis [3] implicatum, octo dæmonibus circumseptum. Ante ejus [4] conspectum ignis quidam terribilis, quasi fons immensus ebulliens, sursum per aera dilatabatur; in quem dives ille post mortem, sicuti [5] famulo Christi per spiritum videbatur, projiciendus credebatur.

[EX CODD. R, A, S, B.]

57. Cum [6], appropinquante obitu suo, de statu animarum secum reputaret, quomodo in cœlum ascenderent, per se scilicet an angelis ducentibus, et [7] quomodo firmamentum penetrarent [8]; sedens, nam jacere dolor prohibebat, vidit quatuor angelos, quibus ducentibus in aera sublevabatur. Duo angelorum præibant, duo vero [9] a dextris ejus et a sinistris [10] gradiebantur. Ipse autem, cum illis ascendens, nullam difficultatem [11] patiebatur. Cumque, illo ascensu, eo usque pervenisset ut jam paradisus propinquus et, ut ita dicam, supra [12] caput ejus esse putaretur, cernit animarum multitudinem, quæ, cum in loco quidem amplo viderentur, tam ipsas quam locum ipsum rubor plurimus et quasi color igneus vestiebat. Vidit [13] sanctum illud collegium animarum [14] humiliato et inclinato capite Omnipotenti supplicare, et, ut [15] sibi videbatur, gratias referre, eo quod, ipso vocante et donante [16], in consortium beatæ illius multitudinis idem Dei famulus in proximo venturus erat. Sibi autem redditus, sedere se, ut ante, sed doloris minus sustinere cognovit. Hæc autem visio ei plurimum [17] spei contulit et consolationis.

58. Cum dormitionis suæ tempus præsentiret imminere, accidit [18] ut loca in quibus aliquando [19] conversatus fuerat ejus memoriæ occurrerent, et in eorum recordatione suavi [20] quodam teneretur affectu. Cum autem hinc proficisci ipsum mortis urgeret necessitas, ipsorum rursus locorum præco-

[1] *om. S.* — [2] *om. S.* — [3] *add.* admodum *S.* — [4] cujus *S.* — [5] siculo *S.* — [6] *add.* autem *B.* — [7] *om. S.* — [8] *ita videtur leg. cum A, S;* penetrent *R.* — [9] *om. S, B.* — [10] (ej. et a sin.) *om. S, B.* — [11] *add.* ut mos est alta petentium *S;* ut m. e. a. p. ascendendo *B.* — [12] super *S, B.* — [13] *add.* autem *S, B.* — [14] an. col. *S, B.* — [15] *add. ex S, B; deest in R, A.* — [16] don. et voc. *A.* — [17] pl. ei *S, B.* — [18] *add. ex S;* aliquanto *B.* — [19] *om. S, B.* — [20] suo *S, A.*

[EX CODD. R, A, S, B.]

gitata absentia levem amaritudinis gustum animo illius invexit, quæ tali visione, nocte sequenti, detersa est. Palatium amplissimum in visu ei [1] ostenditur, intra cujus ambitum [2] animarum multitudo gloriosa cernebatur [3]; quæ juxta parie-
5 tes palatii constitutæ et tanquam adhærentes videbantur. Fulgor autem rubore [4] immixtus [5] tam palatium quam animas singulas operuerat. In medio autem palatii arbor ramis decora, sed foliis carens, videbatur, quæ in sublime adeo porrecta erat ut ad arboris ipsius summitatem minime per-
10 tingere posset intuitus: nam ipse loco stabat multo inferiori, animæ autem in palatio consistentes Deum contemplabantur, cujus visionem ipse, utpote loci situ [6] inferior, assequi minime poterat. Responsum [7] autem accipere videbatur, tanquam Spiritu Dei cum spiritu hominis communicante sermonem :
15 *Cum loca* [8] *hæc tam amœna, consortia justorum tam beata* [9], *habitator perpetuus atque collega, post tempus breve sis habiturus* [10], *terrenæ habitationis relinquendum contubernium cordi tuo incentivum esse debet* [11] *exultationis, non incitamentum mœroris* [12]. *Si enim his* [13] *quæ vidisti quidquid terrenum est compara-*
20 *res* [14], *quid honoris aut jocunditatis habere videretur* [15]? Deinceps autem, paucis evolutis diebus, in festo sanctæ Paulæ (1), cum cordis pia devotione et oratione sincera ejusdem beatæ Paulæ implorasset patrocinium, [16] beatæ ostensionis iterato jocundatur aspectu, quam divina largitio mirabili cumulavit [17] incre-
25 mento. Ecce palatium, arborem, animas, statu prætaxato [18] et situ, rursus intueri datur. Videt [19] insuper Dominum Jesum Christum, vultu clarissimo, ætate tanquam juvenili, juxta arborem quam in medio paradisi positam esse prædictum est. Ipse autem Dominus Jesus Christus, cum ad eum oculos
30 convertisset, ipsorum oculorum radii mira luce et potestatis [20]

[1] *om.* S. — [2] amplissimum sinum S, B. — [3] gl. cern. mul. S, B. — [4] robore B. — [5] inmixtus R ; mixtus S, B ; innixus A. — [6] situs S. — [7] Rursus A. — [8] loco S. — [9] tam. be. con. just. S, B. — [10] habitaturus S. — [11] deb. esse S, B. — [12] mortis A. — [13] iis S, B. — [14] compares S ; *add.* et B. — [15] *ita* A ; credetur S, B ; hr̄e cre videretur R. — [16] *add.* et B. — [17] *add.* aspectus B. — [18] prætexato S. — [19] Vidit S, B. — [20] potenti S, B.

(1) Ejus, ut videtur, cujus festum agitur VII Kalendas Februarii.

[EX CODD. *R, A, S, B.*]

virtute, pectore vitalibusque penetratis, usque in [1] ipsius cor descendere visi sunt. In hoc autem divinæ visionis [2] arcano, postquam ad se reversus est, cum [3] singula recitata stuporem afferrent [4], jocundissima tamen respectus divini erat [5] recordatio, et præcipuæ materia exultationis, dum 5 intuentem se Jesum reminiscitur, oculorumque ejus radios per pectus cordi suo illapsos. Nam cum aliquibus revelationibus datum sibi fuerit Dominum Jesum [6] videre, oculos tamen ejus videndi copia usque ad hoc tempus indulta non fuerat. Beatæ autem Paulæ meritis se hanc visionem obti- 10 nuisse fatebatur [7]. Hanc autem beatæ visionis ostensionem nemo somnii imaginem arbitretur : nam ea hora qua ei hæc [8] intimata sunt, ut ipse declaravit, somni torpore [9] immunis, vigilans aut pene vigilans [10] erat; translatum tamen [11] se in spiritu ad hæc intuenda [12] recordabatur. Unde præsen- 15 tium collata consolatio et futurorum pene certa expectatio, gaudii quo nunc plene [13] frui creditur quasdam in corde ipsius primitias parturiebat [14]. Verumtamen cum tot ipsum Deo carum esse proderent [15] signa veneranda, [16] cum salutis suæ tam magnifica elucerent præsagia, adversus seipsum corre- 20 ptor [17] asperrimus [18] insurgebat, seipsum vehementer arguens et increpans quod unquam ausus esset cogitare, nedum [19] dicere quod [20] eum [21] in quem desiderant angeli prospicere [22], peccator, terra, cinis, vermis [23], vidisset et tam familiariter visus ab eo [24] fuisset. Peracto denique vitæ præsentis cursu, 25 anno ab incarnatione Domini millesimo centesimo septuagesimo tertio, pridie Kalendas [25] Maii, idem Christi famulus migravit ad Dominum, cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen.

[1] ad *S.* — [2] revelationis *S, B.* — [3] *suppl. ex S, B; deest in R.* — [4] offerrent *S; add.* et gaudium *S, B.* — [5] er. div. res. *S, B.* — [6] suum *S.* — [7] dicebat *S, B.* — [8] hæc ei *S, B.* — [9] torporis *B.* — [10] (aut pen. vig.) *om. S, B.* — [11] autem *S.* — [12] intuendum *S, B.* — [13] plane *S.* — [14] parturiebant *B.* — [15] proderet *S.* — [16] *add.* et *B.* — [17] corrector *S.* — [18] acerrimus *S.* — [19] nunquam *B.* — [20] *om. S, B.* — [21] eum *B.* — [22] inspicere *B.* — [23] *om. S, B.* — [24] ab eo vis. *S, B.* -- [25] Calendas *S;* 11 Kl. *B (sic, numeris arabicis, mala lectio pro* II).

VITA GRÆCA S. PAULI THEBÆI

PRIMI EREMITÆ IN ÆGYPTO.

Ediderat Joannes Bollandus in tomo I Januarii, ad diem 10, Vitam S. Pauli Thebæi, quam ex græco ms. Bavarico latinam fecerat. Cujus textum græcum inter collectanea Bollandiana musei nostri reperimus, qualem ex codice Bavarico transcriptum Heribertus Rosweidus acceperat. Codicem vitiosum ac mendosum exemplar apographum fideliter reddit, quod hoc loco *Analectis* inserimus. Bollando consentimus judicanti hanc esse aliam narrationem ab Hieronymiana distinctam atque ab aliquo Antonii discipulo compositam. Circa finem apographum mutilum invenimus : eratque adscripta nota, quæ monebat reliqua haberi in alia scheda, quæ investigantes nos adhuc fugit. Videsis in *Actis SS.*, tomo I Januarii, pag. 603 sq., latinam Bollandi versionem, cum annotationibus. Voces apographi pro quibus alias substituimus, indicatas habes ad calcem paginæ.

Διήγησις τοῦ ἁγίου Παύλου Θηβαίου καὶ Ἀντωνίου Αἰγυπτίου τῶν ἐν τῇ ἐνδοτέρᾳ ἐρήμῳ.

1. Οὗτος ὁ μακάριος Παῦλος ἦν ἐν τοῖς χρόνοις Δεκίου καὶ Βαλαιριανοῦ τῶν διωκτῶν, ὁρμώμενος ἐξ Αἰγύπτου τῆς κατὰ Θηβαΐδος, ἐν τοῖς
5 χρόνοις οἷς ἐμαρτύρησε Κορνίλλιος ἐν Ῥώμῃ, ἐν τῇ πόλει Κύπρου. Γενομένου δὲ διωγμοῦ ἐπὶ τῶν προλεχθέντων τυράννων [1], πολλοὺς πειρασμοὺς [2] ὑπήνεγκεν, καὶ πᾶς χριστιανὸς ἐσπούδαζεν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ ξίφει ἀναιρεθῆναι [3]. Τότε ὁ μακάριος Παῦλος ἦν μετὰ τῆς ἰδίας ἀδελφῆς ἤδη συναφθείσης [4] ἀνδρί. Τελευτήσαντος οὖν
10 τοῦ πατρὸς καὶ τῆς μητρὸς αὐτοῦ, καὶ ἐν εὐπορωτάτῃ κληρονομίᾳ ὁ Παῦλος καταληφθείς, ἐξ καὶ δέκατον ἔτος ἄγων, γράμμασί τε ἑλληνικοῖς καὶ αἰγυπτιακοῖς ἀκριβῶς παιδευθεὶς τῇ ψυχῇ πρᾷος ὑπῆρχε.

2. Τῆς οὖν ἀδελφῆς ὁ ἀνὴρ....... [5] ἐσπούδαζεν εἰς τὸ καταχᾶν τὴν κληρονομίαν. Γνοὺς δὲ τὴν ἐνέδραν αὐτοῦ, ὁ νεανίας κατέφυγεν εἰς ἔρημον
15 ὄρος [6] τῶν διωγμῶν τὴν ἀνάγκην, καὶ κατὰ βραχὺ προβαίνων εὗρεν ὄρος πετρῶδες ἐν ᾧ ἦν σπήλαιον ἐν βραχυτάτῳ λίθῳ περικεκλεισμένον [7]. Ὡς ἐν ἀδύτοις ἦν ἐπαναπαυόμενος καὶ κατὰ τὸ περίεργον τῶν ἀνθρώπων ἀκορέστως τὰ ἐνδότερχ περιεργάζεται, καὶ δὴ ὁρᾷ ἔνδον πηγὴν καθαρωτάτην σφόδρα. Τοιγαροῦν ἐπιποθήσας τὸν τόπον ὡς [8] παρὰ Θεοῦ δεδο-
20 μένον αὐτῷ πρὸς κατοίκησιν, πάντα οὖν αὐτοῦ χρόνον ηὐτρέπισεν [9],

[1] *apogr.* τυρράννων. — [2] πυρασμούς. — [3] ἀνερεθῆναι. — [4] συναφθήσης. — [5] ***hæc puncta sunt in apogr.*** — [6] ***in apogr. vacuum spatium dimidiæ lineæ sed sine punctis.*** — [7] περικέκλισμένῳ. — [8] ὃς. — [9] ηὐτρέπησεν.

τροφὴν καὶ ἔνδυμα ἐκ τῶν φοινίκων ἔχων. Ὡς δὲ λοιπὸν ἐπλήρωσεν ἐν αὐτῷ ἔτη [ἑκατὸν καὶ][1] δεκατρία, οὐράνιον βίον ἐπὶ γῆς διάγων.

3. Πληρώσας δὲ αὐτῷ ἔτη ἑβδομήκοντα ἓξ ἐν ἑτέρᾳ δὲ ἐρήμῳ ὁ Ἀντώνιος διέτριβεν. Ἐνθυμηθεὶς οὖν, ὡς αὐτός μοι διηγήσατο, μὴ εἶναι ἕτερον εἰς τὰ ἐνδότατα τῆς ἐρήμου, τῇ δὲ νυκτὶ ἐκείνῃ ὄναρ ἀπεκαλύφθη αὐτῷ εἶναι εἰς τὰ ἐνδότατα μοναχὸν κρείττω τούτου. Εὐθέως οὖν ὁ μακάριος Ἀντώνιος βακτηρίαν ἑαυτὸν ὑποστηρίζων, ἤρξατο τῆς ὁδοῦ. Ἀγνοῶν[2] δὲ τὴν ὁδὸν ἔλεγεν· Πιστεύω τῷ Θεῷ μου ὅτι τὸν δοῦλον αὐτοῦ ὅν μοι ἐπηγγείλατο[3] δείξει[4].

4. Ὁδοιποροῦντος αὐτοῦ ἐν μεσημβρίᾳ εἶδεν ἄνθρωπον μεμιγμένον, ὃν οἱ ποιηταὶ ἱπποκένταυρον[5] καλοῦσιν. Πρὸς ὃν ἔφη ὁ Ἀντώνιος· Ἐν ποίῳ ὄρει ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ κατοικεῖ; Ἀπεκρίθη αὐτῷ βαρβαρικῇ φωνῇ, καὶ τὴν δεξιὰν χεῖρα[6] προτείνας τὴν ποθουμένην ἐδείκνυεν ὁδόν. Πορρωτέρω[7] δὲ προβαίνων ὁ Ἀντώνιος ὁρᾷ λάθα μίκρα φυεῖ ἀνθρωπίσκῳ[8] ἐπὶ τοῦ μετώπου κέρατα φέροντα, ὁ κατὰ τὰ τελευταῖα τοῦ σώματος αἰγὸς πόδας ἐπετέλει. Ὃν ἐπερωτήσας[9] ὁ γέρων· Πόθεν εἶ, ἔφη αὐτῷ· Ἐγὼ θνητόν εἰμι καὶ εἷς τῶν κατοικούντων τὴν ἔρημον. Σάτυρόν τε ὀνομάζω καὶ τὴν παρουσίαν τοῦ Χριστοῦ καὶ τοῦ διαβόλου τὴν κατάλυσιν. Ταῦτα ἀκούσας ὁ γέρων ἔχαιρεν ἐπὶ πολὺ ἐπὶ τῇ τοῦ Χριστοῦ δόξῃ καὶ τῇ ἀπολείᾳ τοῦ σατανᾶ. Καὶ δακρύσας ἐταλάνισεν[10] τὴν Ἀλεξανδρίαν πόλιν πόρνην ἀποκαλῶν.

5. Ἐνθυμηθεὶς οὖν καθ' ἑαυτὸν Ἀντώνιος· Ἀδύνατόν ἐστιν ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ ἐγκαταλειφθῆναί[11] με, τῇ δὲ ἑξῆς προσκαρτερῶν, ὥρᾳ τῆς προσευχῆς ὁρᾷ ὕαίναν ἀνερχομένην[12]. Ἣν παρακολουθήσας καὶ πλησίον τοῦ σπηλαίου γενόμενος ὁρᾷ ἐνδότατον φῶς· ἐλθὼν δὲ ἐσώτερος[13], λίθῳ δέ τινι προσκούσας, καὶ τοῦ κλύπου[14] ἀκούσας ὁ μακάριος Παῦλος τὴν εἴσοδον ἀνεῳγμένην καὶ ἀποσφόδρα λυσάμενος ταύτην, τότε Ἀντώνιος ἐπὶ τῆς θύρας πεσὼν[15] ἄχρι ἕκτης ἢ καὶ πλείονας ὥρας, ἔφη αὐτῷ ὁ Παῦλος· Πόθεν εἶ καὶ διὰ τί ἐλήλυθας ὧδε; Ἀποκριθεὶς Ἀντώνιος εἶπεν· Οἶδα, φησίν, ἀνάξιος τῆς θέας σου. Τί νῦν οὖν τὰ θηρία ὑποδέχει καὶ ἄνθρωπον οὐχί; Ἐζήτησα, καὶ εὑρὼν ὅπερ ἐπέτυχον ἐνταῦθα καὶ ἀποθανοῦμαι πρὸ[16] τῆς θύρας σου, ἵνα κἂν[17] τὸ σῶμά μου θάψῃς[18]. Τοῦ δὲ

[1] *hæc desunt in apogr.* — [2] ἀγνωδν. — [3] ἐπιγγειλατο. — [4] δεῖξαι. — [5] ὑποκένταυρον. — [6] δέξιαν χεῖραν. — [7] *in apogr.* παρ' ἑτέρῳ, *sed corr. in marg.* — [8] *hæc quatuor verba in apogr. ex ordine sequuntur, sed sine punctis. Forsan pro* λατομίᾳ μίκρον φύσει ανθρωπίσκον. — [9] ἐπεροτίσας. — [10] ἐταλάνησεν. — [11] ἐκαταλειφθῆναι. — [12] ὕεν ἀνανερχομένην. — [13] ἐσότερος. — [14] *sic.* — [15] ἐπεσῶν. — [16] πρός. — [17] *littera dubia, forsan* καί. *Scriptum tamen* κἀν. — [18] θάψεις.

μακαρίου Παύλου εἰπόντος· Οὐδεὶς οὕτω ζητεῖ ἀπειλῶν, καὶ δὴ περιπλεξάμενοι [1] ἀλλήλως [2] ἠσπάζοντο.

6. Καὶ μετὰ τὸν ἀσπασμὸν καθεσθέντες, ἔφη ὁ Παῦλος πρὸς τὸν Ἀντώνιον· Ἵνα τί τοσούτῳ κόπῳ ἠθέλησας ἰδεῖν σεσηπότα [3] γέροντα, 5 ὃν καὶ μετ' ὀλίγον θεάσῃ χοῦν γενόμενον; Καὶ ἐπηρώτησεν [4] αὐτόν· Πῶς ἔχει τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, καὶ πῶς ὁ κόσμος βασιλεύεται; Καὶ μετὰ τοὺς λόγους τούτους ὁρῶσι κόρακα διαπετάσαντα καὶ ἐλθεῖν πρὸς αὐτοὺς ὁλόκληρον ἄρτον βαστάζοντα [5], καὶ ἀπέθετο ἔμπροσθεν αὐτῶν. Οὗ μετὰ τὴν ἀναχώρησιν λέγει ὁ μακάριος Παῦλος· Ὁ Κύριος ἡμῶν ἡτοίμασεν 10 ἡμῖν τὸ ἄριστον ἡμῶν. Ἀληθῶς ἐλεήμων ἐστὶν καὶ φιλάνθρωπος. Ἑβδομήκοντα [6] ἔτη ἔχω καὶ τέσσαρα ἐνταῦθα, ἐν οἷς ἡμίσεως ἄρτου μετέχω· ἀλλ' ἐπὶ τῆς σῆς παρουσίας ἐδιπλασίασε [7] τὸ σιτηρέσιον τοῖς αὐτοῦ στρατιώταις ὁ Χριστός. Καὶ εὐχαριστήσαντες καὶ πλησίον τῆς πηγῆς καθεσθέντες ἔφαγον καὶ ἔπιον.

15 7. Εἶτα λέγει ὁ Παῦλος τῷ Ἀντωνίῳ· Ἐπειδὴ [8] τῆς κοιμήσεώς μου παρέστηκεν ὁ καιρός, σὺ ἀπεστάλης παρὰ τοῦ Κυρίου μου τό σῶμά μου ἐπὶ τῆς γῆς καλύψαι. Τοῦτο ἀκούσας ὁ Ἀντώνιος δακρύων καὶ στενάζων παρεκάλει μὴ ἐγκαταλειφθῆναι. Κακεῖνος λέγει· Οὐκ ὀφείλεις [9] ζητεῖν τὰ ἑαυτοῦ, ἀλλὰ πορεύθητι [10] ἐν τῷ μοναστηρίῳ σου καὶ τὴν στολὴν ἣν ὁ 20 Ἀθανάσιος ἐπίσκοπος ἐδωρήσατο [11], πρὸς τὸ ἐνελίξαι [12] τὸ σῶμά μου ἐπικόμισον. Ἐπὶ πλεῖον οὖν θαμβηθεὶς ὁ Ἀντώνιος ὅτι ἤκουσεν περὶ τοῦ Ἀθανασίου καὶ τῆς στολῆς αὐτοῦ, ὡς αὐτῷ τῷ Χριστῷ ἀτενίζων, τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ τὰς χεῖρας αὐτοῦ καταφιλήσας, ἐπὶ τὸ μοναστήριον ᾤχετο.

25 9. Καὶ δὴ παραγενομένου αὐτοῦ, οἱ δύο μαθηταὶ ἀπαντήσαντες αὐτῷ, ἔφασκον· Ποῦ σου τὸν χρόνον διέτριβες, πάτερ; Αὐτὸς δὲ ἀπεκρίνατο· Οὐαί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ [13], τῷ ἐπίπλαστον μοναχοῦ ὄνομα ἐπικομιζομένῳ [14]. Εἶδον [15] Ἠλίαν, εἶδον Ἰωάννην ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ ἀληθῶς Παῦλον εἶδον ἐν τῷ παραδείσῳ. Καὶ λαβὼν τὴν στολὴν τὸ τάχος ἐξῄει [16] 30 τοῦ μοναστηρίου. Ἑτέρας οὖν γινομένης ἡμέρας, ἐπὶ τρίτην ὥραν.....

[1] περιπλυξάμενοι. — [2] *perspicue.* — [3] σεσιπότα. — [4] ἐπερώτησεν. — [5] βαστάζων. — [6] ἐδδομίκοντα. — [7] ἐδυπλασίασε. — [8] ἐπιδή. — [9] ὀφελεῖς. — [10] ἀλλ' ἀπορεύθητι. — [11] ἐδωρίσατο. — [12] ἐντηλῆξαι. — [13] ἁμαρτολῷ. — [14] ἐπικομιζομένου. — [15] ἴδον, *et mox idem bis.* — [16] ἐξίει.

INDEX CODICUM

QUI IN HOC TOMO

ADHIBITI SUNT AUT CITATI.

INDEX SANCTORUM

de quibus

DOCUMENTA IN HOC TOMO EDITA SUNT.

N. B. — Sancti quorum nomine inscribuntur documenta in corpore hujus voluminis, indicantur capitalibus minoribus, v. g. ADELHEIDIS.

Sancti quorum nomine inscribuntur documenta in parte Appendicis Catalogi nostri Namurcensis hic edita, designantur charactere italico, v. g. *Anianus*.

(Numeri paginas indicant.)

INDEX SANCTORUM

QUORUM

ACTA RECENSITA SUNT

ET ETIAM ALIQUA SUBINDE EX IIS EDITA

IN PARTE

CATALOGI HAGIOGRAPHICI

BIBLIOTHECÆ REGIÆ BRUXELLENSIS

HUIC TOMO ANNEXA.

N.B. — Sancti circa quos aliquid hic editum est, designantur charactere italico, v.g. *Abdon.*

Reliqua nomina eorum Sanctorum sunt qui solummodo recensiti sunt in Catalogo.

INDEX GENERALIS

HUJUS TOMI.

PAG.

Bruxellis. — Typis Polleunis, Ceuterick & Lefébure.